

ALBERTI V. HALLER

*HISTORIA*

STIRPIUM INDIGENARUM

HELVETIÆ

INCHOATA.

*TOMUS TERTIUS.*

APETALÆ STAMINIBUS

INCONSPICUIS.



BERNÆ,

*Sumptibus* SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ.

---

M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.

ALBERTI V. HALLER  
HISTORIA  
STIRPIUM INDIGENARUM  
HELVETIAE  
INCHOATA  
TOMUS PRIMIUS  
APETALAE STAMINIBUS  
INCONSPICUIS



BERNE  
SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE  
MDCCLXXIII



II. PLANTÆ PETALIS DESTITUTÆ.  
 II. ET CONSPICUIS STAMINIBUS.  
 CRYPTOGAMIA LINN.  
 XIV. CAULIFOLIÆ.

**H**is in universum non in foliorum dorso semina, sed vel capsulæ pulveriferæ antheris adfines, vel certe granula incerti usus, aut feminibus adfina, aut floribus masculis.

EQUISETUM a) TOURNEFORT. t. 307.

LINN. n. 1169.

In summa planta, in clavam b) congestæ, ad certos anulos, antherarum similes, & polline plenæ, capsulæ. Pediculi florigeri c) a scapo ad angulum rectum exstant patuli, & intumescunt in scuta d), sex fere laterum. Ab iisdem scutis contra scapum convergunt capsulæ fere octonæ e) cylindricæ, virente polline plenæ, quem maturæ excutiunt. Is pollen in chartam receptus, ex STÆHELINI f) nostri experimento, spontaneo motu agitur: microscopio inspectæ particulæ globuli sunt, qui duo, tria, quatuor, ad quinque g) crucula educunt. Ea incurvata, & bifida, iterato quasi laqueo facta, coeunt, & alternis subsultibus se jactitant. Non semel ipse eo spectaculo sum delectatus. Hæc ipsa natura elastica ostendere videtur, masculi h) pollinis particulæ esse. Semina i) vera desiderantur. Neque enim grana PRESTONI k) aut ipse vidi, aut quisquam nuperorum l). Omnibus præterea Equisetis eadem, & cum Ephedra communis, facies est, habere caules foliis similes, in cylindros divisos, quarum quamque vagina sua multifida excipit.

I. EQUISETA CAULE FLORIGERO A FOLIOSO DISTINCTO.

1675. EQUISETUM caule florigero nudo, sterili verticillato, radiorum quadraginta.

*Equisetum* I. MATTHIOL. p. 1126. CAMERAR. *Epit.* p. 770. B.

*Hippuris* LOBEL. ic. p. 793.

*Equisetum palustre*, longioribus setis C. B. *theatr.* p. 241.

*Cauda equina* BLAKWELL. t. 217.

*Equisetum caule striato*, frondibus subsimplicibus LINN. n. 1517.

In aquosis frigidis, & ad itagna aquarum purarum, in submontanis, & circa Bernam. Omnibus Equisetorum nostratium speciosissimum, caule bicubitali, unciam crasso, foliis triginta, ad quadraginta, profunde sulcatis, tetragonis, internodiis frequentibus, prælongis, etiam ramos producentibus: pallidus cæterum caulis, per ætatem niger, mollis, non sulcatus, fistulosus, cavus, minoribus fistulis circa majorem tubulum dispositis. Vaginæ tot in dentes acutos breviter fissæ, quot sunt folia. Hi caules non florent. Verno tempore vero alii prodeunt asparagi, absque foliis, maximi, pedales, cubitales, capsulis floris rosacei similibus, subcæruleo polline. Hoc fuerit Equisetum, quod a plebe Romana in cibum recipitur.

167. EQUI-

NB. Numeros emendavi, cum addenda quidem quatuor plantas novas contineant, sex in T. I. ob male divinatorios numeros a n. 1029. ad 1029\*\*\*\*\*, suis numeris privatæ fuerint, duæ demum in papaveribus repetitis male sint numeris. Quare primum Equisetum erit 1675. & specierum staminibus veris præditarum numerus est 1674.

a) Equisetum in riguis & scrobibus nascitur. Cauliculi inanés, geniculati, in se facti, rubescentes, leniter scabri, circa eos folia junci exilia. In sublimia ascendit, vicinos arborum caudices obvolvitur, dependet comis nigris, multis: radix lignosa dura DIOSCORID. IV. c. 42. Equisetum, Hippuris, vituperata nobis, exinguit cursorum lienes. Græci aliquam folio Pini similem, nigricantem, eo nomine vocant; alii Ephedram PLIN. L. XXVI. n. 83.

b) TOURNEFORT. E. Du HAMEL *Physique des Arbres* p. 269. 270. GLEDITSCH. apud BOSCHER. p. 300.

c) TOURNEFORT. ad D. Du HAMEL f. 271.

d) TOURNEFORT. ad C. D. Quinque vel septem GLEDITSCH. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1741. hebd. 37.

e) TOURNEFORT. D. Sex, septem DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append. t. 11. d. d. quinque* Du HAMEL. f. 271.

f) *It. Helvet. II. n. 63. Mem. de l'Acad.* ann. 1730. Habet etiam Du HAMEL. l. c. p. 287.

g) Du HAMEL. f. 277.

h) CAMERAR. *Epit.* p. 74. 75.

i) IDEM.

k) Apud RAJUM *meth. plant.* p. 20.

l) Germina esse DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append. p. 87. 88. t. 10. f. 1. Sig. Mem. de l'Acad. des Scienc.* ann. 1748. p. 476.

A

## 1676. EQUISETUM caule florifero nudo, sterili verticillato, radiorum duodecim.

*Hippuris minor cum flore* DODON. *pempt.* p. 73.*Equisetum arvense, longioribus setis* C. B. *theatr.* p. 247.*Scapus cauda equine* BLAKWELL. *t.* 217.*Equisetum scapo frutificante nudo, sterili frondoso* LINN. p. 1517.

Nihil frequentius, verno tempore, ad fossas, inque agris humidis.

Caulis pedalis, exasperatus, foliis in verticillo fere duodecim, etiam ultra, subinde ramum aliquem emittentibus, frequenter vaginatis, vaginis caulinis amplis laxisque, in dentes numerosiores fuscis &amp; aristatos divisis. Asparagus aphyllus minor, &amp; humilior. Hujus particulas spermaticas tripudiarum vidi.

Hoc Equisetum in pratis maxime noxium est, ob limæ similem caulis asperitatem.

## II. FLORIBUS IN STIRPE FOLIOSA PRODEUNTIBUS.

1677. EQUISETUM caule fulcato, ramis multifloris, foliis indivisis *Emend. I. n. 4.*

a. Planta terrestris, caule angustiori, tetragono, pentagono, fulcato.

*Equisetum palustre, brevioribus setis* C. B. *theatr.* p. 241.

II. Varietas ramis multis, quorum quisque spica florifera terminatur.

*Equisetum palustre minus polystachyon* C. B. *Prodr.* p. 24. *theatr.* p. 245. DILLEN. apud RAL. *Syn.* III. p. 131. *t. 5. f. 3.**Equisetum caule angulato, frondibus simplicibus* LINN. p. 1516.

III. Varietas vetula foliis adultis &amp; duris.

*Equisetum foliis nudis ramosis* C. B. *theatr.* p. 249. 250.

β. Planta in aquosis nascens, caule multo latiori, &amp; numerosis fulcis distincto.

II. Junior florifera absque foliis *Equisetum nudum levius nostras* RAL. *Syn.* III. p. 131. *t. 5. f. 1.**Equisetum caule subnudo levi* LINN. p. 1517.

III. Varietas florifera, apice caulis longe in nudam virgam producto.

*Equisetum palustre majus* TABERNÆM. p. 252.*Equisetum pratense longissimis setis* C. B. *theatr.* p. 245. *ex fide plantæ de hortis ficcis* C. B. *superstitis.*

Prior in pratis &amp; areis glareosis subhumidis frequens, posterior in fossis aqua plenis.

Terrestris caules habet pedales, fulcis paucis, quatuor &amp; quinque, distinctos, minime in tota gente asperos. Vaginæ caulinae aristatæ, foliosæ, nigerrimæ, ora alba. Rami plurimi, verticilli foliorum octo vel novem, profunde fulcatorum. In singulo ramo spica florida.

Varietas β. fulcorum numerum multo majorem habet, caulem latiore, altiorem.

Perinde vero caules florentes in juniore planta foliis nudi: caulis fulci profundi.

Vaginarum dentes arguti & fufci, & multi rami spica florali terminati *m*).Hoc Equisetum paulo quidem minus quam 1676. tamen & ipsum pecori nocet *n*), & dentium facit in bobus & vaccis vacillationem *o*), tum diarrhœam. Cum seductus pulchritudine Trifolii Equiseto 1676. inquinati, famulus, qui boum meorum curam gerebat, semel aut iterum vaccam nuper vitulum enixam hac pestilente herba aluisset, ex diarrhœa immedicabili eadem periit. Quare magnis pecuniis nostri arcanum redimerent, quo prata infaultissima herbarum liberarent. Mihi neque aratrum *p*), neque finus, neque alia cura profuit. Equis non nocet, neque ovibus *q*), & rangiferis *r*). Porci nostrates recusant, cum in Suecia non detrectent *s*). Radicibus tamen glandium simile aliquid sæpe adhæret, quod porcos credas requirere *t*).Vires medicas vix satis certas autumo. Aquosa planta est, parum acris *v*): ei adstringentes vires tribuerunt, in diarrhœa, in hæmoptoe *x*) efficaces. Urinam imposito ad ossa pubis Equiseto, & decocto aceto promotam fuisse HEUCHERUS *y*). Urinam pellere credas, cum sanguinea ab ejus pastu in armentis *z*) manet. Et tamen succo & pulvere ejusdem herbæ DIANAM ex Estensi familia se sanasse BRASSAVOLA *a*) gloriatur. Nocuit tamen, HOYERO *b*) teste, ventriculo & vesicæ. Ad scabiem vesicæ nihil decocto Equiseti meliut esse AGRICOLA AMMONIUS *c*). Ex carbone cum oleo unguentum coquitur, ad ambusta *d*). Serio vix credo adhiberi.

1678. EQUI-

*m*) *Emend. H. I. n. 4.**n*) Pessima herba Equiseti PLIN. c. 28. add. *Eph. Nat.**Civ. Vol. I. obl. 210. Eresl. Saml. ann. 1721. p. 17. 18.**o*) BRAUNER. p. 149. Lac adimere KALM. p. 195.*p*) SCHREBER. III. *Saml.* p. 29.*q*) KALM. p. 101.*r*) LINN.*s*) K. *Swenska wetensk. Acad. handl. 1742. trim. II.**t*) *Flor. quasimod. p. 31.**v*) RHAZE *Manf. III. c. 52.**x*) IDEM.*y*) *Oper. p. 253.**z*) *Verband. der Holl. Maatschapp. VIII. p. 159.**a*) *Exam. simpl. p. 19.**b*) *Eph. Nat. Curs. Cent. I. obl. 56.**c*) p. 195. *d*) RAZOUX *tabl. nosol. p. 109.*

## 1678. EQUISETUM caule fulcato, subnudo, vaginis aristatis. †

*Hippuris nuda*, *Equisetum nudum* TABERNÆM. p. 251.

*Equisetum minus nudum*, *variegatum* Basiliensē C. B. Prodr. p. 24. theatr. p. 230. I. B.

C. B. ad Rhenum in loco die Baur. In dumetis & arenosis ad Rhenum prope Cliben, infra Neudorf, & ad Birsam, circa Augst, versus Botmingen juxta sylvulam. Ego Bernæ, abunde in arenosis Arolæ ripis reperi, supra das Inseli, in der Hunzikerau, & similibus locis ad lacus Lemani caput aux Grangettes.

In macilentioribus caules dodrantaes, aphylli d), profunde fulcati, asperi, terminati spica exigua, ovali. Vaginarum pars ima fusca, & nticuli mucro albissimus, in filum terminatus. Similes sub clava florali vaginæ, sed majores, infundibuliformes, basi non fulcata, neque alba, dentibus fulcis, latissima, alba, membrana cinctis. Ab iis habitus variegatus.

## 1679. EQUISETUM caule subnudo, asperrimo, vaginis caulinis indivisis, rameis ciliatis.

«. Varietas foliis nuda Basileæ nascitur circa Michelfeldam, circa Domum rubram, au Chemin convert Genevæ, & prope Champ Barraban.

Huc icon CAMERAR. Epit. p. 770.

*Equisetum nudum* RAI. Syn. III. p. 131.

II. Varietas folia aliqua producens.

*Hippuris* TRAG. p. 892.

*Equisetum caule nudo*, *scabro*, *basi subramosa* LINN. p. 1517.

*Equisetum foliis nudum*, *non ramosum*, *seu juveum* C. B. theatr. p. 282.

Caules altiores, teretes, fulcis obtusis, sed asperis distincti, glauci, vaginis brevissimis, apicibus nigris notatis, non vere ferratis, neque ciliatis. Verum rami, quos subinde ejusmodi exempla emittunt, angustiores, magis angulosi, omnino dentes ciliatos edunt, & luculenti sub spicis floralibus dentes sunt. Sed tamen involuorum spicæ differt. Basis alba est, fulcata & striata, cilia triangula nigra, alis albis.

Priori utique proximum.

Omnia Equifeta ad polienda vasa metallica adhibentur. Hoc tamen, ut omnium asperimum, ita aurifabris & seriniariis suos ad usus aptissimum est.

Equifeta caule fulcato omnino inter se differunt e).

## 1680. EQUISETUM foliis repetito ramosis, vaginis laxissimis.

*Equisetum sylvaticum* TABERNÆMONT. p. 253. *tenuissimis fetis* C. B. theatr. p. 245. SCHEUCHZER. It. IV. p. 511.

*Equisetum caule spicato*, *frondibus compositis* LINN. p. 1516.

Frequens in montanis & subalpinis sylvis. A Ste. Catherine in pratis, &c.

Cubitalis culmus & gracilis. Vaginæ omnium maximæ, laxæ, flavæ, latescentes, potius amplissimis triangulis dentibus fissæ, quam denticulatæ. Folia tenuissima, fere quadrangula, stricta, numerosa, ultra duodecim. Quodque folium iterum octo vel decem verticillos quinque foliorum edit, quæ adeo vaginosa sunt, ut spinosa videantur. Summo in caule spica petiolata, longa, variegata.

CHARA VAILLANT. *Mémoir. de l'Acad. des Sciences* ann. 1719. p. 17. t. 3.

LINN. n. 1213. SCHMIEDEL. t. 3. f. 53. fqq.

HIPPURIS PONTEDER. *antholog.* p. 116. DILLEN. *nov. gen.* p. 88. t. 2.

& *Epb. Nat. Cur. Cent. V. VI. append.* p. 58.

Calycis diphylli & antheræ LINNÆUS meminit, feminis coronati VAILLANT. f), SCHMIEDELIUS g) grana subaspera flava vel aurantia pro anthera habet, nunquam se aperiente. Semen VAILLANTII h) spirale i), coronatum, quinque obtusis apicibus terminatum, est involuorum, in quo granum ovale k) est, sphaericis intus granulis plenum l). Neutrius autem partis utilitas certa est. Habitus verticillatus Equifeti, & folia caulis similia.

A 2

1681. CHARA

d) *Emend. I. n. 2.*

e) SCOPOLI p. 173.

f) FABRIC. I. c.

g) SCHMIEDEL. f. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

h) VAILLANT. p. 56.

i) SCHMIEDEL. f. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

21. Habet etiam FABRICIUS *butisbac.* p. 65.

k) SCHMIEDEL. f. 22.

l) f. 23.

## 1681. CHARA caule levi, fragili.

GESNERI icon an. 141.

*Equisetum fatidum sub aqua repens* C. B. Prodr. p. 25. theatr. p. 250. SCHEUCHZER. Itin. IV. p. 333.*Equisetum granulofum, sub aqua repens* HELWING. Flor. quasimod. p. 31.*Chara vulgaris fatida* VAILLANT. p. 17. t. 3. f. 1.*Chara caulibus levibus, frondibus inferne dentatis* LINN. p. 1624.

Icon OEDERI t. 150.

Nihil vulgatus in fossis &amp; aquis restagnantibus.

Cauliculi modo leves, striati, etiam ad corallarum modum arenosa quadam crusta subvillosa & lineata tecti, alias etiam tuberculis exasperati, ramofissimi, nunquam spinosi, sæpe toti rubri. Folia octo, novem, teretia, foliis secundis longiusculis subulatis. Verticilli in hac & in plerisque speciebus juniores ad se invicem curvati nidum faciunt, vetusti explicantur. Globuli *m*) in ala foliorum sæpe duo, & duo corpuscula striata. Mansu arenosa est, sub dentibus strepit, & sicca friabilis fit. Fætoze Cicutam æquat & superat, ut facile Antonio DE JUSSIEU credam, qui morbos epidemicos, inundationi Sequanæ supervenientes, etiam hujus plantæ venenatæ efficaciz tribuit, cujus virus aquam stagnantium fossarum corruerit, eam vero aquam ab exundante Sequana sinu suo receptam esse Vir ILL. putabat.

## \*1682. CHARA caule fragili, spinoso.

*Equisetum seu Hippuris muscosus, sub aqua repens, in Hibernia* PLUKNET. p. 135. t. 193. f. 6.*Hippuris muscosa, setis per maturitatem stellatis* DILLEN. Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append. t. 13. f. 1. p. 58.*Chara major, cauliculis spinosis* VAILLANT. p. 18. t. 3. f. 3.*Chara aculeis caulinis capillaribus confertis* LINN. p. 1624.In fossis circa *Vervai*.

A præcedente parum differt. Major utique, pedalis, cubitalis, caulem & folia habet spinulis copiosissimis obducta, illum sæpe spiraliter striatum, ad fesquilineam latum. Folia ramorum brevia, obtusa.

Cæterum &amp; fetet, &amp; mansu arenosa est, &amp; caule subinde levi.

## 1683. CHARA caule tomentoso, fragili.

*Chara major subcinerea, fragilis* VAILLANT. p. 18.*Equisetum seu Hippuris lacujiris foliis mansu arenosis* PLUKNET. p. 131. t. 21. f. 4. RAJUS enim in *Historia lacustrem plantam a vulgari separat.**Equisetum fragile majus, subcinereum, aquis immersion* HIST. OXON. III. p. 621. Sect. XV. t. 2. 9.*Chara aculeis caulinis ovatis* LINN. p. 124.

Misit J. GESNERUS & STEHELINUS, plano caule, qui primæ teres est, sed sponte ab aqua maceratus exhauritur. LINNÆUS aculeos facit obtusiores. In nostris exemplis utique cinerea & tomentosa quasi plantæ superficies est, folia longiuscula, aculei nulli.

Quod exemplum Cl. HUDSONUS misit, id utique fuit spinosæ Charæ, caule undique aculeato. Arenosæ Charæ ad suppellectilem poliendam loco Equiseti adhibentur.

## \*1684. CHARA caule levi, pellucido, flexili.

*Chara translucens major, flexilis* VAILLANT. p. 18. & f. 8. cum descriptione.

&amp; minor EJUSDEM. ibid. f. 9.

*Hippuris setis bifurcis* DILLEN. l. c. p. 59. t. 13. f. 2.*Chara inermis pellucida* SCHMIEDEL. t. 14.*Chara caulium articulis inernibus, diaphanis, superne latioribus* LINN. *Gotlanska resa* p. 215. Spec. p. 1624.

STEHELINUS misit, hanc vere diversam.

Cauliculi pedales, erecti, plani, tennes, flexiles, nulla crusta arenosa tecti, per ficitatem rugosi. Folia oblonga, plana, recta, absque aculeis, linearia, lanceolata, sine etiam bifurcata. Et folia & caules pellucet, & copiosis diaphragmatibus dividuntur. Racemi mihi copiosiores visi, & ad octo usque granula aurantia utriusve sexus. Bina tamen, & fere utriusve generis unum SCHMIEDELIUS numerat.

## β. Ob granorum copiam huc pertinuerit.

*Equisetum sub aqua repens ad genicula polyspermon* RAI.*Chara minor, caule & foliis tenuissimis* VAILLANT. p. 18.

Hujus iconem HELWINGIUS dedisse videtur in *Flora quasimodo-genita*. Habui ex Suecia missam, pellucidam, utique foliolis verticillatis, latis, brevibus lanceolatis, quæ in meis longa sunt, neque bifurcis.

CLASSIS XV.

*m*) Globuli immaturi *Ennon. I. p. 197.*

PETALIS ET STAMINIBUS DESTITUTÆ

EPIPHYLLOSPERMÆ a).

DORSIFERÆ b).

FILICES LINN. n. 55.

Classis naturalis, in calidis regionibus frequentissima, sæpe arborea, neque nobis rara. Omnes ex terra cauliculis prodeunt in glomerem c) convolutis, & per maturitatem se explicantibus: habitus etiam nostris omnibus firmus est & ficcus, ut Filices frequentius, quam aliæ plantæ, suam figuram in lapidem fissilem imprimant.

Flores, qui quidem noti sunt d), in dorso foliorum sedent, variis locis, & non uno modo in fasciculum e) collecti. Commune est omnibus, numerosissimas capsulas celledas habere, petiolatas f), subrotundas, quas, in non paucis, per medium anulus g) articulatus, elasticus dividit. Is per maturitatem contractus, & ruptus h), capsulam cogit dissilire i), suumque fundere pollinem, qui elastica vi subsiliat k), granulis fetus innumerabilibus l). Seminalem esse, & plantam suam reproducere, experimentis innotuit MORISONI m), TOURNEFORTII n), nostrique STEHELINI, coramque phylitidis sibi succedentia habeo incrementa, quam in horti sui muris vir optimus feruerat. Nihil ergo est, cur Filicibus semen neges o). De antheris non perinde liquet. Globulos minutissimos in Polypodii operculis radios facientes Ill. SCHMIEDELIUS p) eo refert.

OPHIOGLOSSUM TOURNEFORT. t. 325.

LINN. n. 1171.

Unicus scapus floralis, aphyllus, aliquando bifidus, aut trifidus. Axis scapi ad pectinis modum apophyses utrinque transversas exigit q), superius excavatas & inferius. Ex capsulas r) feminales recipiant, quarum adeo duplex ad eum scapum ordo est. Seminales particulæ subrotundæ.

1685. OPHIOGLOSSUM folio unico, ovato lanceolato, obtuso.

*Ophioglossum* CAMERAR. *Epit.* p. 364. BLAKWELL. t. 416. RUMPF. L. XI. t. 68.

*Ophioglossum vulgatum* Hist. Oxon. III. p. 595. t. 5. PLUMIER. *Filic. Americ.* p. XXXVI. tab. B. f. 5.

*Ophioglossum fronde ovata* LINN. p. 1518.

In pratis humidis passim reperi, sub arce Tellenburg: circa Aquilejam, in imo prato Prépourri, in mont. Forclettaz, Richard, &c. In montanis Juræ GAGNEBIN, à la Combe d'Ambeffe, au Pelard, sur la Cibour. In mont. supra Münchenstein, supra Muttens, & Michelfeldæ, & circa S. Jacob. In montis Uetliberg pratis humidis. Scaphus in pratis Löningensibus.

Folium unicum, glabrum, non nervosum, amplexicaule, lanceolatum, erectum. Scapus in longissimum mucronem extenuatus. Capsulæ juniores distichæ, compressæ, quasi dimidiæ cylindri talcolæ, maturæ bifidæ, & quasi serratæ. Radices teretes, numerosæ, in inum caulem collectæ.

Subdulce est & glutinosum. Quare pro vulnerario medicamento habetur s), recentia vulnera glutinatur. Internum usum, ad drachmam in diem, adversus hernias PREVOTIUS commendavit t).

Varietates

a) RAJ. *plant.* I. p. 132.

b) *Tergifera* CUSALPINI apud FABRUM in HERNANDEZ. p. 757.

c) DILLEN. *Epb. Nat. Cur. V. VI. append.* p. 89. qo. t. 10.

d) In omnibus, etiam *Osmunda* HOOKE l. c. Add. GLEICHEN. t. 2. 24. GREW. *Anat. plant.* IV. p. 200. t. 32. PARSONS.

e) GLEICHEN t. 2. &c.

f) DuHAMEL ic. 280. SCHRADER. *micr.* p. 14. 15.

g) GLEICHEN. t. 3. 24. LEEUWENHOEK. *Phil. Transf.* obl. 297 & C. GREW. PARSONS. t. 8. f. 9. TOURNEFORT. t. 312. & C. HANOV. *Seltenb. II.* p. 343. DuHAMEL ic. 288. 289. 293. 294. SWAMMERDAM. p. 826. MALPIGHI f. 299. 300. SCHMIEDEL. f. 10. 17.

h) *Phil. Transf.* n. 461. GREW. TOURNEFORT. t. 315. M. N. t. 317. F. D. t. 320. GLEICHEN. t. 3. 24. SCHMIEDEL. f. 18.

i) HOOKE *Lampas* p. 48. 49. LEEUWENHOEK. GLEICHEN t. 3. SCHMIEDEL. f. 18.

k) HOOKE *Lampas* p. 49. Habet eos motus BORELLUS *Centur. III.* obl. 54.

l) In quavis capsula semina fere 100. GLEICHEN. t. 2. 24. Millia feminum in uno folio GREW ibid. In *Osmunda* minori 250. in majori 300. grana. *Anc. mem.* T. X. p. 121.

m) Præf. ad plantas BOCCONIS.

n) *Anc. mem.* T. X. p. 122.

o) Excidit DILLENIO *Epb. Nat. Cur. Cent. VI. append.* p. 59. & HENKELIO *Fior. Saturnia.* p. 66. 67.

p) TOURNEFORT. t. 13. 4. ad q.

q) IDEM F.

r) A.

s) TRAGUS.

t) *Medic. pauper.* p. 733.

B

XV. EPIPHYLLOSPERMÆ.

Varietates plurimas uno verbo tango.

- β. Minus C. B. Prodr. p. 150.
- γ. Anguloso folio C. B.
- δ. Bilingue folio acuto MENZEL. pugill. t. 4. Aff. hæs. Vol. I. obs. 64.
- ε. Idem folio obtuso MENZEL.
- ζ. & minimum EJUSDEM.
- η. Trilingue EJUSD. & CAMERAR. in ic.

OSMUNDA TOURNEFORT. t. 324.

OSMUNDÆ LINN. spec. p. 1172.

Axis ramosus, qui capsulæ globosæ, sessiles v), utrinque adsident. Anulus dimidius eas capsulas succingit: intus multa femina x).

1686. OSMUNDA foliis pinnatis, flabelliformibus, lunatis.  
*Osmunda foliis lunatis* L. R. H. GARIDEL. ic. 78. SCHEUCHZER. It. I. p. 46.  
 Icon en. GESNERI 156.  
*Lunaria minor* MATTHIOLI p. 903. CAMERAR. Epit. p. 643.  
*Lunaria* DODON. p. 139. BLAKWELL. t. 420.  
*Eximior* COLUMN. phytobas. p. 81.  
 Icon OEDERI t. 18.

Multæ varietates.

- β. *Lunaria vulgaris* BUXBAUM. Eph. Nat. Cur. Vol. I. p. 44. t. 2. f. 8. 9. cum spica inter folia accessoria.
- γ. f. 10. 11. spica bifida.
- δ. Ramosius tum foliis repetitis, tum pediculis florigeris.  
*Lunaria rarior species* CAMERAR. Epit. p. 644. BUXBAUM. f. 2. numerosis scapis florigeris.
- ε. Foliis magis divisis *Osmunda racemosa minor*.
- ζ. *Adiantum folio* BREYNE Cent. I. ic. 93. BUXBAUM. ic. 13.
- η. Foliis semipinnatis.
- θ. Foliis semipinnatis acute serratis BUXBAUM. f. 7.
- ι. Foliis pinnatis, pinnis lobatis, & demum pinnatis BUXBAUM. f. 3. 4. 5. 6. BREYNE ic. 94.
- κ. *Osmunda scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria* LINN. p. 1519.

In alpinis brevi gramine vestitis & lapidosis ubique, etiam circa *Echarpigny*. Sic in montanis *Vogelberg*, *Chasseral*, *Dolas*, *Saleva*, *Tbuiri*.

Radices, ut in *Ophiogloss*. Folium unicum in naturali planta: id pinnatum, pinnis parium octo, novem, ultima impare, omnibus ex petiolo dilatatis, flabelliformibus, fibris radiatis: cæterum crassula sunt folia, & subpulposa. Scapus floralis unicus, ramosus, ramis conjugatis, ad septem paria, & ultra. Rami simplices, aut ramosi. Ad quemlibet ultimum ramum globuli feminales duplici ordine congeruntur. Quando maturi sunt, tegunt ramulum suum, & racemum referunt.

Vires vulnerarias, & adstrictoriam ad dysenterias, ad sanguinem sistendum virtutem credas Auctoribus; magicas fabellas non credas.

*Osmunda regalis* in Helvetia nondum reperta est.

STRUTHIOPTERIS *Enum. plant. Helv.* BOEHMER. p. 296.

& GLEDITSCH. *ibid.* SCOPOLI p. 168.

OSMUNDÆ spec. LINN.

POLYPODII spec. TOURNEFORT.

Hinc Filici proxima, inde Acrosticho, cum quo manere posset, nisi peculiare genus mereretur. Folia nempe alia sterilia, latiora, alia angustiora profert, pinnis totis capsulis floralibus, in superficie interna, obfisis, etfi in juniore planta duæ tantum sunt lineæ, parallelæ toti longitudini pinnæ, in quas capsulæ florales coacervantur.

1687. STRUTHIOPTERIS.

- Asplenon sylvestre* TRAG. p. 550. bene.
- Louchitis aspera minor* CAMERAR. Epit. p. 665.

\*) TOURNEFORT. D.

\*) POWER. obs. 38.

*Polypodioides*



*Polypodioides vulgaris*, foliis angustis, &c. Hort. Florent. append. p. 163.

*Osmunda frondibus lanceolatis*, pinnatifidis, laciniis confluentibus, integerrimis, parallelis LINN. p. 1522. sed non est *Osmunda*, cujus capsulae maxime conspicuae & distinctae sint.

Icon OEDERI t. 99.

*Filicium Polypodii folio brevior* & *crassiori* AMMAN. Comm. Petrop. X. p. 280.

Nobis in sylvis abiegnis non rara, ut *Graubolz*, *Lengholz* prope Bernam. Tiguri C. GESNER. In monte *Pouilleret*, *aux Pruats*, à la *Combe de Valarvon*. Circa *Wasen*. In M. *Brittenwald*, *Mürtschen* &c.

Folia in orbem disposita, ad terram reclinata, in universum *Polypodii* officinalis similia, nempe pinnata, pinnis oblongis integerrimis, cum nervo confluentibus, sursum curvis, mediis maximis, supernis & infernis brevioribus. Ex medio hoc cespite exiguntur folia floralia, pinnata etiam, sed strictiora & longiora, duriora, fusca, nervo medio distinguente duas strias ferrugineas, nervo & oris parallelas. Addit Cl. GLEDITSCH folia floralia annua esse, sterilia perennare, & semen cuique capsulae unicum esse, quae *Osmundae* innumera sunt.

*Struthiopteris CORDI Filix angiosperma* WULF. Flor. Boruss. p. 60. *Filicium* C. AMMAN. Comm. Petrop. X. p. 278. in Helvetia nondum lecta est, quam prope Jenam reperi.

FILIX.

THELYPTERIS a) RUPP. DILLEN. SCHMIEDELI.

PTERIS LINN. n. 1174.

PTERIDIUM GLEDITSCH. apud BOEHMER. p. 295.

Retinemus antiquissimum, & celeberrimum veterum nomen, cum optima classica nomina habeamus, & Filicem vocamus stirpem eius classis inter Europaeas speciosissimam. Character est, capsulas feminales in omnibus foliis habere, in lineis ad marginem & nervum parallelis.

1688. FILIX foliis triplicato pinnatis, pinnis nervosis integerrimis, ultimis lanceolatis.

*Filix femina* MATTHIOLI p. 291. BLAKWELL. t. 325.

*Filix ramosa minor* (nobis omnium maxima) pinnulis obtusis, non dentatis C. B. PLUMIER. *Filic. American.* p. XXIII. t. 5. f. 1.

*Pteris frondibus supradecompositis, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, inferioribus pinnatifidis, superioribus minoribus* LINN. p. 1533.

In asperis dumosis, sylvisque sterilibus.

Radix flava, reptatrix, multicaulis, incisa crucem refert, quam alii pro aquila habent. Caules bipedales & ultra, ad 5. pedes, ramos edunt, quorum & pinnulae ramosae sunt, demum pinnae secundae pinnulas foliaceas producant, basi lata ad vicinas pinnulas propagatas, obtusas, nervosas, duras, integerrimas, quarum extremae in unum majus semipinnatum folium confluunt, in lanceolae speciem, quae in superioribus foliis paucas ad basin pinnas adjectas habet, in supremis nullas, & sola est. Petioli fulcati, nervulus subtus hirsutus. Seminales capsulae in lineis margini parallelis: eas per aetatem contractus margo occultat. Involucrum linearum feminalium est epidermis. Capsula globosa, monosperma, petiolata b). Agriculis invisita late repit, & extirpaturis summa pertinacia resistit.

Radix viscida, subamara, & nauseosa est, uti in tota gente mucilaginosum quid & falsum est. Dulcem Filici & adstringentem radicem THEOPHRASTUS c) tribuit, & ad vermem latum addit valere. Eas laudes TRAGUS repetit, & nuperrime NICOLAUS ANDRY d), de cortice potissimum radicis locuti. Drachma una radicis tœniam expugnatam fuisse SPIGELIUS e) testis est, negant alii f). Adstringente vi pollere adparet, cum decocta cum Filice aqua corium maceratum bene ad usus humanos

B 2

præparet,

a) Θηλυπτερις diversa a Pteride, quod hæc unicum folium habeat, ex radice magna crassa THEOPHRAST. L. IX. c. 20. Filix femina, foliis ut Filicis furculosis, altioribus, quae non singula, ut illa, pedunculo fulciantur, radicibus longis, numerosis, obliquis, quae ex nigro in luteum flavescunt, & aliquae etiam rubrae sint DIOSCORID. IV. c. 179. PLINII

Thelypteris brevior, mollior, densior, singularis, non fruticosa, foliis ad radicem canaliculatis L. XXVII n. 55. alia a Dioscoridea.

b) ВОРНМЕР. ibid.

c) L. IX. c. 22. Teretes lumbricos DIOSCORIDEE.

d) Des vers p. 531.

e) Lambric. lat. p. 62.

f) ВРОУЗЕТ. educat. medic. II. p. 59.

præparet *g*), & caprillas pelles ad eam corii speciem aptet, quæ dicitur *Carduan*. Sal ex cineribus non pure lixivus, & ammoniaco similior est, cum admisto phlogisto *b*). Ad saponem *i*) tamen faciendum servit, & ex ustis radicibus sphaerulæ parantur *k*), quæ in aqua mollescunt, & pro sapone sunt. Idem sal cum arena vitra facit egregia & ductilia *l*), in Gallia *m*) familiaria, ut etiam ejus gentis Poëtæ Filicis nomine pro scyphis potorum utantur. Id mallem, quam pani *n*) admiscere, ut in Neustria solent. Porcis *o*) decet eas radices relinquere, cum aqua coctas. Neque placeret cerevisias Filice corrumpere, ad duas tertias ad maltham admista *p*). Ad rachitidem pueris substernitur.

In calidis regionibus, ut in Sicilia, vesiculæ melle plenæ huic Filici adhærent *q*).

1689. FILIX foliis duplicato pinnatis, sterilibus obtuse dentatis, floralibus ovatis integerrimis.

*Adiantum album tenuifolium*, *Rutæ murariæ accedens* I. B. III. p. 473.

*Rutæ murariæ alpina latifolia* I. R. H. SCHEUCHZER. It. VI. p. 461.

*Adiantum album floridum seu Filicula petraea cripsa* PLUKNET. p. 9. t. 3. f. 2.

& *Adiantum foliis minutatim in oblongum scissis, pediculo viridi* ibid. f. 3. planta adultior, & Hist. Oxon. T. III. p. 585. t. 5. f. 25.

*Filix botrytis minima, seu Filicula petraea, florida, Anglica, foliis plurifariam divisis* Hist. Oxon. III. p. 595. f. 14. t. 4. f. 4.

*Osmonda frondibus supradecompositis, pinnis alternis subrotundis* LINN. p. 1522.

In Alpibus minime rara. Incipit in subalpinis, ut in muris circa *Gutentammen*, circa *Morcle*, in valle *Urfaria*, *Lepontia*. Deinde crescit in veris alpinis, *Furcula*, *Gottardo*, montibus *Fouly*, *Jeman*, *Culand*, *Pilato*, *Pennino*, *Speluga*. &c.

*Rutæ murariæ* lobis accedit. Caules ramosi, pinnis primis, & primis pinnulis, nondum foliosis, sed pinnularum pinnis, aut pinnulis secundis. Earum pinnæ primæ petiolatæ, semipinnatæ sunt, extremis pinnis in retusum, & rhomboideum finem confluentibus, obtuse ferratis. Quando vero nunc femina profert, duas habet lineas florales, oram sequentes, & margo folii contrahitur, dentesque suos abscondit, ut folia convexa, subtus cava, ovata adpareant, & denique fere filiformia *r*). A *Struthiopteride* differt, quod ipsa sterilia folia fecunda fiant, & in eodem folio partem frondium sterilem habeas, partem fecundam.

ASPLENIUM *s*) LINN. n. 1178.

LINGUA CERVINA TOURNEFORTII t. 319.

RUTA MURARIA TOURNEFORTII t. 317.

TRICHOMANES TOURNEFORT. t. 315.

ASPLENIUM TOURNEFORTII t. 318.

Lineæ feminales paucae, parallelæ, ad acutum cum nervo folii angulum dispositæ, ut versus eum convergant.

#### I. FOLIIS REPETITO DIVISIS.

\*1690. ASPLENIUM caule pinnato, pinnis imis trifoliatis, superioribus simplicibus, dentatis. †

*Adiantum novum Germanicum, Rutæ murariæ facie* BREYNE *Centur. I. ic. 97.*

Vera planta, au *Creux de Jeman*, supra *Morcle* & *Val de Bagnes*, *Plurix* etiam a Cl. HUBERO lecta.

Et ab *Acrosticho corniculato* differt, & a *Rutæ murariæ*. Caules, quam isti, simpliciores,

*g*) GLEDITSCH. *Abhandl. I. p. 33.*

*b*) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V. p. 298.*

*s*) TRIEWALD. *zw. wetensk. Acad. bandl. 1742. trim. II.*

*k*) KORN. p. 73.

*l*) BOKN. *præf. med. Galen. BORRICH. hermet. sapient. p. 354.*

*m*) LUGDUN. p. 1224.

*n*) IDEM *ibid.*

*o*) *Recueil de la Société d'Agriculture de Tours ann. 1768 p. 106.*

*p*) *Drontheim. Gesell. I. p. 246.* Si de hac sermo est,

*q*) *BOCCONE mus. di. f. sic. p. 144.*

*r*) *PLUKNET. f. 3.*

*s*) *Asplenon* aliqui *Scolopendrium* vocant (separat *TRALLIANUS* L. VIII. p. 562.). Foliis est multis, *Scolopendræ* animalis similibus, ab una radice prodeuntibus. Nec florem, nec semen habet. Folia *Polypodii* modo dividuntur, subtus flavescencia, hirsuta, superne viridia *DIOSCORID.* L. III. c. 124. Videtur *Ceterach.*

ASPLENIUM.

clores, basi nigra, uno alterove ramo, brevi, trifolio, lobato & bilobato. Reliqua folia solitaria, prima incisa, quatuor, aut paucioribus fere, denticulis, sic primorum lobi: superiora simplicia, apice breviter inciso, multo longiora & simpliciora, quam ei Rutæ. Lineæ feminales in imo folio duæ vel tres, vix quatuor, ut in exigua planta, longula.

1691. ASPLENIUM foliis laxè ramosis, ramis secundis trifoliis, superioribus semitrilobis, lobis rhomboideis, circumferratis.

Capillus Veneris DORSTEN. p. 61. b.

Ruta muraria TRAG. p. 323. PLUMIER. Filic. Americ. p. XXIX. tab. A. f. 3. GLEICHEN. t. 24.

Paronychia MATTHIOL. p. 1041. CAMERAR. Epit. p. 785.

Adiantum album CORD. DIOSCORID. L. IV. TABERNEMONT. p. 796. BLAKWELL. t. 219. Icon OEDERI t. 190.

β. Varietas longiore folio, diversa a 1690.

Varietas Rutæ murariæ Wambrifiana VERNON. apud RAJ. Syn. III. p. 123.

α. β. Asplenium frondibus alternatim decompositis, foliolis alternis, pinnis lanceolatis, inciso-ferratis, LINN. p. 1541.

Nihil vulgatius in muris. Varietatem β. Bernæ reperi, in muris cœmeterii extra portam inferiorem.

Radices capillatæ. Folia magis divisa, laxa, neque pinnata voces. Rami primi ramosi. Rami secundi trifolii, lobis firmulis, rhomboideis, sed brevioribus, quam in 1690. obtusis, circumferratis. Sulci duo vel tres in quoque folio. Eadem natura foliolis ultimis, simplicibus, aut semibilobis, qualia frondem terminant. Capsulæ anulatæ t).

In officinas irrepfit, inter quinque plantas capillares, quæ nescio quomodo pectori amicæ creduntur, cum tamen siccæ, insipidæ, inodoræ, inertes videantur v). Si CHOMELIUS aqua, cui Ruta muraria infusa fuerat, vomitum evacuavit & sanavit, eam fortunam aut naturæ tribuas, aut aquæ calenti. HIPPOCRATIS imitator BOERHAAVIUS monet cum hydromelle infundere.

\*1692. ASPLENIUM foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnulis semipinnatis, lobulis ovatis, ferratis.

GESNERI ic. an. 154.

Onopteris major TABERNEMONT. p. 796.

Adiantum x) foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro C. B. Hist. Oxon. III. p. 588. t. 4. f. 15.

Adiantum nigrum BLAKWELL. t. 220. officinarum I. B. III. p. 743.

Asplenium frondibus subtripinnatis, foliolis alternis, pinnis lanceolatis inciso-ferratis LINN. p. 1541.

Icon OEDERI t. 250.

Varietates habet SIBBALD. Natural. Hist. of Fife p. 57. & segmentis rotundioribus PLUKNET. mantiff. p. 5.

Lugani & Curia in muris. Inter herbas Cl. CONSTANT fuit, prope Rivæ lecta, haud longe Laufanna.

Huic habitus pinnatus Filicum marium, natura dura, firma, plana. Folia semidrantalia, simpliciter pinnata, ut pinnæ ex ordine minores fiant, & totum folium in trianguli speciem coëat. Pinnæ primæ pinnatæ, pinnulæ semipinnatæ, ultimæ simplices, hæ inter se confluentes. Lobi omnes obtusi, fere ovati, a nervo inæqualiter divisi, in apice ferrati, lineis lateralibus simplicibus. Lineæ feminales albæ, ad septem usque.

Inter pectorales præcipuo loco CHOMELIUS ponit, nostris officinis ignotam.

II. FOLII PINNATIS.

1693. ASPLENIUM foliis pinnatis, pinnis ovatis, crenatis Conf. LINN. p. 1540.

α. Cauliculis nigris, adultum.

Trichomanes FUCHS. p. 796. MATTHIOL. p. 1202. CAMERAR. Epit. p. 925. BLAKWELL. t. 370.

Trichomanes officinis Polytrichon TRAG. p. 580.

Trichomanes

f) POWER. obs. 39. GLEICHEN.

g) Eas vires LUDOVICUS refutat. Oper. p. 227.

h) Adiantum pusilla gerit folia, similia Coriandri &c.

DIOSCORIDES L. IV. c. 131. Videtur Capillus Veneris. Ramuli nigri, folia Filicis ex adverso sibi contraria aspera inferius, & fusca, in faxis umbrosis PLIN. L. XXII. n. 30. hoc nostro propius.

*Trichomanes seu Polytrichon officinarum* PLUMIER. *Filic. Americ.* p. XXVI. tab. B. f. 1. I. R. H. t. 315. D. D. E. E.

Icon OEDERI 119.

II. Cauliculo fissō.

*Trichomanes femina* TABERNEMONT. p. 802.

*Trichomanes ramosum* I. B. III. p. 755.

β. Varietas junior, cauliculis ex albo virentibus.

*Trichomanes minor mas* TABERNEMONT. p. 819.

*Trichomanes folio crenato* SIBBALD. *Scot. illustr.* t. 7. f. 3.

II. Caule bifurcato.

*Trichomanes minor femina* TABERNEMONT. p. 802.

*Trichomanes minus, bifurcato pediculo, longioribus foliis dentatis* *Hist. Oxon.* III. p. 591. f. XIV. t. 5. f. 11.

Separat LINNÆUS & HUDSONUS. Icones tamen TABERNEMONTANI non sinunt separare.

γ. Foliis triangularibus.

*Trichomanes folio pyramidalis* SIBBALD. l. c. f. 4.

*Trichomanes minus, alis foliorum triangularibus dentatis* *Hist. Oxon.* III. p. 591. t. 3. f. 13.

Ubique ad muros, & in petrosis: varietas γ. passim in montanis.

Cauliculi juniores virides, maturi nigri, nitentes, semper cespitosi, semiprojecti, femipedales. Folia unico ordine pinnata, petiolata, in planta vulgatissima ovata, circumcrenata, minime raro etiam triangularia, cum appendice de basi utrinque exeunte. Sulci feminales tres, quatuor & quinque: per maturitatem in acervum confluent. Squama pro involucro, capsula anulata. Semina pauca.

δ. Foliis semipinnatis cristatis.

*Adiantum mas* TABERNEMONT. p. 797.

*Adiantum maritimum, segmentis rotundioribus* PLUKNET. t. 73. f. 6.

*Trichomanes foliis eleganter incisīs* TOURNEFORT. t. 315. F. F. Habet CAMPI *Spicileg.* p. 33.

J. GESNERUS misit, lectam in monte *Blattenberg* Glaronensium.

Insignis varietas aut diversa planta. Cauliculi, ut plerisque minorum Filicinorum, nigri, nitentes. Folia pinnata, numerosissimorum parium, sæpe tamen alterna, basi triangulari, lata; margine profunde inciso, ut pene semipinnata sint, pinnulis obtuse & eleganter serratis.

III. FOLIIS SEMIPINNATIS.

1694. ASPLENIUM foliis pinnatis, pinnis in basi dilatatis, obtusis, subtus muscolis.

*Scolopendria vera* TRAG. p. 551.

*Asplenium* MATTHIOL. p. 899. *Epist.* p. 295. CAMERAR. *Epit.* p. 640. *svæ Ceterach* I. B. III. p. 749. PLUMIER. *plant. American.* p. XXXIII. tab. B. f. 3. QUER. *Flor.* III. t. 37.

Icones BARRELIER. 1043. 1044. 1051. 1052. 604. & forte 603.

*Asplenium Ceterach Scolopendria* BLAKWELL. t. 216.

*Asplenium frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus* LINN. p. 1536.

In Helvetia australi, in Gubernio Aquilejensi, in arce S. *Tryphon*, & abunde circa *Eslez* in rupibus & muris. *Seduni* in arce *Valeria*. Supra vineas pagi *Douanne* Cl. GAGNEBIN. In valle *Oscella*, circa *Chiavennan*, &c. Prope *Dellberg* in rupibus inter *Monfarcon* & *Lieregalle*.

Concinna planta cespitem dat foliorum absque caulibus, durorum, læte viridium. Ea plus, quam semipinnata sunt, pinnis tamen late cum nervo confluentibus, ut nusquam non foliosus sit. Lineæ feminales ad nervum inclinatæ; quinæ, septenæ; in maturiori planta folia tota in parte averfa muscosa, scobe subrufa obducuntur, ut squamulæ etiam in viridi facie adpareat. Acervi squama bivalvi tecti. Semina pauca, perminuta: involucra 2) magna, quæ scobem muscosam efficiant, tota tegentem folia.

Putatum est, Splenem minuere, quod coagula hypochondriorum resolveret. Est inter quinque plantas capillares; rari tamen usus.

IV. FOLIIS INDIVISIS.

1695. ASPLENIUM petiolis hirsutis, folio longe lineari lanceolato, integerrimo, circa petiolum excisso.

*Phykitis*

3) GLEDITSCH.

4) HOOKER *lamp.*

*Phyllitis* a) MATTHIOL. p. 831. *Epit.* p. 579.

*Lingua cervina officinarum* C. B. PLUMIER. *Filic. Americ.* p. XXXVI. tab. A. f. 4. TOURNEF. MUNTING. BLAKSTONE p. 72.

*Lingua cervina Phyllitis* BLAKWELL. t. 138.

β. Varietates habet MUNTING. *phytogr.* t. 81. 82. TRIUMPHETTI *obl.* ic. 1.

*Polychidem* sæpe vidi, folio ex apice multifido, minus tamen specioso, quam hortensis; id vitium CAUSE ætati tribuit.

α. *Asplenium frondibus simplicibus, cordato lingulatis, integerrimis, stipitibus hirsutis*, LINN. p. 1537.

In subalpinis ubique, ut circa *Interlachen, Roche à la Presse, Porte du Sex*. In Jura perinde frequens, etiam ad pedem montis, circa *antrum* prope *la Motte, à la Combe de Valanvron, &c.* supra *Muttens*. Amat rupium scrobes.

Folia simplicissima, circa erectum petiolum excissa, cæterum longe parallelis b) oris, leviter lanceolata. oris integerrimis undulatis, coriacea firmitate, prælonga, pedalia. Sulci c) florales multi, inter nostras Filices maximi, ad nervum convergentes. Involucrum bivalve: petiolus, seu anulus, in arcum flexus d), articulatus; capsula monosperma e) subrotunda f).

Subnauseosus sapor est, & salivam cogit, dum manditur, adfluere. Habita est pro planta resolvente, quæ coagula solvat, lienem diminuat: ad infusiones vulnerarias cum Helveticis herbis *Faltrank* admiscetur. Mihi videtur adstringere, eaque ratione vulnera ficcare & claudere, quæ fere communis huic toti classi proprietas est. Ad ambusta Itali folia imponunt g). Nobis in officinis vix nota est.

POLYPODIUM LINNÆI n. 1179.

GLEDITSCH. n. 1172.

POLYPODIUM TOURNEFORT. t. 316.

LONCHITIS TOURNEFORT. t. 314.

FILIX TOURNEFORT. t. 312. 313.

FILICULA TOURNEFORT.

Hoc genus in nostratibus amplius, acervos florales habet, per folii averfi superficiem dispersos, subrotundos, aut reniformes, distantes h), in lineas dispositos.

I. FOLIORUM PINNIS SUBROTUNDIS INTEGRIS,  
AUT OBITER DENTATIS.

696. POLYPODIUM foliis pinnatis, lanceolatis, radice squamata.

*Polypodium* i) MATTHIOL. p. 1292. I. B. III. p. 746. TABERNEMONT. p. 798.

*Filicula* seu *Polypodium* CAMERAR. *Epit.* p. 993.

*Polypodium vulgare* C. C. PLUMIER. *Filic. American.* p. XXVII. tab. A. f. 2. TOURNEF. t. 316.

*Polypodium quercinum* BLAKWELL. t. 215.

β. Varietas minor MATTHIOL. TABERNEMONT. p. 799. *alpinum* SCREUCHZER. *It.* VI. p. 460. Prope *Culturam vallis Pragalliensis*.

*Polypodium frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis, subserratis, obtusis, radice squamata* LINN. p. 1544.

Ad arborum rimas, frequentius ad muros vetustos, saxa & petras.

C 2

Radix

a) Phyllitidi folia Rumicis similia, longiora, viridiora, senu septena, recta, anteriore parte levia, a tergo penfiles quasi habent vermiculos tenues; in opacis DIOSCORID. III. c. 104. Videtur nostra.

b) TOURNEFORT. t. 319.

c) t. 320. A.B.C.C. & 319. D.

d) F. & C.

e) GLEDITSCH. apud BORHMER. p. 290.

f) TOURNEF. F.G. GREW. t. 72.

g) WELSCH. *milomim.* p. 30. *Eph. Nat. Cur. Dec. I.*

*ann. IV. V. append.*

h) Pedunculus communis venosus, involucrum commune nullum, capsula polysperma GLEDITSCH. apud BORHMER. p. 292. & *metb.* p. 288. Negat anulum habere IDEM.

i) *Polypodium, Filicula*, in muscosis petris, arborum caudicibus, præsertim quercuum, palmi altitudine, Filici similis, subhirsuta, non tenui perinde divisione. Radix pilosa, in qua circhi polyporum similes, crassitie digiti minimi, colore intus herbaeo, austera aliquantum & subdulcis. Purgandi vim habet DIOSCORID. L. IV. c. 180. PLINIUS L. XXVI. n. 37. nominat *Polypodium* nostris *Filiculam*. *Polypodium* semper post aquas crescit, nullum semen facit THEOPHRASTUS L. IX. c. 22. Radix similis Polyporum; folium Filicis magnæ IDEM L. IX. c. 14. In arboribus & lapidibus MESUE p. 54. in NICOLAUM p. 167. b. SALADIN p. 259.

Radix crassa, tuberosa, squamis fuscis tecta, nigris pilis capillata. Folia semipedalia & pedalia, pinnata, pinnis latis, cum basi confluentibus, ut scapus alatus videatur, ora integra, aut obiter certe ferrata: quæque pinna longe lanceolata, obtusa. Seminales acervuli magni, flavi, rotundi. Capsulæ reniformes *k*).

Radix nauseose dulcis, gummosi extracti multum dat, ad tres octavas, resinosi paulominus. Gummosum dulce substypticum, gratum; infusum dulce *l*): tinctura spiritu vini facta cum dulcedine acris, extractum ingratum, nauseosum *m*). Gratia in extracto aquoso primo est, quod NEUMANNUS præfert, ut tamen extractum resinofum primum magis alvum ducat *n*).

Veteres inter medicamenta alvum ducentia numerabant, ut totius radicis drachmæ duæ *o*) fumerentur, & bilem *p*) potissimum putarunt educere, rusticum *q*) remedium. Dudum autem segne *r*) esse medicamentum Cl. viri adgnoverunt, & flatus ciere *s*), unde, ut puto, opinio nata est, Polypodia, præter quernum *t*), nocere, cum non videas, quam vim purgantem ex ea arbore speres. Duas uncias infusi requiri ETTMULLERUS. Fatuos ergo & maniacos eo medicamento sanari vix expectes *v*). Succum, tamquam saponem, equidem in hypochondriacis malis ad unam alteramve drachmam fumere, BOERHAAVII consilium fuit. In ptisanis pectoralibus ad hepatis mala, in tussi salsa, adversus arthritidem *x*), & quoties longo usu virium debilitatem potest compensare, rectius adhiberi putes. Decocta cum Lino & Polypodio aqua ad gonorrhœas, ad dolores urinæ commendatur.

1697. POLYPODIUM pinnis pinnatis, pinnulis ovatis integerrimis *Emend. I. n. 5.*

*Filix minor non ramosa* I. B. III. p. 149. MAPP. *Alsat. ic. 7.*

*Filix saxatilis, foliis non ferratis* C. B. PLUKNET. *t. 159. f. 3.* SCHEUCHZER. *It. V. p. 425.*

*Acrostichum frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, integerrimis* LINN. p. 1528. Conf. Cl.

MOEHRING. *Comm. Lit. Nor. ann. 1743. p. 118.* & III. SCHMIEDELIUM in iconibus.

In arundinetis & palustribus, circa Roche, Gümligen, Seedorf, Löhr &c. Ad lacum Felinum I. B. *Friedlingæ. Aux Pruats, Combe de Valanvron, &c.*

Polypodii officinalis paulum similis, radice repente, multicauli. Folia simplicia, cubitalia, pinnata. Pinnæ ovatae mucronatae, in universum non ferratae, breves, latiusculæ, nervosæ; superiores in longum mucronatum folium conflunt. Acervuli foliorum primum in cava superficie adparent, in lineis ad oram parallelis dispositi, operculo radiato: deinde extenduntur, & in lineam continuam vere parallelam conflunt, ejusque lineæ partem anteriorem margo contractus tegit. Denique totum folium inferne rubiginosum videtur, ut in Acrosticho; sed a Polypodio avelli nequit.

1698. POLYPODIUM foliis pinnatis, reflexis, pinnis ovatis, hirsutis, primis cum nervo confluentibus *Catal. Gotting. p. 3.*

*Filix minor Britannica, pediculo pallidior* DILLEN. *Syn. III. p. 172. n. 8.*

*Filix non ramosa minor* & *hyloestris* PETIT. *lett. III. à un Médecin p. 50. cum ic.*

*Phyllitis minor hirsuta, pinnis variis* AMMAN. *Comm. Acad. Petrop. T. X. t. 21. p. 298.*

*Polypodium frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, parvis pinnula quadrangulari confluentibus* LINN. p. 1550.

Passim reperi, in Germania inque Helvetia. Ad Teufelsbrük, porro per vallem Lepontiam, ad Luganum usque. In valle Chapuisè etiam legi. In Neocomensium & vicinorum Rauracorum montosis, *aux Pruats, aux Combes de Valanvron.*

Caules pedales & ultra, erecti, glabri. Folia pinnata, pinnis parvis, nervo, & toto sæpe folio, & oris hirsutis; primis pinnis latissime cum scapo confluentibus, ut ibi obtuse quadrangulare quadrivium nascatur. Eorum foliorum prima deorsum reflectuntur, cæterum ad tringuli modum superiora sensim minuntur. Acervuli florales luteoli. Habeo exempla, in quibus ultimæ pinnæ in continuum, fere Barbareæ simile, folium conflunt.

1699. POLYPODIUM pinnis pinnatis, conjugatis, pinnulis, ovatis obtusis, crenatis.

*Filix*

*k*) HOOKE *Lampar.*

*l*) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 48. Paulo aliter CARTHEUSER.

*m*) NEUMAN. *ibid.* p. 49.

*n*) I. C. Sal falsus.

*o*) RUFUS p. 14. ORIBAS *Synops. I. c. 17.* MESUR p. 54. SALADIN.

*p*) PLIN. ORIBAS. RHAZE ad MANSOR, III.

*q*) PLUMIER.

*r*) MESUR. MANARDUS. CHOMEL. *plantes usuelles* p. 487.

Ad quatuor infusi uncias requiri SCOPOLI p. 167.

*s*) In NICOLAUM I. C.

*t*) FALLOP. *perg. simpl. c. 52.*

*v*) *Mémoir. de l'Acad. des Sciences ann. 1751. p. 160.*

*w*) MARCELLUS c. 25.

*Filix arborea* y) TRAG. p. 538.

*Filix petrea* IV. TABERNÆM. p. 799.

*Filix ramosa minor* I. B. III. p. 741. MOEHRING' 1743. p. 119. *pinnulis dentatis* C. B. AMMAN. l. c. t. 22. f. 2.

II. *Filix pumila saxatilis* CLUS. Pannon. p. 705.

*Filix ramosa saxatilis*, *nigris maculis punctata* C. B. *Hist. Oxon.* III. sect. 14. t. 4. f. 19.

*Polypodium frondibus supra decompositis, foliis ternis bipinnatis* LINN. p. 1555.

Minime rara, etiam Bernæ in ipsis urbis muris nascebatur. Amplissima aux *Sublins*, & ubique in Aquilejensi dominio, in rupetribus. In valle *Geiten*, sub monte *Vogelberg*, in valle *Grindelwald* &c.

Radix teres, transversa, squamosa. Scapi pinnæ iterum pinnatæ, ordine triangulari. Pinnulæ denuo pinnatæ, lobis ovatis obtusis, crenatis, lineatis, duriusculis, extremis confluentibus & gracilescentibus. Acervi magni maturum folium totum occupant. Duriusculus habitus est & glaber. Scapus pedalis, etiam cubitalis.

\*1700. POLYPODIUM pinnis & pinnulis pinnatis, subtus hirsutis, obtusis. †

*Filix fontalis*, *latiore folio* PLUKNET. p. 190. t. 180. f. 6.

Passim inter meas reperi, & fere pro initiis habui *Filiculæ fumarizæ* pinnulis. Sed differt: & ex Suecia pro fragili missa est, non eadem.

Humilis & semipedalis plantula. Caules squamosi, flavi. Folia minora, duplicato pinnata, pinnis confluentibus ovatis, nervis hirsutis, qua nota se distinguit. Majora vero folia utique habent pinnas primas, & secundas, tertiasque pinnulas novem, undecim, ovatas, ad nervum confluentes, acervis in duas lineas dispositis. Inquiratur.

### I. FOLIIS PINNATIS,

### II. PINNIS EVIDENTIUS DENTATIS.

#### FILICES TOURNEFORT.

1701. POLYPODIUM pinnis pinnatis, obtusis, dentatis.

*Filix mas* z) FUCHS. p. 594. MATTHIOL. p. 1290. TABERNÆM. p. 591. BLAKWELL. t. 323.

*Filix mas non ramosa*, *dentata* C. B. I. R. H. t. 311. 312. *Hist. Oxon.* III. f. 14. t. 3. f. 6.

*Filix mas*, *pinnulis cristatis* VAILLANT. t. 9. f. 2.

*Polypodium frondibus bipinnatis, pinnis obtusis, crenulatis, stipite paleaceo*, LINN. p. 1531. GUNNER. t. 1. f. 4.

*Fabrukrant* CRAMER. t. 51.

Nihil vulgatius in sylvis, etiam ad sepes. Nascitur in cespites circulares. Folium integrum cubitale, imis pinnis brevioribus, inde maximis, reliquis triangulariter decrescentibus. Pinnæ ad nervum inclinatæ, oblongæ, oris parallelis, crenatæ, mucrone obtuso. Acervuli reniformes a), sex, septem, squama tecti b) stellata, rotunda. Capsulæ ovatae c), anulo elastico articulato cinctæ d). Totus habitus firmus & glaber. Scapus squamosus.

Sapor radici nauseosus, ex amaro dulcis. Decocto fetus mortuus e) expulsus est. Manipulus unus radicis, infusus in vini pinta una, laudatur ad tumorem, qui hydrophem minatur f). In medicina vix ferio adhibetur. Ad arthritidem MAJOW g). Negat ad vermes valere Cl. SCOPOLI h). Asparagos tenues esculentos esse, & laminas unguium similes ramosas, quæ bases stipularum sunt, cum polenta in panem pinfi GUNNERUS i).

Pestis pascuorum vix ullo modo potest extirpari, & latas regiones, perinde ut femina, tenet.

1702. POLY-

9) *Dryopteris* nascitur in veterum *Quercuum* musco, Filici similis, multo minore foliorum incisura, radicibus implexis, hirsutis, acutis, in dulcedinem vergentibus DIOSCORID. L. IV. c. 181. PLINIUS L. XXVII. n. 48.

10) Filici folia sine caule, sine fructu, sine flore, ex uno pediculo orbitali longitudine exeunt, multifida & lateribus pinnata, subgravi odore, radice per summa cespitum nigra, oblonga, filices multas fundente. gustu subastringente DIOSCORID. L. IV. c. 178. add. PLIN. L. XXVII. c. 55. qui gravem odorem corrigit.

a) TOURNEFORT. t. 312.

b) IDEM P. R.

c) Q. Q. Q.

d) DU HAMEL. *Physique des Arbr.* f. 291. fqq.

e) *Journ. de medec.* XII. p. 130.

f) *Supplem. aux plantes usuelles* p. 145. 489.

g) *Oper.* p. 406.

h) p. 170.

i) *Flor. Norveg.*

D

- \*1702. POLYPODIUM pinnis paucis, semipinnatis, brevissimis, acute ferratis. †  
*Filicula alpina, foliis rotundioribus & crenatis* PONTEBER. *Compend.* p. 19. SEGUIER. *Suppl.* p. 54. t. 1. f. 2.  
 Planta minima, semipedalis, pedalis, simili fabrica, septem pinnarum, aut paulo ultra, quæ in vulgari sunt ad sedecim, brevium, uncialium, acute ferratarum. Hæc possit esse *Filix saxatilis pumila* II. CLUS. *Pann.* p. 705. 706. Planta non satis definita.
1703. POLYPODIUM pinnis pinnatis, pinnulis ovatis, obtusis, dentatis, dentibus imis bifidis. †  
*Filix mollis, seu glabra vulgari non ramosa accedens* I. B. III. p. 738. VAILLANT. p. 53. t. 9. f. 4. *Hist. Oxon.* f. 14. t. 3. f. 8.  
*Polypodium &c.* MOEHRING. *Comm. Lit. Novic. ann.* 1743. p. 119.  
*Polypodium &c.* MULLER. *Friedrichsdal* t. 2. f. 3.  
*Filix non ramosa alpina, foliis, quæ ad alas rotundioribus, omnibus autem dentatis* PONTEBER. *Compend.* p. 13. SEGUIER. *Suppl.* p. 53. t. 1. f. 1.  
 Minime infrequens in sylvis in der Hardt, in Combaniva, &c.  
 Similis maris, mollis, oris foliorum contractis, obtusis. Adultæ pinnæ duriores, semper breves & ovatae, concinne dentatae, dentibus primis incisis, reliquis integris, acutis, sine obtuso. Breviuscula folia esse solent, pinnarum circa viginti. Acervi in pinnula octo.
1704. POLYPODIUM pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis, semipinnatis, lobis acute bifectis, ad RUPP. p. 344.  
*Filix mas non ramosa, major, pinnulis angustis rarioribus, profunde dentatis*, PLUKNET. t. 180. f. 4.  
*Filix mas non ramosa, pinnulis angustis rarioribus, profunde dentatis* ibid. f. 8. melius.  
*Filix petraea femina* I. TABERNÆM. p. 793.  
*Filix tenuissime & profundissime divisa, Montbelgardica* I. B. III. p. 739. descriptio, cum icone *Filicis fontis admirabilis, ad marem vulgarem accedentis* ibid.  
*Filix mas non ramosa, major, pinnulis majusculis longioribus, in profundos denticulos divisis*, *Hist. Oxon.* III. f. 14. t. 3. f. 11.  
*Polypodium &c.* MULLER. l. c. f. 2. qui plantam misit.  
*Polypodium frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis, pinnatifidis, acutis* LINN. p. 1551.  
 In sylvis nostris frequens.  
 Habet longiora folia, pinnarum ad quadraginta usque paria, firmas eas, rigidiusculas, acutas, quæ priori obtusæ; pinnulis semipinnatis, parium fere decem, omnibus acute incisis bifidisque.
1705. POLYPODIUM pinnulis pinnatis, lobis semipinnatis, dentatis, aristatis Conf. ad RUPP. p. 344. †  
*Filix tenuissime secta ex monte Ballou* I. B. III. p. 739. cum triplicato pinnata sit. A nostra paulum differt.  
*Filix mas ramosa, pinnulis dentatis* PLUKNET. p. 180. f. 42. RAJI &c.  
*Polypodium &c.* MULLER. f. 4. qui plantam siccam misit.  
*Thelypteris minor, pinnulis argute denticulatis, & molliter spinosis* AMMAN. p. 301. t. 23.  
 Ex synonymo PLUKNETII foret *Polypodium frondibus subbipinnatis, foliolis ovato oblongis, pinnis obtusiusculis, apice acuto serratis* LINN. p. 1551. sed multa in hoc nomine nostræ plantæ repugnant, quæ triplicato pinnata sit.  
*Filix ramosa, digitata, ramulis & pinnulis longius ab invicem distantibus* MAPPY p. 104. f. 8.  
 In Gotthardo monte. In paludosis circa Chaux d'Abelle, Gunligen, Murtschen, Friedlingen, die Hardt. Aux Combes de Valarvron. A la Côte de l'Avvers de Renan GAGNEBIN.  
 Habitus maximus, scapus squamis fuscis tectus. Folia perfecte triplicato pinnata. Pinnula prima ad 20. habet pinnulas. Pinnula prima pinnata est, parium fere duodecim, quarum solæ extremæ confluunt. Est ubi & inferiores, ut in icone AMMANI. Ultimæ pinnulæ & ipsæ semipinnatæ, lobulis excisis, in apice argute denticulatis, aristatis. Acervuli in lobulo quinque, sex, subrotundi. Planta firma & nitida.



## III. LOBULIS LAXIORIBUS, NEQUE VERE PINNATIS.

FILICULÆ TOURNEFORTII. SEQUIER. I. p. 69.

1706. POLYPODIUM duriusculum, pinnis laxè pinnatis, pinnulis bidentatis & tridentatis, argutis *Emend. I. n. 8.*

*Adiantum album* LOBEL. *ic. p. 810.*

*Filicula fontana* TABERNEMONT. p. 792. C. B.

*Adiantum filicinum durius, crispum, minimum* BARRELIER. *ic. 432. n. 1.*

*Filix saxatilis non ramosa, minima* PLUKNET. t. 89.

& *Filicula saxatilis omnium minima, elegantissima* IDEM *ib.*

*Polypodium frondibus subbipinnatis lanceolatis, foliis subrotundis, argute incis, caule levi,* LINN. p. 1550.

Nihil frequentius in Gubernio Aquilejensi, in muris & rupibus. *En Chapuisse.* Etiam circa *Wallenburg, Solodurum.* Bada C. GESNER.

Elegans plantula. Caulis ex omnium minimis nostratum, trientalis, semipedalis, firmus, levis, sulcatus, pinnatus, planus, nervo medio percurtus, foliis & pinnis rarter dispositis. Pinnæ & ipsæ laxè pinnatæ, quatuor, quinque parium, extremis confluentibus. Pinnulæ latæ, breves, ad semilunæ formam acute divisæ, etiam quadridentatæ, dentibus aristatis. Acervuli albo involucro, rotundi, ad quinos in una pinna, maturi totam plantam tegunt, ut in *Acrosticho.*

1707. POLYPODIUM pinnis pinnatis, laxè divis, pinnulis semipinnatis, lobulis subrotundis, dentatis.

*Filicula fontana major, seu Adiantum album, Filicis folio* C. B. ex fide horti sicci.

*Filicula* SEQUIER. I. t. 1.

*Filix saxatilis regia, Fumaria pinnulis* VAILLANT. t. 9. f. 1.

*Filix saxatilis, cauliculo tenui, fragili* PLUKNET. t. 180. f. 5. RAL.

*Adiantum filicinum, aquaticum, mollius, minimum* BARRELIER. *ic. 432. n. 2.*

*Polypodium frondibus bipinnatis, foliis remotis, pinnis subrotundis, incis* LINN. p. 1553.

In Helvetia vulgo, in omnibus rupibus, etiam alpinis, & in muris. Bernæ in portæ superioris muris abundabat, nunc rarius. Ad arcem *Falkenstein*, circa *Milden*. Basileæ am *Spießhof*; in sylva *Chapuisse*, & alibi. Ex Anglia etiam, & ex Gallia, cum nomine *Polypodii fragilis*, accepi.

Omnino fuscus & levis cauliculus fragilis est, semipedalis, laxius pinnatus, pinnis pene conjugatis. Sic pinnulæ laxæ, neque semper ejusdem naturæ. Habeo pinnulas simplices dentatas, frequentius tamen profundius incisas; fere semipinnatas, lobulis septem, denique longiores, pinuatas; sed facile ex dentibus se contrahentibus agnoscas, ut subrotundi videantur. Acervi seminales ad septem.

1708. POLYPODIUM pinnis pinnatis, laxè divis, pinnulis semipinnatis acutis.

*Filix pinnula saxatilis, altera* PLUKNET. p. 159. t. 179. f. 1.

*Filix saxatilis ramosa, nigris maculis punctata* (L. B.) ad RUPP. p. 344. HIST. OXON.

*Polypodium frondibus bipinnatis, foliis suboppositis, pinnis laciniatis* LINN. p. 1553. ob pinnulas laciniatas.

An potius *Polypodium frondibus bipinnatis, foliis pinnulisque remotis, lanceolatis, serraturis acuminatis* LINN. p. 1552?

Minime rara in alpinis & subalpinis, montanisque saxosis, etiam in Germania. Reperi in *Javernaz, Chapuisse, Interlaci*; circa *Milden, au Creux du Vent*. Circa *Ruchenette*, in valle *Valanvron, &c.* Versus *Valorbe*, sub lacu *Juratenfi*.

Plurima prioris similia; divisio laxa, pinnæ tamen pinnatis propiores, dentes in argutas spinulas exeuntes, qui priori subrotundi: anguli omnes ramorum & pinnarum cum caule acutiores, altior etiam habitus & ad cubitum, simillima tamen planta, neque facile separabilis.

\*1709. POLYPODIUM pinnis pinnarum pinnatis, laxissime divis, lobulis obtusis, dentatis *Emend. I. n. 10. IV. n. 16. †*

*Felice crispo salsatile* PON. Bald. Ital. p. 224.

*Filicula alpina crispa* C. B. SEQUIER. *Supplem. t. 1. f. 3. p. 55.*

In alpinis editioribus *Javernaz, Boulaire, Ovannaz, Prapioz, les Martinets, la Varaz, Fouly*, supra *Sas*. In alpihus *du val de Lie*.

Radices longæ, latis petiolorum initiis obsitæ. Cauliculi in basi lati, dodrantes, ra-

ro majores. Divisio foliorum multo laxior, neque conjugatæ pinnulæ, ut fere in prioribus, sed laxæ, & remotæ, alternæ: divisio etiam triplicata, ut pinnulæ perfecte pinnatæ sint. Pinnularum lobi oblongi, latescentes, pinnæ primæ quadridentatæ, sequentes tridentatæ, dentibus obtusis, bifidis, ultimæ bifidæ, trifidæ. Acervuli feminales rotundi, exigui, albi, unicus in quoque dente, cujus basin obsidet.

1710. POLYPODIUM triplicato pinnatum, pinnulis tertiis semipinnatis, lobulis bifidis,  
Emend. III. n. 11. †

*Filix alpina, myrrhidis facie Cambrobritannica* PLUKNET. t. 89. f. 4. pinnis nimis triangulis.  
*Filix Rhetica, tenuissime divisa* L. B. III. p. 740.

Elegans plantula reperitur in alpinis & montanis opacis. Legi in monte *Chapuisse* & sylva *Combanivaz*, in via ducente ad *Lauterbrunn*, in monte *Rugen*. In *Vallorfine*. Tenera, pedalis, sed multiplici divisione, petiolo gracili, fragili, longe nudo, tota fronde triangulari, sed late & breviter, cæterum viridissima. Primæ pinnæ triunciales, tertiæ sex linearum, oblongæ. Hæ tertiæ pinnæ semipinnatæ, etiam pinnatæ, earum lobi quini, bidentati. Acervuli florales albi, in una pinnula tres ad quinque. Cæterum pinnæ & pinnulæ fere conjugatæ, parallelæ.

IV. PINNIS APPENDICULATIS.

LONCHITIDES TOURNEFORT.

1711. POLYPODIUM foliis pinnatis, pinnis ciliatis, dentatis, appendiculatis  
*Lonchitis a)* MATTHIOL. *Epist.* p. 294. *aspera major* MATTHIOL. p. 922. CAMERAR. *Epit.* p. 664.

*Lonchitis aspera* C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 42. I. R. H. t. 314.

*β. Lonchitis mas seu latifolia, aspera, minor* BARRELIER. *ic.* 1121.

*Polypodium frondibus pinnatis, pinnis houlatis, ciliato ferratis, declinatis, stipitibus strigosis,* LINN. p. 1548.

In alpinis Helvetiæ, etiam in montanis abunde, in monte *Münchenstein*, in *Falconario*, in *Suchet*.

Habitus asper, reliquis Filicibus nostris durior. Scapus pedalis, pinnatus, squamis fuscis obductus. Pinnæ longe sibi æquales, paribus numerosis, curvulæ, hinc convexæ, inde cavulæ, per oras dentatæ & ciliatæ. Quæque pinna perpetuam appendicem triangularem sursum emittit, pariter ciliatam & dentatam, aliquando & inferiorem alteram. Acervuli orbiculati, ad duodecim paria, & ultra, & alii in appendice proprii. Involucrum acervorum peltatum: capsulæ petiolatæ, globosæ, monospermæ *b)*.

1712. POLYPODIUM pinnis pinnatis, ciliatis, ferratis, appendiculatis.

*α. Pinnis plurimis confluentibus in unam magnam lanceolatam pinnam.*

*Filix aculeata, Lonchitidi adfinis* PLUKNET. p. 151. t. 180. f. 3. bene; tamen ut integer lobus sit, qui superne ex basi pinnæ producitur.

*Filix mas, pinnulis latis auriculatis, spinosis* PLUKNET. t. 179. f. 6.

*β. Folio breviori, qualia passim reperi.*

*Filix aculeata, Lonchitidi adfinis* RAI. *Syn. III.* p. 120.

*γ. Pinnis fere omnibus distinctis.*

*Filix aculeata major* C. B. *Prodr.* p. 151.

*Filix mas, pinnulis latis, auriculatis, spinosis* Hist. Oxon. III. p. 580. t. 3. f. 15. bene.

*Filix mas aculeata nostras, alis expansis, muscosa lanugine rectis* PLUKNET. p. 151. t. 180. f. 1.

*Polypodium frondibus bipinnatis, pinnis houlatis, ciliatis, dentatis* LINN. p. 1552.

Varietas prior in sylvis circa *Hinterlachen*, in colle *der Rugen*. Reliquæ in mont. *Wasserfall*, *Vogelberg*, versus *Schauenburg*, *die Hardt*, supra *Muttenz*, in *Brittenwald*.

Habitus *Lonchitidis*, foliis duris, ciliatis, sursum appendicem triangularem emittentibus paulum incurvatæ omnibus in *β.* primis in *α.* Caulis spadiceis squamis obductus, triangularis *c)*.

ADIANTUM

*a)* *Lonchitis altera seu aspera, folia habet Scolopendrii, asperiora, majora, multo magis divisa* DIOSCORID. III. c. 116. PLIN. XXV. n. 88. Ad *Acrostichum*

suum MARANTA trahit ad MATTHIOL. p. 286.

MATTHIOLUS ad *Polypodium* 1685. *Epist.* p. 294. & c.

*b)* GLEDITSCH. apud BOSHMER. p. 294.

*c)* Conf. CL. LA CHENAL. *disf. inang.* p. 2.

ADIANTUM d) LINN. n. 1180.

TOURNEFORT. t. 317.

Acervuli feminales folitarii, ovati, tecti margine reflexo folii. Semina numerosa.

1713. ADIANTUM petiolis ramosis, foliis flabelliformibus, lobatis.

*Adiantum* CAMERAR. *Epit.* p. 924.

*Adiantum foliis decompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus, lobatis, pedicellatis*, LINN. p. 1558.

Dudum in sepibus udis pagi *Aventici* provenire CONSTANTIUS scripserat: nemo vero nostrum repererat, cum solicite quæreremus. Demum Cl. FUESSLI in Helvetia transalpina legit. In puteis, & lapidibus, atque muris udis.

Cauliculi tenues, ex purpura nigri. Ramorum petioli prægrandes, trifolii. Folia glabra, tenera, in parte posteriori dentata, flabelliformia, dilatata, aut breviter in lobos fissâ, aut profundius trilobata, quadrilobata, septilobata, lobis obtusis. Acervi feminales albi, in uno dente unus, duo, involucri albo, membranaceo. Ad eos folii margo adtrahitur. Capsulæ globosæ, anulus articulatus.

In medicinam sibi viam aperuit syrupo potissimum, qui ab aqua florum aurantiorum vim suam accipere videtur, si quam habet. Succulentum esse Adianton, ut fere ad pondus plantæ succum edat e). Sapor vero aut odor vires non promittit.

ACROSTICHUM LINN. n. 1173.

FILICULÆ TOURNEFORT. spec.

Tota averfa folii facies polline feminali obducitur.

1714. ACROSTICHUM caule bis bifurcato.

*Filix arborea* TRAG. p. 537. I. B. III. p. 755.

*Holocheum petræum* TABERNEMONT. p. 736.

*Acrostichum frondibus nudis, linearibus, laciniatis* LINN. p. 1524.

OEDERI ic. 60.

In Helvetia non rarum, etiam Bernæ, an *der Teufelsbürde*. Circa *Ellé*, *Glaronans*.

In alpihus abunde, *Lavaraz*, *Fonly*, *Gothard*. Circa *Spiez* in vineis.

Planta perisimplex. Caulis sæpe curvus, sursum latescens, ut rami feminales latissimi sint, bis bifurcatus. Apex cujusque rami acute incisus, lanceolatus. Tota pars latior acervo globulorum tegitur. Involucrum lineare f) eadem longitudine.

\*1715. ACROSTICHUM pinnis subtus pinnatis, squamosis, obtusis, basi utrinque appendiculata.

*Lonchitis mollior, foliis Ceterach, Hispanica* BARRELIER. ic. 857. 858. foliis convolutis.

*Lonchitis aspera Marante* CAMERAR. *Epit.* p. 666.

*Lonchitis Marante* MATTHIOL. *epist.* p. 294.

*Acrostichum frondibus subbipinnatis, pinnis opposito coadunatis, subtus hirsutissimis, basi subdentatis* LINN. p. 1527.

Circa *Ardenn* vallis *Tellinæ* Cl. DICK.

Scapus sanguinei coloris g), totus cum nervis hirsutus, dodrantalis, pedalis. Folia *Ceterach*, a quo ægre avello, viridissima, solida, pinnata, pinnis cum nervo confluentia, ovatis, extrema semitriloba. lris obtusus utrinque processus est, quorum inferior major. Linea superior rectior, inferior curva, emarginata. Tota pars averfa folii fursuraceis squamis obducitur, ut etiam in facie sterili circa marginem rubigo adpareat. Acervi feminales in ea scobe distincti, confertissimi. Mihi de-rasa scobe puncta adparent, & folium reticulatum, & vestigia aliqua involucrorum latorum, punctis circumpositorum. Scobs fit foliolis lanceolatis. Proprium mihi genus mereri videtur, cum plusculis Americanis.

CLASIS XVI.

d) *Adiantum* in aqua nunquam madescit, candidum datur & nigrum THEOPHRAST. L. VII. c. 13.

*Adianton* pusilla gerit folia, similia *Coriandri*, in summo incisuris divisa: cauliculi, quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti, radice supervacua: neque caulem, neque fructum, neque florem profert DIOSCORID. L. IV. c. 131.

*Adiantum album* a *Capillo Veneris* MESUR caulibus subrubris separat. Decocti libram ait purgare c. 12. Contra CÆLIUS *Adiantum* latinis *capillum dici Veneris tardar*. L. III. c. 5.

e) SCALIGER. in *Arist. hist. plant.* p. 88.

f) Nullum GLEDITSCH. p. 291. sed coram video.

g) *Emend.* VI. n. 9.

## CLASSIS XVI.

## II. PLANTÆ APETALÆ.

## II. FLORE MANIFESTO DESTITUTÆ.

## II. FOLIOSÆ CAPSULIFERÆ.

## II. MUSCI LINN. n. 56. ADANSON. II. p. 482.

Hos a Lichenibus distinguimus, quod vera folia habeant, ex vesiculosa & cellulosa maturatione facta, ut in plantis, quas hactenus descripsimus, cum Lichenibus crustacea natura sit: quod præterea veras capsulas ferant, in quibus & cortex est, & interior natura, a cortice diversa. Plerique Musci perennant, & caules quotannis immerfi in radices fiunt a). Immortalitatis pene æmulo privilegio hæc eadem folia gaudent; quæ post centenos, & ducentos forte annos, sola in aqua maceratione, in pristinum vigorem restitui possunt, quod experimentum in nonnullis C. BAUHINI Muscis feci. In muscis præterea, præter paucissimos aliquos, aliquid flori est analogum: capsulæ polline plenæ, figura rotunda b) & natura inflammabili, cum antherarum polline consentiente c), Filicinarum æmulæ, aut alterius figuræ, globosæ, vel cylindricæ, sessiles aut petiolatæ, spongia aliqua plenæ: aut longa, bifidaque cornua. Est denique in muscis bene multis feminum quoddam imitamentum, summo in caule non florifero congestum, aut in folio sessile: quod quidem d) mihi in plerisque similium e) videtur gemmæ, nam sunt, ubi antheris propius est. Harum particularum, florum feminumque f) similium, vera natura tamen, adque sexum g) alterutrum repræsentandum aptitudo, nondum evidentibus experimentis stabilita habetur. Seminatum ab optimo STÆHELINO Muscum, qui suam speciem reparavit h), utique novi, particulas vero in capsula non novimus distinguere, quæ novæ plantæ germina faciant. MICHELIANÆ microscopicae particulae, articulatae, & tubiformes, quas pro floribus utriusve sexus Auctor optimus habuit i), nihil certi habent. In paucissimis vero exemplis semina reperiri non consentit, quæ a nullis abesse debeant.

Uti simplicior vero plantarum fabrica, ita difficilius & genera distinguuntur, & species, cum notæ discriminis pauciores sint, figuræque minus compositæ, minus admittant diversitatis. Multum laboris in hac classe posui, manere tamen in plerisque visum est cum optimo olim DILLENIO, qui plenissimo opere Muscos constituerit: tamen ut aliqua mutarem, in quibus proprias leges vir ILL. deseruit. Monendi cæterum sunt stirpium cultores, etiam magis in Muscis, quam aliis in plantis, necessariam esse amplam exemplarium penum, ut ex omni ætate plantæ id colligere possis, quod essentiam characteris constituit. Valde enim teneri Musci a se ipsis adultis variant, congestis foliis, setarum defectu, calyptris, capsulæ figura, operculo, pectine.

Musci cæterum inter omnes plantas in minimo calore vegetant, & media hieme sub nivibus florent, iisque mensibus terram exornant, quibus omnes aliæ plantæ aut emortuæ sunt, aut mortuarum similes languent. Quare etiam in pratis & in terra Grönlandia & Labradoris fere soli Musci nascuntur k).

Cæterum capsulæ aliæ unica fiunt membrana, quæ pulpam viridem contineat, per siccitatem in granula discessuram. Alii Musci duplex habent involucrum, exterius crassum, interius viride & tenerum: sunt in quibus hæc duo involucra se contingunt, in aliis l) intervallo aliquo separantur, & sola cellulositatem aliqua, sive fibrillis m) colligatur. In aliis utriusque involucri diversa figura est n). Neque desunt quibus

a) DILLEN. *Epb. Nat. Cur. Cent. VI. p. 56. Phil. Transf.* n. 470.

b) HOOKE *Lampar. p. 45. 46. DILLEN. l. c. p. 53. 54. 57. t. 9. f. 1. ad 17. Hist. musc. p. 14. Phil. Transf. n. 284. LINN. Sem. musc.*

c) OLIVARIUS *reif. p. 460. WEDDL. de lycopod. p. 19.*

d) Ita particulae Lycopodii feminibus analogæ manifesto in folia resolvuntur DILLEN. *hist. musc. p. 179. vel ex LINNÆI icone p. 296. t. 3. Sic gemmæ hypnorum.*

e) Tamen semen esse, etsi pistillo & stigmate destituatur LINN. *Sem. musc. p. 18. 19. Sed ostendemus, vera esse folia. Esse folia ADANSON. II. p. 89.*

f) Pro muscorum seminibus NIGRISOLI *generaz. p. 210. Pro semine pollinem habet HILLIUS, qui capsula continetur Phil. Transf. n. 478.*

g) Pro staminibus cilia sedecim habet HILL. *Phil. Transf. n. 478.*

h) *Spec. anat. bot. 1724. thes. 4.*

i) *Nov. gener. p. 108. t. 59.*

k) DOUGLAS. *colon. p. 173.*

l) Est in Buxbaumia, Bryo meo crasso sessili capitulo, etiam olim HOOKER 132. in Bryo villosa.

m) HOOKER.

n) Polytricho 12 DILL.

bus mediam capsulam columna carnea, sive placenta dividit a) circa quam pulpa granulosa adhæret. Ea columna cylindrica est, aut prisma angulis alterne eminentibus fulcisque percursum, ut sectio crucem referat.

Huic capsulæ operculum imponitur, obtusum, aut in acum eductum, aut conicum.

Intra operculum de summa ora capsulæ cilia exeunt, sub eminente quodam toro, operculum sustinente. Ea sibi relicta in spiram contorta, versus summum operculum connivent. Elastica vi ornantur, & quando expansa sunt, in spiralem conicamque figuram alacriter revertuntur, quamprimum adpersum humorem senserunt. Ad calorem ferri leviter calefacti, expandunt se eadem, eodem ordine quo siccantur. Ipsa anima satis habet virium, ut suo odore hæc fila connivere cogat. Videtur acris iste sensus his ciliis datus esse, ut a polline capsula contento omnem humiditatem avertant. Plerisque Muscis cilia data sunt, in variis alia, crassa, longa & intorta, brevia, ut contorqueri nequeant; dentata: unico plerumque in bryis ordine, duplici in hypnis. Eorum ordinum exterior sedecim fere ciliis fit, brevibus, acutis, intus dentatis, ab humore conniventibus, a siccitate expansis. Interiora cilia tenuiora, nunquam non clausa, non tamen satis sibi vicina sunt, quin intervalla supersint: numerus idem est. Ea immota sunt, neque vim humoris aut siccitatis sentiunt q).

Quando capsula nunc maturuit, tunc acu tacta cilia exteriora subito se expandunt, & operculum disjiciunt.

Infra cilia interiora, in conum conniventia, rete albidum est, quod pulpam ovatam granulofam tegit.

Supra capsulam & operculum, in multis Muscorum membrana est, sæpe pilosa, quæ juniorem crassulam continet, & supra operculum in acumen acus simile finitur. Dum capsula maturatur, paulatim calyptra minorem ejus partem contegit, & denique soli operculo insidet, & paulo post oblique adhæret, ultimo delabitur. Longo post tempore & operculum decidit, & paulo post aliud temporis intervallum cilia, quæ clausa fuerant, ultimo explicantur, & patet capsula, & pollini libertas redditur, ut elabi possit. Cilia in hypnis interiora per sua intervalla ei pollini augeum relinquunt. Horum pleraque solertia debeo Generos. DE SAUSSURE.

## LYCOPODIUM LINN. n. 1185.

## LYCOPODIUM DILLEN.

## LYCOPODIOIDES EJUSD.

## SELAGO EJUSD.

## SELAGINOIDES EJUSD.

Adfinitas cum Osmundis non minima. Capsulas habet pulverulentas, unam pluresve, in foliorum alis sessiles, pollinem fundentes inflammabilem, quem vix Te contineas, quin habeas pro vero antherarum polline. Nihil autem hic feminis simile reperias, quod ab iis capsulis diversum sit, neque calyptras habent capsulæ, neque cilia, neque operculum, sed bivalves hiscunt. Addit LINNÆUS pro flore feminino a) perianthium tetraphyllon b), cum plumula calyci connata, in una c) specie visum, quæ omnia pro gemmula habeo.

## 1716. LYCOPODIUM spica sessili, foliis linearibus lanceolatis, confertis.

Chamaepeuce TURNER. L. I.

Selago d) tertia THAL. Sylv. hercyn. p. 116. Thalii BREYNE Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 45. obs. 149. cum icone.

Muscus terrestris SCHEUCHZER. It. I. p. 44. t. 6. f. 2. abietiformis RAJ. Hist. Oxon. III. p. 624. f. XV. t. 5. f. 9.

Selago vulgaris Abietis rubrae facie DILLEN. Sylv. Musc. p. 435. t. 56. f. 1.

Lycopodium foliis sparsis octifariis, caule dichotomo erecto, fastigiato, floribus sparsis LINN. p. 1565. Icon OEDERI t. 104.

E 2

In

a) Hoc Cl. virorum stamen, in Buxbaumia visum, in Hypno Phyllitidis folio, in nonnullis Polytrichis DILL. in Mnio foliis lanceolatis congestis operculo mammillari repertum est.

b) In Bryo 4 Enum.

c) Hæc adparet in Hypnis DILL. 1. 2. 3. 14. 20. 25. 28. 29. 45. 49. 64.

a) Sem. Musc. p. 9. t. 3.

b) Duo ibi dicit folia majora, unum minus, duo minima, & unum folium majus.

c) In Selagine abietiformi.

d) Selago Sabinæ similis est PLIN. L. XXIV. n. 62.

In alpinis vulgo, in montibus *Enzeindaz*, *Prapioz*, *Isenau*, *Fouly*, *Chapuisse*, *Audon*, supra *Bagnes*, *Gottardo*, *Speluga*, *Grimfula*, *Albula Rhætica*, *Jugo* & *Fraçto*. In *Chasseral*.

Caules repentes erigunt numerosos caules, crassos, breves, teretes, totos tectos foliis adscendentibus, inordinatis, firmis, mucrone acuto, brevi, hinc cavis, inde eminente dorso. Per ætatem eadem folia laxantur, reflectuntur, & plantæ faciem mutant. In alis foliorum capsulæ folitariæ, polline plenæ, bivalves. In iisdem superioribus alis, mistæ cum capsulis quasi gemmæ, primum a SCHEUCHZERO e) detectæ, inde a DILLENIO f), & a LINNÆO g), denique a Cel. OEDERO h) repetitæ, in quibusdam exemplis abunde sedent. Foliis fiunt rigidis durisque, tum brevi quasi stipula & lata, porro maximo, ovato lanceolato, concavo foliolo, & quatuor foliolis lanceolatis, fere incurvis. Hæc quinque folia caveam intercipiunt. Nihil fructus simile, aut tubæ, neque adeo hæc corpuscula a me pro fructu, floreve habentur femina.

Vomitum movet alvumque ciet, ejusque decocto eo sine in *Ingria* i) & *Cassubia* utuntur, in *Smolandia* infuso k); temulentiam etiam ciet. Nobis, etsi vulgare est, nullos ad usus adhibetur. In dosi suos cives peccare LINNÆUS fatetur.

1717. LYCOPODIUM spicis sessilibus, foliis ovato lanceolatis, ferratis, confertis t. 45. f. 1.

*Muscus terrestris erectus minor, polyspermus* PLUKNET. *almagest.* p. 247. (lege 257) t. 47. f. 7. *Hist. Oxon.* III. p. 624. n. 10. f. 15. t. 5. f. 10.

& *Muscus terrestris repens humilior, tenuissimis foliis, clavis foliosis erectis*, *Hist. Oxon.* III. p. 621. n. 11. f. 15. t. 5. f. 11. Hæc figuræ id vitium habent, quod cilia foliorum omissa sint, ut priorem speciem propius referant.

*Muscus terrestris repens, clavis singularibus foliosis, erectis* SCHEUCHZER. *It. I.* p. 47. t. 6. f. 1. *It. II.* p. 138. Habitus erectus clavæ, repens ramorum sterilium, hic exprimitur.

*Selaginoides foliis spinosis* DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 460. t. 68.

*Polycocca* HILL.

*Lycopodium foliis sparsis, ciliatis, lanceolatis, spicis solitariis terminalibus, foliosis* LINN. p. 1565. OEDER. t. 70.

Frequens in alpinis & montanis. In montibus *Intrame*, *Scheidek*, *Neunen*, *Pilato*, *Joch*, *Ovanna*, *Martinetz*, *Enzeindaz*, *Chapuisse*, *Tompey*, *Joux verte*, & *Anzès*, *Naye*. Etiam in montanis, ut in *Cyeux du Vent*, *Tête de rang*, *Pouillerel*, *Bec de l'Oiseau*, *Chasseral*, *aux Planchettes*.

Caules repentes, ramosi: rami foliosi, femisubrecti, unciales, biunciales, ob capsulas crassiores. Folia ovato lanceolata, eleganter crenata l), glabra, nitentia, superiora floralia, majora & latiora. In foliorum alis frequentissimæ capsulæ spermaticæ, ternarum & quaternarum in quaque valvarum, quæ hiantes se revolvunt. In iis DILLENIO femina tria & quatuor vidit, rotunda, & dura m).

\*1718. LYCOPODIUM caule plano, foliis superne quaternis, inferne binis, spicis obscure petiolatis.

a. *Muscus terrestris Lusitanicus* CLUS. *hisp.* p. 495. 496.

*Lycopodium parvum, Herniariae folio* BUXBAUM. *Centur. II.* p. 39. t. 69. f. 1.

*Lycopodioides imbricatum repens* DILLEN. p. 462. t. 66. f. 1. A. nostrarum multo similis.

*Lycopodium foliis bifariis, patulis, superficialibus imbricatis, surculis repentibus, floribus sparsis* LINN. p. 1569.

β. *Muscus repens, foliolis alternis, subrotundis, per siccitatem falcatis* *Hist. Oxon.* III. p. 626. t. 6. f. 34.

*Lycopodioides denticulatum pulchrum repens, spicis pediculis insidentibus*, DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 465. t. 64. f. 3. quæ icon paucissimis nostrarum convenit.

*Lycopodium foliis bifariis patulis, superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis*, LINN. p. 1568.

Planta in Helvetia minime rara; alpina est, a *Teufelsbrück*, per montem *S. Gotthardi*, continuata in vallem *Lepontiam*, in montem usque *Generosum*. In *Speluga* monte, &c. Inde descendit in planitiem per subalpina circa *Vettis*, inter *Tufis* & *viam malam*, ad *Airolo*, *Zollbrück*, &c. Denique in calidam usque planitiem per-

e) *It. II.* p. 44. cum ic.

f) Paulo aliter & propius meis p. 437. t. 56. f. 1. h. i. k. l.

g) *Semin. musc.* p. 9. t. 3. f. 4.

h) Habet adultiora.

i) GORTER. *Flor. Ingr.* p. 66. BREYNE l. c. WELSCH.

*mitlomm.* p. 36. *Bresl. Saml.* ann. 1718. m. Febr. ann. 1721. m. April.

k) LINN. *prog. indig.*

l) In fig. nostris lente vitrea auctis.

m) l. c. f. g. h. i.

venit, & abundat circa arcem *S. Tryphon*, & prope *Roche à la Marbrière*, au *Euret*, à *Fouly*, *Plantour*, *Porte du Sex*.

Cum a duobus clarissimis viris dissentiam, faciendum est, ut mei dissensus rationem reddam.

Plantæ meæ inferne adspectæ, habitum rarum, distichum, *Herniariæ* habent, petiolo nudo, ramis cæterum planis, reptantibus, radices subinde de cauliculo emittentibus, ramulis ad magnos angulos de trunculis exeuntibus. Sed æque perpetuum est, superne adspectæ plantæ faciem imbricatam adparere, ut foliolis majoribus minor ovata imponantur, ordine alterno.

Iterum minime rarum est, ramos florigeros pene nudos, aut foliolis certe brevioribus squamosos, erigere spicas simplices, geminas, etiam ternas, paulo, quam iste quasi pedunculus crassiores, foliis factas latiusculis, in quorum alis capsulæ fedeant, pulveriferæ, reniformes n), aliæque summo Viro trispermæ dictæ. Sed alias, paulo tamen rarius, nullæ ejusmodi spicæ reperiuntur, & cauliculus in longum acumen productus, ad alas laxioris folioli sedentes habet capsulas subrotundas, quas coram video, aliasque trispermas o).

Ita fient duæ species, spicis petiolatis, foliis imbricatis, quæ *Helvetica LINNÆI*, & apud *DILLENIIUM tertia*.

Et foliis imbricatis, nulla vera spica, feminibus in ala folii sessilibus, quæ *denticulata LINNÆI*, & *prima DILLENII*.

Quando tamen communem habitum contemplor, etiam ruborem in utraque planta, & in numerosis exemplis, frequentem, & quoties video spicas juniores densas, in adultis exemplis laxari, atque in prælongos rarosque cauliculos dissolvi; tunc quidem dubito, num duæ species distingui possint. Si id peritis placet, habemus in *Helvetia* utramque.

1719. LYCOPODIUM spicis sessilibus, foliis lanceolatis adpressis, utrinque ternatis.

*Muscus repens, cupressinus nanus stiriensis* SCHEUCHZER. *It. I.* p. 43. non autem synonyma, *Lycopodii Sabine facie* DILLEN. *t. 58. f. 2.* habitus utique accedit, ut recte monet LINNÆUS, sed floribus differt.

OEDER. *ic. 79.*

*Lycopodium caule repente, ramis tetragonis* LINN. *flor. Lapon. n. 417. t. 11. f. 6.*

*Lycopodium foliis quadrifariam imbricatis, acutis, surculis erectis, dichotomis, spicis sessilibus, teretibus* LINN. *Spec. p. 1567.*

In alpinis non rarum. Prope fontem *Emme* fluv. circa vitrarias officinas in *Harzersboden* legi. In montibus *Isenau*, *Prapioz*, *Pané Rossaz*, *Fouly*, *Scheidek*, *Joch*, *unden Trüblisee*, circa *Morcele*, supra *les Plans*.

Caules longe repentes, ramosi; rami fasciculati, toti tecti foliis quadruplici ordine imbricatis, solidis, crassulis, lanceolatis, subflavis. Superne tres ordines sunt, medius in summo dorso, iique caulem reddunt convexum. Inferne cauliculus cavus est, & superiorum duo laterales ordines conspiciuntur, quartusque minor, inferior. Passim sessiles clavæ, nullo nempe petiolo a reliquo ramo distinctæ, simplices, foliis latioribus, ovato lanceolatis, ciliatis, imbricatis, quorum quodque inferius transversim adnatam sibi habet ingentem antheram.

Odor gratus, ut agnoscas de nostro DILLENIO agere.

1720. LYCOPODIUM ramis prolixis, spicis sessilibus, foliis linearibus subserratis.

*Muscus terrestris, foliis retro reflexis* L. B. III. p. 767.

*Muscus clavatus, Juniperinis foliis reflexis, clavis singularibus sine pediculis* Hist. Oxon. III. p. 625. f. 15. t. 3. f. 3. DILLEN. *Hist. Musc. p. 455. t. 63. f. 9.*

*Muscus terrestris repens, clavis singularibus erectis* PLUKNET. *almagest. p. 248. t. 205. f. 5.*

*Lycopodium Juniperinis reflexis foliis, clavis singularibus sine pediculis nascentibus* DILLEN. *Catal. Gieß. append. t. 2.*

*Lycopodium foliis sparsis, quinquefariis, subserratis, surculis annotino articulatis, spicis terminalibus glabris, erectis* LINN. p. 1566.

Icon OEDERI *t. 127.*

In ericetis torfaceis. In sylvis abiegnis v. gr. in *Sedelbach* haud longe Berna. In montanis ut in *Combe de Valanvron*. In alpina ascendit, in *Chapuisse*, inter *Splügen* & *Schams*, in montes *Fouly*, *Wetterhorn*, *Pilatium*.

Caules

n) DILLEN. p. 465. 466.

o) IDEM.

Caules longi, aliquando cubitales, repentes, rami erecti. Folia glabra, linearia, acuminata, firma, per oram dentata, in origine longe cauli adnata, quod LINNÆUS vocat decurrere. Ea in nascente ramo imbricata, teretem in figuram congeruntur, deinde patula fiunt & laxantur, & demum reflectuntur. Clavæ sessiles, & absque petiolis, foliis aliquanto latioribus, ut in præcedente, ovato lanceolatis, aristatis, per oram dentatis, imbricatis. Capsula pulverifera, transversim lata.

\*1721. LYCOPODIUM spicis sessilibus, foliis linearibus, confertissimis, incurvis *Emend.* III. n. 28.

*Lycopodium palustre repens, clava singulari* VAILLANT. *botan.* p. 123. t. 16. f. II. DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 452. t. 62. f. 7.

*Lycopodium foliis sparsis, integerrimis, spicis terminalibus, foliosis* LINN. p. 1565. *Icon OEDERI* t. 376.

A Cl. GAGNEBIN accepi, mistum aliis muscis, ut certum locum ignorem. Circa tamen Ferrière nascitur.

Caules teretes, toti foliis tecti, ramosi, ramis incurvis. Folia oblonga, lanceolata, gracilia, pallida, tenera, in caule florifero recta, in sterili ad alterum latus curva, ut vulgari Lycopodio accedat. Clavæ totæ diversæ, singulares, sessiles, paulo reliquo caule crassiores, foliis rectis, lanceolatis, lata basi. Capsulæ rotundæ, perexiguæ, ad basin glumæ clavam componentis.

A *Selagine Abietis folio*, longo, crispo, gracili folio differt, a *Lycopodio officinarum* defectu pili & spica sessili p).

1722. LYCOPODIUM ramis prolixis, spicis petiolatis gemellis, foliis linearibus, pilo aristatis.

GESNERI *ic. pict.* post Operum T. I.

*Lycopodium* TABERNÆMONT. p. 814.

*Muscus clavatus procumbens* Hort. Aichstett. *est. ord.* 8. t. 12. f. 2.

*Muscus terrestris repens, binis clavis foliosis, se in altum erigentibus* PLUKNET. *abnagesst.* p. 248. (lege 258) t. 47. f. 8.

*Lycopodium vulgare pilosum anfragosum & repens* DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 441. t. 58. f. 1.

*Lycopodium foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus, pedunculatis, geminis* LINN. p. 1564. *Icon OEDERI* t. 126.

β. Morbus & plica quædam Lycopodii *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obs.* 52.

In sylvis abiegnis vulgare. In torfaceis ad Löhr, in sylvula Burgdorf-Hölzlein prope Bernam, in sylvula Bremgarten; etiam in alpinis.

Caulis longe reptans, ramosus, foliis imbricatis tectus. Folia inordinata, sæpe curva, longe linearia, acuminata, in longum pilum educta, ut juniora germina tota villosa videantur. Petiolus floriger robustus, aphyllus, vagis squamulis adpersus, ad aliquot uncias erectus, finditur in duas spicas cylindricas, quæ in juniore planta levissimæ, glumis tunc imbricatis & adpressis, per ætatem hispidæ fiunt, glumis nunc patulis & repandis, suumque pilum explicantibus, quem perinde ut folia caulina educunt, cæterum lata, ovato lanceolata. In ala glumæ capsula reniformis, polline plena.

In ejusmodi capsulis pollen flavescens abundat, cujus particulæ sphericæ q), glaberrimæ r), in flamma præ omni alio antherico polline s) ardet, & uti cera inflammatur, quæ perinde ex collecto spermatico plantarum polline constat: Lycopodii pollinem ex repositis julis emicantem t) Russi ad artificiales ignes colligunt. Non tamen inflammatur, nisi sparsus v).

Singulare est, altero præter semen Lini exemplo, levitatem illam, quam oculi & digiti detegunt, etiam in intimis elementis locum habere, ut is idem pollen intertrigines puerorum adpersus sanet, & ad vulnera valeat x), ad papillarum fissuras y), ad tabem z), interno demum usu ad nephritidem a), calculum b), ischuriam c), dysente-

p) DILLEN. VAILLANT.

q) *Phil. Transf.* n. 284.

r) WEDEL. *de Lycopodio* p. 19. & huc puto HOOKER *Lamp.* p. 45. 46.

s) WEDEL. I. C. OLEAR. I. p. 460. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. I. obs.* 51.

t) OLEAR. *Orient. Reise* I. p. 435.

u) NEUMAN. edit. ZIMMERMAN. p. 913.

x) OLEAR. p. 435.

y) *Eph. Nat. Cur. Cent. X. obs.* 34.

z) OLEAR. *ibid.*

a) C. GESNER. *Epist. med.* p. 92.

b) WEDEL. *Lycopod.* p. 26.

c) WEDEL. p. 26. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. III. obs.* 12. 16. LENTIL. *ibid. Dec. III. ann. III. obs.* 15.



dysenteriam *d*), puerorum tormina *e*). In metallicis regionibus etiam ad scorbutum *f*), ad febrem miliarem, in usu est. Spasmos sopire *g*), perspirationem expedire, decoctum demum plicam residem *h*) expellere creditur, & a nonnullis pro specifico ejus mali remedio habetur *i*).

In chemica analysi vix quidquam dat quod, aut in aqua, aut in vini spiritu, aut in lixivio, aut in nitri demum spiritu solvatur *k*), quod naturæ ceracæ tribuo, quæ perinde in nullo horum humorum solvitur: maxima enim pars ejus pollinis in oleum empyreumaticum vi ignis vertitur, ad quinque octavas *l*). Spiritum acidulum, ut Guajaci lignum edit *m*). Decoctum herbaceum debile, extractum balsamico melleum & subamarum est *n*).

723. LYCOPODIUM spicis petiolatis, quaternis, caulibus conplanatis, foliis adpressis.

Icon OEDERI t. 78.

Savina sylvestris TRAG. p. 554.

Chamaecyparissus TABERNEMONT. p. 945.

Lycopodium foliis bifariis, connatis, superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis LINN. p. 1567.

β. Conjungit IDEM Lycopodium digitatum, foliis arboris vitæ, spicis bigemellis teretibus DILLEN. Sylv. Musc. p. 448. t. 59. f. 3. cujus figura valde adfinit, spicis quaternis: & eandem esse plantam ex stirpe sicca constat, quam ad me ILL. olim vir misit.

Inter Morbinium vallis Tellinæ & montem Trona reperit CL. DICK, satis adfinit te-tragoni *o*).

Caulis repentes, subinde emittunt ramos floriferos erectos, ramosos, planissimos, foliis tectos. Ea hinc in modice convexam superficiem junguntur, inde in excavatam alteram. Eadem appressa sunt, linea divisa, absque ordine squamarum inferiori, & a caule non devia. Petioli aliquot unciarum, subnudi, raris acutisque squamis adpersi. Spicæ cylindricæ simplices & geminæ, ternæ, quaternæ. Glumæ spicarum ovato lanceolatæ, latæ, in brevem aristam productæ. Capsulæ reniformes, pulveriferæ.

Ad rem tinctoriam adhibetur. Radices Urticæ majoris cum Anthyllide leguminosa, & Sabina sylvestri coctæ fila flavo colore tingunt: idem etiam Lycopodium cum Betulæ foliis, & alumine *p*), solum *q*) demum, postquam in lebetæ marmoreo maceratum est, ut acefcat *r*), vel stratum super stratum *s*) cum lana coctum, quæ cum alumine macerata fuerit.

SPHAGNUM *a*).

SPHAGNUM DILLEN. Hist. Musc. p. 240. LINN. n. 1187.

& PHASCUM LINN. n. 1189. Sem. Musc. p. 17.

Hinc Musco veræ capsulæ, fere ovatæ, membranacæ, spongia plenæ, superne operculo obtuso tectæ, quod discedit, & capsulam ampliter apertam relinquit. Ciliorum corona caret & calyptra, eaque nota ab Hypno & Bryo distat.

724. SPHAGNUM cauliferum, ramis teretibus pendulis.

Muscus saxatilis & sylvestris TRAG. p. 936.

Muscus palustris, terrestri similis PLUKNET. almagest. p. 254. t. 101. f. 4. SCHEUCHZER. It. I. p. 43. t. 5. f. 4.

Muscus palustris in Ericetis nascens VAILLANT. p. 138. t. 23. f. 3.

Sphagnum palustre molle deflexum, squamis cymbiformibus DILLEN. Sylv. Musc. p. 240. t. 32. f. 1.

Sphagnum ramis deflexis LINN. p. 1569.

Frequens in paludosis, rubris aquis scatentibus, & torfaceis, interque signa certa cespitis bituminosi est, quem nuperi torfam dixerunt. Bernæ passim, circa stagnum, ex

F 2

quo

*d*) SERIZ ad TRAGUM.

*e*) GARMAN. Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 3. obs. 12.

*f*) GARMAN. Epist. p. 196.

*g*) Primit. Flor. Polon. I. p. 184.

*h*) STABEL. Plic. Polon. Decoctum fermentationi permiscum bibunt CARTHEUSER. Mat. med. Nov. II. p. 461.

*i*) Bresl. Saml. ann. 1720. m. Octobr. p. 403. Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obs. 52. ERNDL. virid. p. 71.

*k*) CARTHEUSER. mater. medic. II. p. 581.

*l*) NEUMAN. ad ZIMMERM. p. 913.

*m*) WEDDEL. l. c. p. 19.

*n*) CARTHEUSER. ibid. p. 465.

*o*) Emend. III. n. 29.

*p*) CHYDENIUS gamle Carleby p. 42.

*q*) LINN. plant. tinctor. p. 27. KALM. sagan soten p. 24.

*r*) K. swensk. Acad. handl. 1745. p. 249.

*s*) LINDER. Färgkonst p. 92.

*a*) Sphagnos seu Sphacos & Bryon PLIN. L. XXIV. n. 97. Sphagnum vel Bryon sunt cani in arboribus villi maxime quercus IDEM L. XII. c. 23.

quo rivus *Gäbelbach* scaturit, ducens in solitaria prata *die Eymatte*: in ericetis torfaceis inter *Muri* & *Gümligen*.

Densissimis cespitibus late paludis superficiem occupat, radicesque suas incredibili longitudine per mollissimam terram demergit, uti prope *Cellam* vidi. Caules erecti, toti teretes foliisque tecti, ramis numerosissimis, brevibus, conicis, confertis, erectis, quando novi sunt, inde ob mollitiem pendulis & deflexis. Caulem ramosque undique folia tegunt, inque teretem crassitiem augent; ima emarcida: superiora albidia, neque raro rufescentia, imbricatim se contegentia, fragilia, ovata, paulum lanceolata, cavula. In summa planta rami, ramorumque initia, maxima copia congeruntur, & aliquam radiati floris speciem imitantur. Ex conicis ibi, neque alibi, gemmis crassi pediculi adscendunt, fere trium linearum, apice in discum tumente, cui insidet capsula magna, ovata, fusca, erecta, pulvillo plena, quem emittit, quando pulvinatum, & aristatum, operculum delapsum est.

Radices hujus Musci magnam partem fibrillarum efficiunt, circa quas collectus bituminosus viscor inflammabilem naturam cespitis efficit.

In cunis infantibus substernitur b).

β. Foliis angustioribus acutioribus, ramis gracilibus acutioribus, caule longissimo.

*Muscus terrestris candidus, ramosus* C. B. ex fide horti sicci.

*Sphagnum pulvire, molle deflexum, squamis capillaceis* DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 243. t. 32. f. 2.

Priori etiam vulgatus, in paludosis sylvæ *Brengarten* inter viam ad *Neuenbrück*, & viam ad rivum *Glasbach*. In paludosis *Löhr*; *Gotthardi*, &c.

Florum petioli & capsulae prioris.

Perinde ad torfam efficiendam confert.

1725. SPHAGNUM sessile, foliis radialibus obtusis, centralibus ciliatis. †

*Sphagnum acaulon maximum, foliis in centro ciliatis* It. *Helvet.* II. n. 57. cum icone. *Enon.*

*Helvet.* n. 7. t. 45. f. 3. DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 253. t. 32. f. 13.

*Muscus* &c. Cl. MULLERI l. c. p. 28. sqq.

*Buxbatonia bulbo foliis cincto* SCHMIEDEL. p. 26.

*Leon* OEDERI t. 249.

Hæc species, a me primum detecta, abunde in Helvetia provenit, circa *Bernam* etiam potissimum, in declivibus visuum oris, ut in via ad sylvam *Drakau*, in semita cava montis *Gurten*, ducente a *Wabern* ad villam *der Spiegel*.

Huic natura est Sphagni acauli. Ex radiculis sessilibus foliorum rosula provenit. Eorum exteriora lætissime virent, plana, obtusa c), linguæformia, ad terram reclinata. Interiora, & capsulae propiora, erecta, imbricata d), ovato lanceolata, aristata, etiam triplici arista e). Capsula f) magna, ovata, obliqua, operculo conico g) acuto. In confiniis capsulae & operculi pecten ciliatus h). Deinde ex summo operculo i) pariter anthera descendit, inque superiorem partem capsulae penetrat. Calyptra operculo arcte applicatur k).

Ita Cl. Viri l), Nam ego paulo aliter video. Operculum mihi album & conicum. Capsula ovata, ore contracto angusto, clauso, membranaceo, albo anulo plicato. In capsula pollen viridis; sed in centro capsulae ex ima basi adscendit sacculus interior, flavus, superne conicus, qui in ipsum usque anulum plicatum adscendit, & ibi adhæret. In eo sacculo continetur lamina libera, ex fundo sacci & capsulae adscendens, sursum gracilescens, acuminata, firmata ad circulum album, forte & ultra producta, quod tamen non probabile fit, cum circulum inferius flava sacci interioris membrana subliniat; albus tamen mucro est, ut album operculum.

1726. SPHAGNUM acaulon, foliis ovato lanceolatis, pilo aristatis.

*Muscus trichoides acaulos minor latifolius*, DOODY apud PETIVER. p. 13. n. 56. VAILLANT. p. 128. t. 27. f. 2.

*Sphagnum acaulon bulbiforme majus* DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 251. t. 32. f. 11.

*Phascum acaule, anthera sessili, foliis ovatis, acutis, comiventibus* LINN. p. 1570.

Ad terram, inque cavis semitis.

Folia

b) SCHEFFER. *Lapon.* p. 361.

c) SCHMIEDEL. f. II. III. MULLER. f. 7.

d) SCHMIEDEL. f. II. III. V. MULLER. f. 3. 7.

e) SCHMIEDEL. f. XIV.

f) IDEM f. II. III. IV. V. MULLER. f. 10.

g) SCHMIEDEL. f. II. III. IV. MULLER. f. 7. 8.

h) SCHMIEDEL. f. X. XII. MULLER. f. 11.

i) MULLER. f. 8. & in *Flor. Fridrichsdal* p. 196.

k) *Emend. III. n. 31.* SCHMIEDEL. f. XI. MULLER. f. 8. n. 2.

l) SCHMIEDEL. f. VI.

Folia ovato lanceolata, in bulbi speciem juniora consentiunt: inde explicantur exteriora, interiora porro connivent. Nostra in brevem pilum terminantur. In media rosula capsula ovata sedet, aurantio colore, operculo superne breviter aristato, non distincto.

β. *Sphagnum acaulon bulbiforme minus* DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 252. t. 32. f. 12.

Minus esse Vir ILL. præcocius, capsulam rotundam, operculo aristato, foliis pariter in unicam rosam congestis, cæterum pilo destitutis. Mea exempla non videntur verum discrimen habere, & LINNÆUS conjungit.

1727. SPHAGNUM acaulon trichoides DILLEN. *Sylv.* p. 251. t. 32. f. 10.

*Muscus trichoides minor acaulos, capillaceis foliis* DOODY apud PETIVER. *Musc. Cent. I.* p. 87.

RAI. VAILLANT. p. 128. t. 29. f. 4.

*Phascum acaule, anthera sessili, foliis subulato setaceis patulis* LINN. p. 1570.

Ad aggeres fossarum, primo vere.

Planta pene omnium minima, gregaria nascitur. Cauliculus unam alteramve lineam longus. Folia linearia, vix duas lineas longa, angustissima, in pilum erectum terminata. In medio foliorum cespite sedet capsula, ex cylindro ovata, flava, operculo papillari *m*), ac ciliis intus circumdato.

BUXBAUMIA *Enum. Stirp. Helvet.* p. 10.

LINNÆI n. 1188. & in propria disputatione de *Buxbaumia*.

SCHMIEDELI in propria disputatione.

Singularis planta. Capsula inter Muscos mihi notos maxima, ovalis, operculo conico, calyptra coronato, ciliis introrsum eductis, hæcenus Bryo similis & Fontinali. Sed ex Cl. virorum sententia de summo operculi apice stilus descendit in capsulam, & per ordinem ciliorum, cui anthera subrotunda, truncata, deorsum aperta, adhæret, pollinifera. Eam Cl. vir Otto Fridericus MULLER invenit *a*), & Cl. LINNÆUS in alio Musco descripsit. Mihi sacculus interior intra corticale involucrium poni, & ab eo distare visus est. Is sacculus de stylo suspenditur, intus ex summo operculo nato. Verum nisi habitum aphyllon addideris, nullum habebis verum characterem. Nam pluscula Brya aut Mnia perinde duplicem sacculum & stylum habent, in interiorem sacculum demissum.

\*1728. BUXBAUMIA caulescens aphylla.

*Muscus capillaceus aphyllus, capitulo brevi bivulvi* BUXBAUM. *Centur. II.* p. 8. t. 4. f. 2. DILLEN. p. 477. t. 68. f. 5.

*Buxbaumia* LINN. p. 1570.

*Muscus nanus, tuberosa radice, foliis Juniperi tenuissime serratis, capitulo magno, ovato, ventricoso, calyptra tomentosa* MICHEL. *nov. gener.* p. 109. n. 13. ex fide DILLENII; etsi planta nostra neque folia habet, neque in calyptra tomentum.

*Hippopodium* FABRIC. *primit. Butsb.* p. 31. descr.

*Buxbaumia bulbo villis tecto* SCHMIEDEL. p. 25.

Icon OEDERI t. 44.

In via ad villam *Drakau* ad dextra, rarius legi.

Anomalo Musco radiculae cinnamatae *b*). Petiolus durus, minimis ad basin stipatus fetulis *c*), duas, aut tres lineas altus, gerit capsulam *d*) maximam, coriaceæ duritiei, hinc gibbam, inde planiorem, viridem, ad tres lineas longam. Operculum *e*) conicum, acutum, calyptra *f*) simili tectum, cylindrica, aristata, in juniori tantum planta conspicua: intus ciliata corona *g*), quam anulus fulcit; inque capsula corpus utriculosum. Filamentum interius *h*), non perfecte simile est antheræ, & spongia vetusta in pollinem solvitur *i*). Ita Cl. viri.

In *Buxbaumia* cæterum cortex pene cartilagineus, in parte convexa purpureus, in plana subviridis: intus sacculus etiam ovalis, totus hirsutus, pilis albis, intervallo distans a pariete capsulae. Summa pars adnectitur ad stylum, descendente de summo operculo, inque album circulum dilatatum. Nihil in eo vidi, nisi lineas aliquas, per longum productas.

H Y.

*m*) Aristato DILLEN.

*a*) K. *svensk. Acad. handl.* 1764. *trim. I.* p. 28.

*b*) SCHMIEDEL. f. 12. 13.

*c*) IDEM f. 1. 2. 3. 4. 8. 9. 10.

*d*) IDEM f. 11. 12. 13.

*e*) IDEM f. 12. OEDER.

*f*) SCHMIEDEL. f. 4. 5. 6.

*g*) IDEM. f. 24. OEDER.

*h*) LINN. *Aman. V.* p. 89.

*i*) SCHMIEDEL. p. 17.

G

HYPNUM DILLEN. p. 261.

LINN. n. 1195.

Capfula, Calyptra, operculo, & ciliis prædita. Florigeræ fetæ basin vagina foliosa fuscipit, plerumque angusta & conica. Plumulam femininam ignoro; globulos vero novi, qui in nonnullis speciebus alis foliorum insident.

Nescio, ut factum sit, ut hoc genus Muscorum in classe tota difficili, reliquis omnibus sit difficilius; tum in recte constituendis speciebus; tum in synonymis.

## I. HYPNA RAMOSA, RAMIS INORDINATIS.

1729. HYPNUM foliis hispidis, ovato lanceolatis, aristatis.

*Muscus terrestris maximus, erectus, ramosus, latioribus foliis & pallidioribus* BUXBAUM. Cent. IV. t. 63.

*Muscus squamosus major, seu vulgaris* VAILLANT. t. 28. f. 9.

& *Muscus squamosus erectus, spermophorus* EJUDEM p. 137.

*Hypnum vulgare maximum triangulum & pallidum* DILLEN. Sylv. musc. p. 293. t. 38. f. 28.

*Hypnum ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis, patulis* LINN. Spec. p. 1589.

Pellis pratorum emaciatorum, ad boream spectantium, quam cineribus delemus: in sylvis etiam frequentissimus *Muscus*.

Ex maximis huius generis est. Cauliculi purpurei, ramosi, semifubrecti. Folia pallida, denso, & multiplici, ordine congecta, patula, ut totus caulis hispidus sit, ex ovatis lanceolata, argute acuminata, in pilum educta. Gemmæ fetiferæ teretes, foliolis fiunt acuminatis. Setæ firmæ, satûre purpureæ, erectæ. Capfula transversa, deinde nutans, cylindrica, operculo brevi, conico, rubente.

Quæ semina videntur, ut in aliis Muscis, ea gemmulæ sunt, quas quidem unquam explanari non dixero, ex foliis tamen convolutis conglobari video.

1730. HYPNUM foliis ovato lanceolatis patulis, striatis, breviter aristatis, operculis conicis.

*Muscus denticulatus minor, sericeus, nostras, capitulis Adiantibi*, HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 6. f. 35.

& *Muscus minor, pallidus, foliis angustissimis acutis, corniculis tenuissimis*, HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 18.

*Muscus myosuroideus, rutabuli fructu* VAILLANT. t. 27. f. 8.

& *Muscus erectus major, foliis angustioribus acutis* EJUDEM t. 23. f. 2.

*Hypnum dentatum, vulgatissimum, operculis obtusis* DILLEN. Sylv. musc. p. 295. f. 29.

*Hypnum ramis vagis subrepentibus, foliolis ovatis, mucronatis, imbricatis* LINN. p. 1590.

Nonne *Muscus terrestris minor, omnium vulgatissimus* BUXBAUM. Cent. IV. t. 62. f. 1?

Perinde vulgaris.

Caulis repentes, rami erectiores, teretes, foliis in truncis minus vagis, magis adpressis, in ramis pene distichis, perinde ovato lanceolatis, striatis a), in pilam terminatis, sed multo minoribus: extremi rami in caudas acutas densantur. Bulbi fetiferi longi, conici, foliolis reflexis, ad ortum ramorum terram propius positi: fetæ similes, purpureæ; capsulæ inclinatæ, operculo conico, ore ciliato.

Icon DILLENII nimis teres, non bona est, ne ad exempla quidem summi Viri exprimenda.

β. In arboribus Hypnum reperi, 1730. simile, terete habitu, foliis extremi rami patulis, quasi distichis, sed habitu minori, capsula curvula, multo tenuiori, qua præcipua nota differt a 1730. operculo brevi, conico, obtuso.

1731. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, acutissimis, operculis aristatis. †

*Hypnum vulgatus dentatum, operculis cuspidatis* DILLEN. Sylv. musc. p. 297. t. 38. f. 30.

& *Hypnum foliis rusciformibus, capsulis subrotundis* p. 298. t. 38. f. 31.

Perinde vulgaris *Muscus*.

Caulis repit, ramosque erigit, tectos foliis brevibus, latis, lanceolatis, patulis, lineatis: extremi etiam rami perinde in disticham & planam faciem degenerant. Setæ similes, & capsulæ inclinatæ, cylindricæ; sed operculum in longam aristam terminatum, ex qua nota facile agnoscitur, cæterum priori satis simile.

Neutra figura DILLENII satis exprimit faciem ramorum quasi disticham, gracilescentem.

a) In ipsis exemplis DILLENIANIS.

## \*1732. HYPNUM foliis patulis, subulatis, operculis conicis. †

*Muscus terrestris minor, foliis crispis* BUXBAUM. *Centur. IV.* p. 37. t. 63. f. 3.

Proxime accedit ad *Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis majus* DILLEN. p. 303. t. 39. f. 38. Differt tamen longo folii pilo.

Aliquanto rarius, reperi aux Plans: in sylva supra Wabern, versus villam Bachthalen. Circa Ferrières d'Erguel.

Habitus idem; sed folia angustiora, magis crispa, patula, reflexa, ex basi latiuscula in gracilem mucronem, subulatum, quasi in pilum prælongum exeuntia, colore sæpissime rubiginoso, tamen & viridi. Setæ unciales; capsula curvula, cylindrica, gracilior, coloris cinnamei. Operculum longe mucronatum. Bulbus onguis & gracilis.

## \*1733. HYPNUM foliis cincinnatis, patulis, reflexis.

*Muscus erectus, foliis reflexis* VAILLANT. p. 139. t. 27. f. 5.

*Muscus palustris, foliolis reflexis, caudiculos quinquangulos formantibus*, BUXBAUM. *Centur. IV.* p. 38. t. 65. f. 1. Huc refertur, nostri non simillimus.

*Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis, minus* RAJ. *Syn.* DILLEN. *Sylv.* p. 304. t. 39. f. 39.

*Hypnum ramis vagis, foliis ovatis, apice subulatis, indique reflexis* LINN. p. 1593.

Misit etiam Cl. LA CHENAL.

Aliquantum a priori differt. Folia huic, quam nostro 1732. evidentius curva, in gracilitatem pili similem terminata, reflexa, pallida. Rami erecti, & setæ. Capsulæ inclinatæ, crassiusculæ, ovatæ, operculo conico & mucronato, ciliis manifestis. Vagina ex terete conica, gracilis.

\*1734. HYPNUM caulibus prostratis, foliis lanceolatis reflexis, operculo conico *Emend.* Ill. n. 33. †

Alpina planta in mont. *Chapuisé, Isenau*, & passim circa les Plans.

Cauliculi toti humi jacentes, longi, ramosi, in tapetum ex viridi fuscum intricati.

Folia exigua, lanceolata, argute mucronata, absque pilo: ad mediam usque partem recta, altera ad angulum fere rectum reflexa, & cauliculo parallela. Vagina teres, foliis breviter repandis. Seta unciali minor. Capsula cernua, gracilis, curvula, operculo miniato, ex latiori basi conico, non aristato, ciliis albis. Innumerabiles rami rotundis quasi capitulis se efferunt, cespitemque faciunt, globulis quasi distinctum.

## \*1735. HYPNUM caulibus teretibus, foliis cincinnatis heteromallis. †

*Hypnum lutescens crispum, Polypodii facie* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 289. t. 37.

In sylva *Plantour* legi, & in alpebus en *Pané Rossaz*. Etiam circa *Montbeillard, Bruntrut*.

Caulis longus, ramosus, teres, crassiusculus, totus tectus foliis crispis, incurvis, in alterum latus se conjicientibus, latiusculis, longe lanceolatis, in pilum desinentibus. Vagina brevis. Seta uncia longior. Capsula erecta, cylindrica. Operculum conicum, non aristatum. Cilia crassa, alba. Rarius floret.

## 1736. HYPNUM caule erecto, foliis falcatis, pilo aristatis, operculis conicis.

*Hypnum palustre repens, summitatibus aduncis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 292. t. 37. f. 26.

*Hypnum furculis erectiusculis, subramosis, foliis secundis, recurvatis, subulatis, ramis recurvatis* LINN. p. 1592.

Passim in pratis udis.

Rami erecti, non valde ramosi. Folia falcata, crispa, in pilum continuata, & summi rami in cincinum flexi. Vaginæ parvæ. Setæ prælongæ, biunciales. Capsulæ inclinatæ, ovatæ, operculo conico, brevi.

Non debet confundi cum *Hypno aquatico crispo*, quod ego pro varietate habeo Hypni fericei.

## 1737. HYPNUM caule compresso, foliis imbricatis, falcatis, pilo aristatis.

*Muscus squamosus ramosus, minor, & crispus* VAILLANT. t. 27. f. 13.

*Hypnum crispum, cupressiforme, foliis aduncis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 287. t. 37. f. 23.

*Hypnum foliis subpinnatis, foliis secundis, recurvatis, apice subulatis* LINN. p. 1592.

Vulgatissimum ad arborum radices.

Nitet flavescente colore. Rami frequentissimi, inordinati. Caules complanati, prostrati

Folia imbricata, multorum ordinum: falcata, in pilum incurvum producta. Sum

mi rami in cincinum intorti. Vaginæ inter folia latentes. Setæ ex rubris flavæ, unciales. Capsula erecta, deinde inclinata, cylindrica, curvula, non cernua. Operculum breve, conicum, aristatum. Calyptra flavescens.

β. *Hypnum repens cupressiforme*, minus, cujus duas varietates DILLENIUS in *Catal. plant. Gieff.* habet p. 217.

Habitus diversus videtur, catenulatus, foliis ita adpressis, ut nusquam caulem deferant, nullo incurvo pilo.

Varietates intermediæ vetant separare.

γ. Varietas plana, foliis nullo modo curvis, neque ramis cincinnatis, frequens est.

\*1738. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, falcatis, capsulis ovatis *Emend. V. n. 1.*

*Hypnum heterophyllum aquaticum, polycephalon, repens* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 293. t. 37. f. 27.

*Hypnum furculis repentibus, ramis confertis erectis, foliolis ovatis secundis, antheris erectis* seu-  
lis LINN. p. 1593.

Non rarum in aquosis.

Caulis longus & repens, rami erecti, conferti. Folia inferne rara, ut caulis pene nudus sit, foliaque habeat exigua, superius foliosus & teres, confertis foliis, ovato lanceolatis, ad alterum latus conflexis, nullo pilo. Vaginæ longiusculæ. Setæ unciales, rubræ. Capsulæ b) ex crassissimis, per maturitatem pene sphaericæ, cis operculum contractæ. Id aristatum, ciliis brevibus.

1739. HYPNUM foliis lanceolatis crispis, capsulis erectis, operculo conico.

*Muscus montanus gracilis, ramosus, viticulis longioribus glabris* VAILLANT. p. 137. t. 23. f. 1. bene.

*Hypnum subhirsutum, viticulis gracilibus erectis, capsulis teretibus* DILLEN. *Sylv.* p. 307. t. 39. f. 43.

*Hypnum furculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis* LINN. p. 1592.

Ad arbores & ad saxa.

Cauleculi prælongi, ramosi. Folia ex luteo virentia, gracilia, lanceolata, argute mucronata, mucrone recurvo, ut crispa videantur, sæpe ad alterum latus coniecta. Setæ uncialibus breviores, ex vaginis exiguis. Capsulæ parvæ, erectæ, cylindricæ. Operculum conicum, acutum. Præterea amant in foliorum alis granula rotunda solida reperiri, quæ tamen lente vitrea adspecta foliosa videntur.

\*1740. HYPNUM ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, pilo aristatis, capsulis ovatis pendulis, operculis aristatis *Emend. III. n. 37.*

*Hypnum dentatum, curtipendulum, ramis tenacibus* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 333. t. 113. n. 69.

*Hypnum furculis vagis teretibus, foliis ovatis acutis, patulis, antheris pendulis* LINN. p. 1594.

GAGNEBIN circa Ferrières. STÆHELINUS in Kallen, ego in montanis sylvis.

Habitus ramosus, prolixus, teres, imbricatus. Folia ovato lanceolata, in pilum continuata. Setæ breves, ex longis vaginis. Capsulæ ovatæ, crassæ, per ætatem pendulæ. Operculum aristatum, acu longa. Gemmas, ut paulo prior, squamosas frequenter edit, in quibus foliorum initia.

1741. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, ramis teretibus, supremis conicis, acuminatis.

*Muscus squamosus palustris, foliis flagellis que rigidiusculis incurvit* VAILLANT. t. 28. f. 11.

*Hypnum palustre, extremitatibus cuspidatis & pungentibus* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 300. t. 39. f. 34.

*Muscus saxalis repens, coma sparsa* BUXBAUM. *Cent. II. t. 3.*

*Hypnum furculis vagis, apice foliis convolutis, acuminatis* LINN. p. 1595.

In foliis inque palustribus vulgo.

Caules longi, ramis distantibus, teretes, tecti foliis latis, ovato lanceolatis, modo ad caulem adpressis; modo magis repandis. Summi rami abeunt in acumen, ex foliis dense compactis factum. Setæ prælongæ, biunciales, & ultra, ex vaginis prælongis. Calyptra flavescens. Capsula ventricosa, curvula, margine sub operculo lato. Operculum breviter conicum & rubens.

1742. HYPNUM ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, fetis prælongis, capsula crassa, operculo conico. †

*Muscus erectus, foliis angustis, caulibus adpressis* VAILLANT. t. 29. f. 10.

*Hypnum cupressiforme tenuius & compressius* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 312. t. 40. f. 47. ||

Vulgo in sylvis, paulo priori adfina.

Caules

b) DILLENIANÆ minus angustæ.

Caulis longi, ad quatuor & quinque uncias, ramosi, ramis distantibus, declinati, aut erecti, purpurei, toti foliis tecti teretesque. Ea ovata, acuminata. Summi rami minus cuspidati, quam paulo priori. Vaginæ prælongæ. Setæ longissimæ, sæpe undulatæ, numerosæ. Calyptra pallida. Capsula crassa, cernua. Operculum breve, conicum, acuminatum. Cilia alba.

1743. HYPNUM ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, setis prælongis, capsulis inclinatis, aristatis.

*Muscus squamosus cupressiformis* VAILLANT. t. 28. f. 3.

*Hypnum cupressiforme, vulgare, foliis obtusis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 309. t. 40. f. 45.

*Hypnum furculis pinnatis sparsis, subulatis, foliis ovatis obtusis, comitentibus* LINN. p. 1594.

Cum priori, cui proximum est.

Caulis teres, subrectus, ramis longioribus & brevioribus, inordinatis. Et caulis, & rami subteretes, imbricati, foliis nitidis, ovato lanceolatis. Mucrones ramorum acuminati. Setæ ex caule prælongæ, biunciales. Capsulæ inclinata, cylindricæ, operculo aristato, qua nota a priori 1742. differt.

\*1744. HYPNUM foliis ovato lanceolatis concavis, ramis teretibus.

*Muscus terrestris, furculis Kali, aut Illecebræ æmulis, foliis subrotundis, squamatis incumben-*  
*tibus* RAI. VAILLANT. t. 25. f. 7. foliis nimis curvis.

*Hypnum cupressiforme rotundius, vel Illecebræ æmulum* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 311. t. 40. f. 46.

*Hypnum furculis ramisque vagis, teretibus, erectiusculis, obtusis* LINN. p. 1594.

Passim reperi, sed raro floret, ut ex Pensylvanico demum Musco capsulas DILLENIIUS depinxit, quas in Europa non repererat. Habet tamen VAILLANTIUS.

Caulis breviores, quam priori, ramosi, toti teretes, undique tecti foliis nitentibus, ovato lanceolatis, convexis, & quasi inflatis. Etiam ipsi vertices ramorum subrotundi sunt. Vaginæ minimæ. Setæ uncia breviores. Capsulæ parvæ, curvulæ, crassiusculæ. Opercula aristata.

1745. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, ramis teretibus compressis.

An hic potius *Muscus denticulatus minor, nostras, sericeus, capitulis Adiantbi*, HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 6. f. 30. VAILLANT. t. 28. f. 4.

*Hypnum myosuroides crassius, capsulis erectis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 316. t. 41. f. 50.

Ad arborum cortices.

Caulis teretes, toti ramosi, neque arbusculæ similem stipitem præferentes, ramis confertis. Folia imbricata, ovato lanceolata, nitida. Vaginæ de foliis paulum exstantibus. Setæ unciales, qua nota a 1742. facile separatur. Capsulæ erectæ, tumidulæ. Calyptra albissima. Operculum longe aristatum.

DILLENIIUS gemmas squamosas in alis hujus Hypni reperit.

\*1746. HYPNUM ramis teretibus & pinnatis, foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis, setis caulinis brevibus.

*Hypnum aquaticum, foliis & teretibus & pinnatis* DILLEN. p. 308. t. 40. f. 44.

*Hypnum furculis teretibus ramosis, foliolis acutis, patulis, distantibus* LINN. p. 1599.

In aquis reperi.

Caulis longi, ramosi. Rami vetusti teretes, tecti foliis congestis, latis, nitentibus, ovato mucronatis, pilo brevi. Eadem in junioribus laxantur, & lanceolata manent, sed patula & semipatula. Vaginæ in caule, ad ramorum ortum. Setæ uncia breviores. Capitula inclinata, cylindrica, ciliis valde conspicuis. Operculum acutum, breviter aristatum.

1747. HYPNUM caule nudo, inclinato, ramis teretibus confertis, capsulis erectis aristatis.

*Muscus Abietis facie* C. B. *Prodr.* p. 151. n. 3. ex fide horti ficci.

*Muscus dendroides elatior, ramulis crebris, minus furculosis, capitulis brevibus pediculis infidentibus* HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 5. f. 31. similior tamen est icon 30.

*Muscus erectus major, foliis angustioribus acutis* VAILLANT. t. 23. f. 2.

*Hypnum furculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus simpliciusculis, antheris erectis*, LINN. p. 1593.

*Hypnum dendroides sericeum, setis & capsulis longioribus erectis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 313. t. 40. f. 48.

Refert huc DILLENIIUS *Muscum squamosum ramosum, erectum, alopecuroidem*, VAILLANT. p. 174. t. 26. f. 6.

Passim ad oras sylvarum.

Simile Hypni 1744. Trunculus repens, tamen fusco tomento obsitus, erigit, in nostro, caules aliquot, longiusculos, foliis nudos, erectos, per duas uncias non ramosos, deinde subito confertos emittentes ramulos, totos foliis tectos nitentibus, ovato lanceolatis, paulum patentibus, & in summis ramis distichis, utut habitus minus ramosus sit, quam priori. Setæ longiores, quam in 1744. unciam excedunt. Capsulæ purpureæ, erectæ, ciliis longis, operculo conico, breviter aristato.

- \*1748. HYPNUM caule nudo, confertim ramoso, ramis & capsulis inclinatis aristatis.  
*Muscus dendroides sylvarum erectus, ramulis Kali ænulis, radice repente, HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 5. f. 30. sed similior est icon 31.*  
*Muscus dendroides elatior, radice repente VAILLANT. t. 23. f. 5.*  
 & *Muscus squamosus erectus, alopecuroides EJUSDEM t. 26. f. 6. sed capsulas habet erectas.*  
*Hypnum dendroides, obscurius, setis & capsulis brevioribus, mutantibus DILLEN. p. 315. t. 41. f. 49.*  
*Hypnum furculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus subdivisis. antheris submutantibus, LINN. p. 1594.*

Plurimum legi circa rivum der Glasbach.

Caulis longe nudus, elatior, quam priori. Rami numerosiores, graciliores, teretiores, ramosi. Folia saturate virentia, magis ad caulem adpressa, brevia, ovato lanceolata. Vaginæ parvæ. Setæ unciales. Capsulæ inclinatæ, cylindricæ. Opercula longe aristata.

In hac specie etiam grana in foliorum alis vidi, germinum similia.

1749. HYPNUM caulibus teretibus, ramosis, foliis adpressis, pilo aristatis, operculis conicis.  
*Muscus terrestris aureus, minor, flagellis clavique brevibus HIST. OXON. III. p. 624. f. XV. t. 5. f. 8.*  
 & *Muscus repens, sericei modo lucens, viticulis longis erectis ibid. p. 626. f. XV. t. 5. f. 26.*  
*Muscus arboreus splendens, myosuroideus VAILLANT. t. 27. f. 12.*  
*Hypnum arboreum sciuroides DILLEN. Sylv. musc. p. 319. t. 41. f. 54.*  
*Hypnum furculis erectis ramosis, incurvatæ LINN. p. 1596.*

Ad cortices arborum ubique.

Caules repentes & penduli, breves, parum ramosi, cum ramis suis teretes, & laxè imbricatis foliis tecti, sæpe fuscis. Rami recti, per siccitatem incurvi, graciles, teretes, foliis appressis: post pluviam laxi, foliis distantibus. Folia ovato lanceolata, in brevem pilum continuata. Vaginæ longæ, teretes. Setæ uncia breviores. Capsulæ spadiceæ, ovato cylindricæ, operculo conico acuto. Calyptra albet, apice fulvo.

Etiam in isto Hypno granula ex convolutis foliolis ficta reperiuntur.

1750. HYPNUM ramis teretibus, foliis pilo præpilatis, capsulis cylindricis erectis, aristatis.  
*Muscus terrestris luteo viridis, sericeus, repens RAI. HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 5. f. 26.*  
*Muscus arboreus splendens, sericeus VAILLANT. p. 138. t. 27. f. 3.*  
*Muscus terrestris vulgaris BUXBAUM. Centur. IV. p. 34. t. 62. f. 1.*  
 & *Muscus terrestris, vulgari similis, cauliculis crassis ibid. p. 37. t. 64. f. 1.*  
*Hypnum vulgare sericeum, recurvum, capsulis erectis, cuspidatis DILLEN. p. 323. t. 42. f. 59.*  
*Hypnum furculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris erectis LINN. p. 1595.*

Ad arborum radices, & saxa vulgatissimum.

Caules repentes, multis ramis, brevibus, subteretibus, tamen etiam planis, acutis. Folia imbricata, multorum ordinum, basi ovato lanceolata, in pilum terminata, semiexpansa, in summa planta magis, cæterum viridissima, & nitentia. Vaginæ albæ, squamosæ, ex cauliculis prodeunt. Setæ purpureæ, unciales erectæ. Capsulæ basi latiori, sursum cylindricæ, cinnamæ, erectæ. Opercula miniata, acute aristata. Cilia alba. Sicca tempestate folia ad caulem adprimuntur, ut totus Muscus teres sit & duriusculus.

Habetur pro Musco ex cranio c) humano, quo hæmorrhagias d) comprimi legas, etiam si manu Muscum retinueris e), & qui basis est unguenti f) armarii, sub initia Seculi XVII. celebrati. Muscus reprimat g).

1751. HY-

e) Herba in capite statuae ad hemicraniam MARCELLUS p. 35.

d) Zod. Med. Gall. ann. I. Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obs. 52. m. Febr.

e) BOYLE *usef. of natur. phil.* p. 318.

f) LIBAV. *unguent. armarii.* p. 44.

g) CELSUS II. c. 33.



\*1751. HYPNUM ramis teretibus, brevibus, foliis pilo terminatis, capsulis erectis aristatis. †

*Hypnum trichoides*, capitulis oblongis, in setis brevioribus DILLEN. p. 331. n. 65. t. 42.

Circa Ferrières, & alibi, similibus locis, minime rarum.

Multa similia prioris habet, & eundem habitum cespitosum, ramis confertis, brevibus, teretibus, sericeis, sæpe curvis. Folia ovato lanceolata, imbricata, in filum educata. Setæ ex cauliculis pallidæ, uncia breviores. Capsulæ erectæ, cylindricæ, multo minores, operculo longe aristato.

1752. HYPNUM ramis teretibus, foliis pilo terminatis, capitulis ovatis, inclinatis, mucronatis.

*Muscus myosuroides squamosus*, minor, capitulis incurvis VAILLANT. t. 27. f. 6.

*Muscus trichoides humilis*, ramosus, capitulis oblongis, tumidiusculis donatus, HIST. OXON. p. 628. t. 6. f. 3.

*Hypnum myosuroides tenuis*, capitulis nutantibus DILLEN.

*Hypnum furculis ramosissimis*, ramis subulatis, utrinque adtenuatis, teretibus LINN. p. 1596.

In der Wabern holen Strasse. Circa les Plans.

Myosuroides, reptans, ramis copiosis, teretibus, foliis ovato lanceolatis, in brevem pilum abeuntibus, setis ex ramorum origine uncialibus, capitulis ovatis, inclinatis, operculis acutis, non aristatis.

1753. HYPNUM caulibus teretibus, foliis pilo terminatis, capsulis obliquis, aristatis. †

*Hypnum sericeum*, furculis rectioribus & longioribus, capsulis incurvis, DILLEN. Sylv. musc. p. 325. t. 52. f. 60.

Similibus locis, simili habitu, utique laxo & longiori, neque terete. Discrimen invenio in capsulis multo minoribus, obliquis, non erectis, ad initia minorum ramorum prodeuntibus; deinde in granulis, seu gemmulis, quas rotundas, squamosas, passim in furculis sterilibus reperi.

1754. HYPNUM ramis teretibus, foliis filo terminatis, capsulis ovatis, inclinatis, mucronatis.

*Muscus squamosus ramosus*, tenuior, capitulis incurvis VAILLANT. p. 138. t. 26. f. 9.

*Hypnum velutinum*, capsulis ovatis cernuis DILLEN. Sylv. musc. p. 326. t. 42. n. 61.

*Hypnum furculo repente*, ramis confertis, erectis, foliis subulatis, antheris subnutantibus LINN. p. 1595.

Vulgaris, ad radices arborum perinde provenit, ut priores.

Cauliculi longe reptantes numerosissimos, ex ordine, brevesque ramos & simplices edunt. Folia sicca tempestate adpressa, ut rami toti teretes sint, alias laxata, lanceolata, viridissima, pilo terminata brevi. Ex ortu ramorum setæ uncia breviores. Capsulæ ovatae, transversæ. Operculum conicum, breve, argute mucronatum.

β. *Hypnum terrestre minimum* & breve, capitulis tumidioribus & cernuis DILLEN. Syn. III. p. 84. Operculum longe aristatum.

γ. In aquaticis idem Hypnum laxatur, & folia habet viridissima; frequenter etiam crispata, ad alterum latus conjuncta.

1755. HYPNUM foliis perangustis, filo terminatis, capsulis inclinatis, breviter aristatis. †

*Muscus trichoides terrestis*, minimus, capitulis recurvis, HIST. OXON. III. p. 629. sect. XV. t. 6. f. 16.

*Hypnum sericeum ramosus* & tenuis, capsulis acuminatis DILLEN. t. 42. f. 62. p. 326. Ob acus, nam nostro caules non sunt teretes.

Similibus locis.

Folia nostro, quam priori, rariora, graciliora, pene capillaria, tamen ovato lanceolata, in pilum terminata. Setæ ex trunco Musci albæ, unciales. Capsulæ curvulæ, subvirides, cernuæ, graciles. Sed opercula in brevem acum educuntur, quæ sola nota abunde dignoscas.

Varietas ejus est, in qua rami in fili tenuitatem contrahuntur; sed capsula eadem est.

1756. HYPNUM caulibus prostratis, foliis minimis, pilo terminatis, capsulis cylindricis erectis, mucronatis.

*Muscus terrestris*, omnium minimus, capitulis majusculis oblongis, erectis, HIST. OXON. III. p. 625. t. 6. f. 14. VAILLANT. t. 28. f. 2. 6. 7. 8. ubi varietates foliorum tenuiorum & crassiorum exprimuntur. Sed male capsulae pinguntur inclinatae, si noster est.

*Hypnum trichoides serpens*, setis & capsulis longis erectis DILLEN. Syb. musc. p. 329. t. 42. f. 64.

*Hypnum furculis repentibus*, ramis filiformibus, foliis oblitteratis LINN. p. 1596.

In ligno putrescente, in fontium alveis.

Variabilis planta, caespitosa, minima, latos tamen caespites efficit. In junioribus & ficcis folia cauliculos teretem in speciem ambeunt: in ultimis ramis & maturiora folia recedunt a caule, & patent, rariuscula, alterna, flavida, ovato lanceolata, in pilum terminata. Vaginae ex caule, qui cum ramis prostratus est. Setae altiores, unciales & humiliores, corallinae, superne pallentes. Calyptrae albæ. Capsulae erectae, ortu gracili; inde cylindricae, uti in *sericeo*, tamen & inclinatae. Sed etiam capsulae magnitudine multum ludunt. Operculum conicum, argute mucronatum, non aristatum.

Adgnoscutur vel sola innumerabilium cauliculorum florigerorum congerie.

\*1757. HYPNUM minimum, foliis ovato lanceolatis, capsulis erectis, operculis conicis. † Circa *Bex* in subalpinis.

Omnium Hypnorum minimum, cauliculis paucarum linearum, subteretibus, tamen ramosis, foliosisque. Folia, quae capillaria videntur, ovato lanceolata, in mucronem pili similem terminata. Capsulae ex longis in caule sessilibus vaginis, fetisque ad summum semuncialibus, purpureis: ipsae cylindricae, in medio contractae, erectae, operculo in longum conum ducto. Cilia magna.

Icon *Hypni denticulati*, exigui, penduli, atrovirentis, DILLEN. p. 332. t. 43. f. 67. proxime accedit, & capsulae etiam habitum exprimit.

## II. FOLIIS PATULIS, INORDINATIS.

\*1758. HYPNUM foliis distichis, lanceolatis, pilo terminatis, capsulis ovatis, inclinatis, aristatis.

*Muscus filicinus minor* VAILLANT. t. 23. f. 9.

*Hypnum furculis subpinatis*, decumbentibus, ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis LINN. p. 1591.

*Hypnum repens filicinum*, triangularibus parvis foliis praelongum, DILLEN. p. 278. t. 35. f. 15.

Misit Cl. GAGNEBIN, etiam ipse reperi, & a DILLENIO habeo.

Similitudo aliqua est cum Hypno 2. Sed nostrum multo tenuius & minus est. Folia fere, ut in praecedentis terrestris minimi minoribus exemplis, rara, distincta, lanceolata, in pilum terminata, subfusca. Setae ex origine ramorum: petioli unciales. Capsulae inclinatae, ovatae, incurvae, operculo longe aristato.

\*1759. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis, rarissimis, fetis de medio caule erectis. †

Etiam Cl. GAGNEBIN misit, & passim reperi, estque inter *Buxbaumiana* & *Stabeliniana* Hypna.

Caules in aquis pedales & longiores, parum ramosi, in siccis breviores & ramosiores, foliis constanter iisdem. Foliola ovato lanceolata, pilo terminata, rarissima, alterna, patula, ut caulis inter ea longe nudus adpareat, & paulum retrorsum curva. Vaginae ad medium caulem longissimae, sub apice. Setae uncia breviores, purpureae. Calyptrae albæ. Capsulae saturate fuscae, inclinatae, operculis rubellis, conicis, mucronatis, non aristatis, qua nota a priori 1758. differt, tum foliis rarissimis.

\*1760. HYPNUM caulibus fluitantibus praelongis, foliis lanceolatis, capsulis inclinatis. †

*Hypnum fluitans*, foliis tenuissimis, capsulis exilibus DILLEN. p. 546. t. 83. f. 7.

Ex America habeo, & legi in alpina valle *Chapuisse*.

Multo strictior est habitus. Caulis pariter filiformis, praelongus, nitens. Folia praeterea patula, non retroversa, longiora, lanceolata, praelongò mucrone, pallentia. Ego capsulas non vidi. DILLENUS habet longas setas, inclinatas, cylindricas.

A priori differt ramis frequentibus, foliis longioribus & minus latis, neque pilo aristatis.

1761. HY-

- \*1761. HYPNUM caule fluitante, prælongo, foliis raris lanceolatis, adscendentibus. †  
*Muscus fluitans foliis & flagellis longis tenuibusque* RAI. VAILLANT. t. 33. f. 6.  
 An & *Muscus palustris, foliis & flagellis rigidiusculis, seminibus in foliorum alis* VAILLANT.  
 t. 28. f. 10?  
 An *Hypnum erectum, aut fluitans, foliis oblongis perangustis, acutis* DILLEN. Sylv. p. 299.  
 t. 38. f. 33?  
 Misit Cl. LA CHENAL. Etiam circa *Dachsfelden, Bruntrut.*  
 Satis adfines Hypno STÆHELINI 1759, tamen diversum. Caules etiam prælongi, pa-  
 rum ramosi. Sed folia adscendentia, non reflexa, gracilia, lanceolata, in summa  
 planta convoluta. Nunquam hætenus capsulæ detectæ fuerunt, ut suspicio DILLE-  
 NIO nata sit, pertinere ad Fontinales.

## III. CAULIBUS PINNATIS, PINNIS IN EODEM PLANO CONSTITUTIS.

## FILICINA.

His longi caules, ramis hinc & inde pene pinnatis, ordinatim decrescentibus, ut fi-  
 licum frondes solent.

- \*1762. HYPNUM ramis duris, teretibus, foliis appressis, ovato lanceolatis, pilo aristatis.  
*Hypnum lutescens, ramis subulatis tenacibus* DILLEN. Sylv. musc. p. 280. t. 35. f. 17.  
*Hypnum furculis pinnatis teretiusculis, remotis, inequalibus* LINN. p. 1591.  
 Circa *Ferrière, & les Plans.* STÆHELINUS *auf dem Dürrek.* GAGNEBIN in suprema  
 via *du droit de Renan, à la Joux perret, à Valanvron.*  
 Caules & rami teretes, foliis adpressis, luteoli, graciles, tenaces. Folia ex ovatis  
 lanceolata, in mucronem extenuata, pili similem; cæterum in summa planta cur-  
 vula, cauli & ramis ita appressa, ut non alius Muscus teretior sit. Setæ, capsulæ  
 & opercula mihi ignorantur. LINNÆUS solitarias fetas facit, calyptram rectam, ca-  
 psulam valde recurvam, cilia patula.
- \*1763. HYPNUM caulibus teretibus clavatis & filicentibus. †  
 In albis Aquilejensibus. Etiam a Cl. BELLARDO habui.  
 Peculiaris planta. Principia caulis magna, fere ut in splendente Myosuroideo: folia la-  
 tiuscula, ovato lanceolata, teretia, disticha. Deinde finis cujusque rami alias in  
 clavæ quasi modum intumescit, alias & frequenter, subito decrescit, & in fili si-  
 militudinem extenuatur, in qua microscopio brevissima foliola distinguas. Finis  
 ultimus sæpe simplex, alias scyphuli aliquam similitudinem habet, ut putes, Mnium  
 Te videre. Capsulas nondum vidi.

1764. HYPNUM ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis, foliis adpressis.  
*Muscus filicinus minor, repens* LOESEL. p. 167. ic. 44. ad habitum.  
*Muscus filicinus minor, floridus* HIST. OXON. III. p. 625. t. 6. f. 21.  
*Muscus filicinus minor* VAILLANT. p. 140. t. 23. f. 9. etiam alio relatus & nimis parvus.  
*Hypnum filicinum, Tamarisci foliis minoribus, non splendidibus* DILLEN. p. 276. t. 35. f. 14.  
 ubi rami perbreves pinguntur.  
*Hypnum furculis plano pinnatis, continuatis, pedunculis aggregatis* LINN. p. 1590. non ve-  
 ro synonyma.  
 Nihil vulgatius ad arborum radices, paulo tamen rarius floret.  
 Caulis longe repit, ramis fere oppositis, ut pinnatus sit, & longe decrescentibus. Rami  
 demum pinnati, & pinnulæ pinnatæ. Folia ovato lanceolata, mucronata, plerum-  
 que sublutea, brevia, adeo appressa, ut vix absque vitro convexo distinguas. Va-  
 ginæ nitentes, conicæ, inferne de caule exeunt. Setæ purpureæ, uncia & lon-  
 giores & breviores. Calyptræ nitidæ lutescunt. Capsulæ curvæ, subpurpurascen-  
 tes. Operculum aristatum.

- \*1765. HYPNUM caule subrecto, flexuoso, ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis,  
 operculis aristatis.  
*Muscus filicinus minor* C. B. Prodr. p. 151. ex fide horti sicci.  
*Muscus filicinus major, sericeus* VAILLANT. t. 29. f. 1. optime.  
 & *Muscus filicinus flavescens major, ramosus* EJUDEM t. 28. f. 1. minus bene.  
*Muscus filicinus major* HIST. OXON. III. p. 625. f. XV. t. 5. f. 20. VAILLANT. t. 25. f. 1. BUX-  
 BAUM. Centur. II. p. 2. t. 1. f. 2.

*Hypnum filicinum*, *Tamarisci foliis majoribus*, *splendentibus* DILLEN. p. 274. t. 35. f. 13.  
*Hypnum furculis proliferis*, *plano pinnatis*, *pedunculis aggregatis* LINN. p. 1590. non autem  
 synonyma.

Ex formosissimis Muscis, sylvarum amans abiegnarum. Bernæ frequens; in alpes adscendit.

Arbusculæ figuram refert. Caulis sæpe nudus, etiam angustis foliis tectus, ita adscendit, ut ad singuli rami originem ductum mutet. Rami in eodem plano alterni, decrescentes, iterum ramosi. Quisque ramus Filicis folium refert, omnibus foliis inter se, & cum rami trunco, in eodem plano positus. Folia minima, ovato lanceolata, mucronata, imbricata, nitentia, læte virentia. Ex ramorum trunculo frequentes, conicæ, nitentes vaginæ, unde setæ fere biunciales, purpureæ. Calyptra fiava, nitida. Capsula inclinata, ventricosa, ex fusco virens. Operculum aristatum.

1766. HYPNUM caulibus pinnatis, pinnis distantibus, alterne longioribus, ex apice confertis, foliis cincinnatis.

*Muscus pinnatus minor*, *cauliculis ramosis*, *in summitate veluti spicatus*, LOESEL. p. 167. ic. 43.

& *Muscus palustris abietinus* VAILLANT. t. 23. f. 12. nisi est tenax 1762.

*Hypnum repens filicinum*, *crispum* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 282. t. 36. f. 13.

*Hypnum furculis pinnatis*, *ramulis distantibus*, *foliis imbricatis*, *incurvis*, *acutis*, *secundis*, LINN. p. 1590.

In paludosis frequens, etiam in alpes adscendit.

Caulis prostratus, pinnatus, pinnis pinnatis, alterne majoribus. Folia falcata, deorsum curva, crispa, sublutea. Rami subito in summo caule plurimi, conferti. Setæ biunciales, ex vaginis nitidis, maximis, subluteis. Capsula inclinata, gracilis. Operculum conicum, acumine brevi, absque arista.

\*1767. HYPNUM ramis pinnatis, pinnis ramosis, foliis cincinnatis. †  
*Hypnum filicinum sericeum*, *molle* & *pallidum*, *mucronibus aduncis*, DILLEN. p. 286. t. 36. f. 22.

*Muscus terrestris repens*, *subflavus*, &c. VAILLANT. t. 27. f. 14. bene.

Satis notarum invenio, ut separetur.

In alpinis passim reperi.

Habitus multo minor est, & tenerior. Cauliculi vix unciales, non congestis ad summum ramis, sed ab ima usque radice innumerabilibus, non simplicibus, ut in Hypno cristam referente, sed ramosis. Folia crispa, falcata, capillaria, in pilum continuata, cincinnata, ramique ipsi cincinnati. Vaginæ graciles, multo minores, quam priori. Setæ uncia breviores. Capsulæ breves, ovatae, præcrassæ, operculo rubro, conico, non aristato.

A *spicato* 1766. differt spicæ defectu, a cristæ simili 1768. ramis ramosis, fetis brevioribus, habitu triangulari & diminuto ramorum.

1768. HYPNUM foliis pinnatis, pinnis simplicibus, æqualibus, foliis cincinnatis.

*Muscus pennatus major*, *cauliculis ramosis*, *in summitate veluti spicatus* LOESEL. p. 167. ic. 42. bene.

*Muscus cristam castrensem representans*, *flavescens*, *nemorosus*, *ramosus*, *Cassubicus*, BREYNE apud BOBART. *HIST. OXON.* III. p. 625. f. XV. t. 6. f. 8. ex DILLENIO, nam icon abludit.

*Hypnum filicinum*, *cristam castrensem representans* DILLEN. p. 286. t. 36. f. 20.

*Hypnum furculis pinnatis*, *ramis approximatis*, *apicibus recurvis* LINN. p. 1591.

Bernæ in sylvis frequens; tum alibi in Helvetia.

Formosa planta, utique singulo caule Struthiocameli plumulam refert. Quisque enim numerosissimas pinnas, sibi parallelas, lentissime decrescentes educit, sibi vicinissimas, non ramosas. Folia ramos totos tegunt, falcata, in pilum educta, deorsum versa, crispa, ut pinnarum plumulæ mollissima, ex luteo viridia. Vaginæ nitentes ex ramo principe. Seta uncialis & ultra. Capsula cylindrica, curvula, inclinata. Operculum conicum, brevissime aristatum.

## IV. RAMIS PINNATIS.

## II. FOLIIS DISTICHIS.

## HYPNA TAXIFORMIA.

1769. HYPNUM caule plano, foliis distichis ovatis, nitidis, transversim undulatis, operculis aristatis t. 45. f. 5. a).

*Muscus pennatus major* C. B. Prodr. p. 151. ex fide horti ficci.

*Muscus terrestris major, ramulis confertis, superficie crispis*, HIST. OXON. III. p. 625. f. XV. t. 5. f. 10.

*Hypnum pinnatum & undulatum, crispum, setis & capsulis brevibus*, DILLEN. Sylv. musc. p. 273. t. 36. f. 12.

*Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis undulatis, planis* LINN. p. 1589.

In Helvetia montana fere vulgo. Etiam circa Roche, Vervai, aux Sublins, in mont. Dansez; circa Zweylütschinen, inter Urselen & Realp. Aux Combes de Valanvron &c.

Trunci semisubrecti, rami distantes, inordinati: & rami & caules complanati, tecti foliis majorem, quam in omnibus hactenus dictis, Musci superficiem obtegentibus, nitidis, magnis, ovatis, tribus, & ultra, rugis in transversum insignitis. Setæ pallentes, vix unciales. Calyptra longa, apice fulvo. Capsula erecta, ovata, longe aristata.

Exempla habeo, ex alpinis Aquilejensibus, quæ diversissima videntur, foliis planis, absque ulla ruga, nitentibus, reflexis & cincinnatis, deorsum versis. Sed ejusmodi folia etiam in aliquibus ramis vulgatoris speciei reperi.

\*1770. HYPNUM caule plano, foliis distichis, obiter rugosis, nitidis, operculo conico.

*Muscus Adianthi capitulis, Lycopodii in modum per terram se spargens*, HIST. OXON. III. p. 626. t. 6. f. 33.

*Hypnum pennatum & undulatum Lycopodii instar sparsum* DILLEN. Sylv. p. 271. t. 36. f. 11.

*Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliis undulatis, complicatis*, LINN. p. 1589. non vero synonymum meum.

In subalpinis Aquilejensibus, & olim *um die Schluff. En Pondenan.*

Proximum certe priori. Folia acutiora, quæ priori, subrotunda, rugis multo minus conspicuis, minusque elegantibus, nitore minore. Setæ longiores. Capsulæ inclinatae, operculo conico, non aristato. Punctum in apice calyptræ fuscum DILLEN.

1771. HYPNUM caule disticho, foliis ovatis, planis, capsulis ovatis aristatis.

*Muscus terrestris repens, primæ speciei similis, sed multo minor* HIST. OXON. III. p. 625. t. 5. f. 5.

*Muscus trichomanoides, filicifolius, splendens* VAILLANT. t. 23. f. 4.

*Hypnum pennatum compressum & splendens, capsulis ovatis* DILLEN. Sylv. musc. p. 268. t. 34. f. 7.

*Hypnum fronde pinnata, ramosa, foliolis imbricatis acutis, complicatis, compressis* LINN. p. 1588.

Vulgo ad arborum cortices.

Pulchro Musco caules longi, semipedales, ramosi, tecti foliis distichis, sursum convexis, deorsum concavis, imbricatis, nitidis, ex ellipticis acuminatis. Ex suprema parte cauliculorum setæ plurimæ rubræ. Capitula erecta, brevia, cylindrica, rubra. Calyptra alba, operculo conico, longe aristato.

β. An *Hypnum pennatum, trichomanoides, splendens, ramosum* DILLEN. Sylv. musc. p. 289. t. 34. f. 8?

Non adeo ad arborum corticem, quam ad terram humectam, secundum rivos.

Altius priori, semipedale, foliis acutioribus, cætera similia. Capsulas non vidi. DILLENIIUS habet tenuiores, cylindricas, inclinatas & cernuas.

Proximum priori, & forte idem.

\*1772. HYPNUM foliis laxis, pinnatis, ovato lanceolatis, aristatis, retroverfis.

*Muscus pennatus, capitulis Adianti* HIST. OXON. III. p. 626. t. 6. f. 36.

*Muscus pinnatus denticulatus minor* VAILLANT. t. 29. f. 8.

*Hypnum denticulation pinnatum, pinnulis duplicibus recurvis* DILLEN. p. 266. t. 34. f. 5.

*Hypnum fronde pinnata simplici, pinnis duplicatis, basi pedunculifera* LINN. p. 1588.

In cavis montium semitis. Circa les Plans.

Tener Muscus & pallidus. Caules pinnati, foliis distinctis, distichis, falcatis, sed latis, mucrone piliformi, retrorsum flexo, cæterum ita sibi vicinis, ut quasi gemella videantur. Vaginæ in basi ramorum. Capsulæ cylindricæ, cilio denso, inclinatae, maturæ erectæ. Calyptra nitens. Operculum breve, non aristatum.

I 2

\*1773. HY-

\*) Ubi capsula a pictore fissa pingitur, qualem elisam viderat.

- \*1773. HYPNUM denticulatum pinnatum, pinnulis simplicibus rectoribus DILLEN. p. 267.  
t. 34. f. 6. †

*Au Chemin des Ecots.*

Plurima habet similia, a præcedente tamen Musco differt fetis ex ramis prodeuntibus, non ad radicem, tum operculis aristatis.

- \*1774. HYPNUM foliis planis pinnatis, parium quadraginta.

*Muscus taxiformis ramosus* VAILLANT. t. 28. f. 5.

*Muscus filicifolius, seu pinnatus minor, pinnulis plurimis, ad mediam costam adnexis* BUXBAUM Cent. II. p. 3. t. 1. f. 4.

*Hypnum taxiforme, palustre, ramosum, majus & erectum* DILLEN. Sylv. musc. p. 264. t. 34. f. 3.

*Hypnum fronde pinnata, ramosa, erecta, media pedunculifera* LINN. p. 1588.

In valle alpina *Chapuisse*: circa aditum superiorem cuniculorum *aux Fondemens*.

Inter taxiformes maximus, pinnarum paribus circa quadraginta: eæ planæ, lanceolatæ, antrosum inclinatæ. Setæ florales incerto loco, ex vaginis, subtus nervo adnatis, & propius radicem, & pene ad frondis apicem usque; unciales eæ, folio breviores. Capsulæ parvæ, pro ratione foliorum, ovatæ, fuscæ. Operculum aristatum. Calyptra alba.

1775. HYPNUM foliis planis pinnatis, parium duodecim, fetis radicalibus.

*Muscus pennatus, capitulis Adianti* VAILLANT. t. 24. f. 11. optime.

& *Hypnum taxiforme minus, basi capsuliferum* DILLEN. Sylv. musc. p. 263. t. 34. f. 2.

*Hypnum fronde simplicissima, pinnata, lanceolata, basi pedunculifera* LINN. p. 1589.

Passim reperi, in sylvis, circa Bernam, prope *Roche*, *aux Sublins*, in monte *Dansez*.

Pinnata, ut in 1774. folia, sed pinnarum numero circa 12, cæterum similia, magis imbricata. Vagina ad basin folii brevis. Setæ uncia breviores. Capsulæ cylindricæ inclinatæ, ad operculum latissimæ. Operculum longe aristatum.

1776. HYPNUM foliis planis pinnatis, parium septem, fetis ex summitate.

*Muscus polytrichoides exiguis capitulis, in summis furculis, seu foliis subrotundis erectis* HIST. OXON. III. p. 629. f. XV. t. 6. f. 11. VAILLANT. t. 24. f. 13. bene.

*Muscus capillaris, capitulis tenuissimis erectis* BUXBAUM. Cent. II. p. 6. t. 2. f. 8.

*Hypnum taxiforme exiguum, versus summitatem capsuliferum* DILLEN. Sylv. musc. p. 262. t. 34. f. 1.

*Hypnum fronde simplicissima, pinnata, lanceolata, apice pedunculifera* LINN. p. 1590.

Ex minimis Muscis. Bernæ ad adclives cavarum semitarum ripas passim, ut in via ad villam *der Spiegel*.

Cauliculus vix femuncialis; folia disticha, parium pinnarum septem, octo. Earum ultimæ confertæ, suprema reliquis non longior, unde retusâ facies. Cis summum cauliculum, inferne ex nervo, sua de vagina perbrevis seta brevis, trium linearum, purpurea, quæ brevem gerit & erectam capsulam, carneam, cujus operculum acuaristatum est, & ruberrimum. DILLENIIUS vaginam non vidit, quam vitrum convexius manifestat.

#### V. HYPNA BRYODEA.

His habitus erectus, parum ramosus, qui Bryo; sed setæ ex vaginis prodeunt. Hæc Hypna DILLENIIUS omnia inter Brya reliquit, neque LINNÆUS errorem emendavit; si vero quidquam characteres valent, hæc plantæ omnino cum Hypnis relinqui debent, & in nonnullis speciebus Cl. Viri mecum consenserunt b).

1777. HYPNUM foliis falcatis, heteromallis, vaginis multifloris.

*Muscus coronatus medius, foliis tenuissimis, pallidis, longiusculis, capitulis erectis, acutis* HIST. OXON. III. p. 630. f. XV. t. 7. f. 11.

& *Muscus coronatus humilis, corniculis longissimis, acutissimis* IDEM ibid. f. 13.

*Muscus capillaceus major, pedunculo & capitulo tenuioribus* VAILLANT. t. 28. f. 12. in qua icona perichætium DILLENIANUM non negligitur.

*Bryum reclinatum, foliis falcatis, scoparium effigie*, DILLEN. p. 377. t. 46. f. 16. qui vaginas pingit ad b. c.

*Bryum antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato*, LINN. p. 1582.

Refert huc *Muscum capillaceum, foliis pallidis, pediculis pluribus ex communi theca egredientibus* BUXBAUM Centur. II. p. 8. t. 4. f. 1.

Vulgo

b) In Hypno 1777. WILICM. *diff. inaug.* p. 3. In 1778. LA CHENAL. *diff.* p. 12.

Vulgo in fylvis, ad arbores, & eorum radices.

Caulis subrectus, inclinatus, ramosus. Folia prælonga, ad quatuor lineas, falcata, in longissimum mucronem producta, qui ad alterum latus conjicitur. Ad ortum novorum ramorum manifestissima vagina, ex ovata teres. Seta luteola, uncialis. Capsula cylindrica inclinata, curvula, fulcata. Operculum arista lésquilineari armatum. Aliquando duæ & tres setæ ex eadem vagina prodeunt.

\*1778. HYPNUM foliis subulatis vagis, pilo terminatis, capsulis cylindricis inclinatis, operculis aristatis *Emend. III. n. 36.* †

Accedit ad *Bryum palustre pellucidum*, capsulis & foliis brevibus recurvis DILLEN. *Sylv. musc.* p. 364. t. 46. f. 23.

Nova, quantum video, planta, ex altissimis alpibus, in mont. *Javernaz*, & vallis Augustæ alpibus spicam Celticam ferentibus.

Caulis erecti, ramosi, parvis foliis tecti, longis, subulatis, in longum fluitantem pilum eductis, non raro ad alterum latus convertis. Setæ unciales, ex vaginis, in trunci parte suprema, sessilibus. Calyptræ longe mucronatæ, flavescentes. Capsulæ inclinatæ, graciles, operculo aristato.

\*1779. HYPNUM foliis lanceolatis, falcatis, fetis alaribus, capsula ovata, inclinata, operculo mammillari *Emend. V. n. 3.* †

Nova planta, & a Cl. LA CHENAL reperta secundum villam *die Hardt*, & a nobis supra *les Plans*. Circa *Spiez*. In montibus *Ormondensibus*, *la Paraz*. &c.

Polytrichorum faciem refert, nisi quod totus habitus mollior est. Caulis erecti, purpurei, crassi, bryoidei, parum ramosi. Folia longe lanceolata, acuta, dorso eminenti, crispa. Seta fescuncialis, ex vagina de caule infra novos ramos nata, foliosa, laxa, insigni. Calyptra flava, strictissima. Capsula inclinata, grandis, piriformis, ventricosa, operculo crasso, mammillari.

1780. HYPNUM ramis alternatim brevioribus, foliis pilosis, petiolis brevibus flexuosis, t. 45. f. 4.

*Muscus terrestris*, vulgari similis, lanuginosus HIST. OXON. III. p. 625. t. 5. f. 7.

*Muscus alpinus ramosior*, erectus, flagellis brevioribus & lanuginosis PLUKNET. *almagest.* p. 255. t. 47. f. 5.

*Bryum hypnoides polycephalon*, lanuginosum, montanum DILLEN. *Sylv. musc.* p. 372. t. 47. f. 32.

*Bryum antberis erectis*, caule erectiusculo, ramis lateralibus brevibus, fertilibus LINN. p. 1584.

In *Bruçtero* monte olim repereram, deinde passim in alpinis *Chapuisse*, *les Plans*.

Caulis longi subrecti, ramis numerosis alternis, brevibus. Folia ramos caulesque totos tegunt, teretesque reddunt. Folia imbricata, longe lanceolata, in pilum album vagumque educta. Vaginæ per ramos solos conicæ. Setæ breves, erectæ, uncia breviores, sæpe contortæ. Capsulæ crassæ, ovatæ, erectæ. Operculum longe aristatum, ut arista capsulæ longitudinem superet.

*Bryum hypnoides hirsutie canescens vulgare* DILLEN. *Sylv. t. 17. n. 27.* differt foliis paucioribus, plerisque nigris, & vix incanis, folis in apicibus pilum fluitantem producentibus. Sed capsulæ ovatæ, aristatæ, cum nostro consentiunt.

\*1781. HYPNUM caulibus teretibus, foliis lanceolatis imbricatis, capsulis erectis, ovatis aristatis *It. bercyn. n. 30. f. 2.* †

*Bryum hypnoides aquaticum*, calyptris acutis DILLEN. p. 367. t. 46. f. 26.

*Muscus aquaticus*, pilis acutis PETIVER. *mus. n. 74.* HIST. OXON. III. p. 626. f. XV. t. 5. f. 29. VAILLANT. t. 27. f. 16.

Olim ad DILLENIIUM misi.

Plurima prioris habet, potissimum etiam capsulas ovatas, longissime aristatas. Differt pili albi defectu, & foliolis simpliciter lanceolatis, nervo conspicuo divisis.

\*1782. HYPNUM caulibus teretibus, foliis pilo aristatis, fetis brevissimis. †

*Hypnum 21. Enum. Stirp. Helvet.*

*Bryum hypnoides alpinum*, fetis & capsulis exiguis DILLEN. p. 370. t. 47. n. 29. ex fide plantæ siccæ DILLENIANÆ.

Ad faxa alpina. Misit ILL. GESNERUS.

Satis prioris simile, cauliculis bryoideis teretibus, parum ramosis, foliis nigricantibus, ovato lanceolatis, arguto & filiformi apice repandis. Ex vaginis albicantibus, de

K

summis

summis ramis setæ brevissimæ, duarum linearum. Capsulæ erectæ ovatæ. Opercula aristata.

1783. HYPNUM cauliculis teretibus, foliis mucronatis, capsulis ventricosis. †

*Muscus squamosus ramosus, tenuior, capitulis incurvis* VAILLANT. t. 26. f. 9.

*Bryum palustre brevifolium, capsulis nigricantibus* DILLEN. Sylv. musc. p. 377. t. 47. f. 39.

Lectum in *Chapuisè*. Etiam alpinum, ubique humillimum, semuncem superans.

Caules teretes, quasi catenulati, foliolis tecti, inferne fuscis, lanceolatis, argutis, mucrone piliformi, superne laxatis, etiam ad latus rejectis, cæterum repunt, & ramos solos erigunt. Vaginæ manifestæ, ad radicem ramorum novellorum, albæ, teretes. Setæ unciales. Capsulæ ventricosæ, inde cylindricæ, atropurpureæ. Operculum breve & acutum.

\*1784. HYPNUM ramis compressis, foliis pilo aristatis, nitentibus, capsulis erectis, operculis conicis *Emend. III. n. 34. †*

*Hypnum palustre erectum trichoides, ramulis crebris, luteo & rufovirentibus, glabris* DILLEN. Sylv. musc. t. 39. f. 37. p. 303.

In udis lapidosis subalpinis, supra *Bex*, in valle *Chapuisè*, *autour de la Ferrière*, & alibi.

Caules parum ramosi; rami ex teretibus compressi, toti tecti foliis imbricatis, gracilibus, rectis, lanceolatis, in pilum desinentibus, raro liquide virentibus, plerumque subluteis, aut rubris. Germina supremorum ramorum conica, acuta, ruberrima. Ex ipsis cauliculis exque vaginis gracilibus, teretibus, setæ biunciales. Capsula pene cylindrica, gracilis, erecta. Cilia alba. Operculum miniatum, conicum, acutum.

1785. HYPNUM caulibus erectis teretibus, foliis imbricatis fragilibus, capsulis inclinatis aristatis.

*Muscus trichoides erectus, montanus, albidus, fragilis*, HIST. OXON. III. p. 630. t. 6. f. 12. VAILLANT. t. 26. f. 13.

*Bryum albidum & glaucum, fragile, majus, foliis erectis, setis brevibus* DILLEN. Sylv. p. 362. t. 46. f. 20.

*Bryum antheris erectiusculis, operculo curvato, foliis erectis imbricatis, surculis ramosis* LINN. p. 1582.

In Helvetia non rarum. Supra *Drakau* ad dextra. In ericeta cis *Vervai*.

Facies singularis. Caulis teres, ramosus, imbricatus, totus tectus foliis peculiariter fragilibus, albis subvirentibus, densissime imbricatis, lanceolatis, argutis, carinatis. Ex supremis ramis setæ, manifestissima cylindrica vagina susceptæ, breves, intra unciam. Capsulæ ovatæ, per ætatem inclinatæ, longissimis aristis, ex conico operculo eductis.

Vaginam & DILLENII pinxit & VAILLANT.

\*1786. HYPNUM foliis capillaceis congestis, crispescentibus, capsulis ovato cylindricis, brevissime ciliatis *Emend. IV. n. 3. †*

*Muscus minimus &c.* MICHELI n. 60. p. 112.

*Bryum cirrhatum & stellatum, tenuioribus foliis* DILLEN. p. 379. t. 48. f. 42. ex planta DILLENII.

Passim in alpinis & subalpinis, inque monte *Gurten*, qua a *Specula* ad *Küniz* descenditur, in *Chapuisè*.

Multa similia Bryi sequentis.

Sed totus habitus humilior, cespites lati, inferne nigricantes, superne ex luteo virentes. Folia lanceolata, capillaria, sæpe longe quasi crispa. Cauliculi semunciales ramosi. Setæ pene unciales, sub apice evidentissima a foliis diversa vagina. Capsula erecta, ovata, cylindrica, basi ventricosa. Cilia brevia, os contractum. Operculum longe mucronatum & aristatum, labilissimum. Calyptra nitens, apice gracili & fusco.

A Bryo 41. DILLENII differt calyptra longa stricta; a Bryo crinito multis modis, & potissimum pectine brevi. In aqua calida apex patulis fit congestis foliis, æque longis. Stellam parum refert.

1787. HYPNUM foliis subulatis cincinnatis, capsulis cylindricis, longissime ciliatis.

*Muscus*



*Muscus alpinus cirrhosus*, seu crinium retortorum ad instar crispatus SCHEUCHZER. It. II. p. 138. s. 19. f. 5.

*Muscus alpinus ramosus*, &c. MICHELI n. 68.

*Bryum cirrhatum*, capsulis & setis longioribus DILLEN. Sylv. p. 377. t. 48. f. 40.

*Bryum antheris erectis*, foliis setaceis, involucris siccitate retorquentibus LINN. p. 1583.

In omnibus alpinis vulgare, etiam in planitiem descendit, & abunde proxime Roche nascitur, à l'Eau froide, tum aux Sublins prope le Bevioux. Etiam in Jura monte.

Caulis cespitosi, biunciales. Folia juniora recta, longa, lanceolata, pene subulata; in planta adultiori falcata, crispa, serpentum glomeres Medusæque comas imitantur, etiam in eodem cauliculo crispa, & non crispa. Setæ ex caule summo, de vagina pallida c), a foliis diversa, purpureæ cæterum, & unciales. Capsula multo, quam præcedenti major, pene cylindrica, longa, ciliis prælongis, rubris, intortis. Operculum longe conicum, aristatum.

\*1788. HYPNUM cauliculis teretibus, foliis lanceolatis repandis, capsulis erectis, cylindricis aristatis Emend. III. n. 52.

*Bryum stellatum nitidum*, pallidum, capsulis tenuissimis, DILLEN. p. 381. t. 48. f. 44. ex fide Epistole Summi Viri.

*Mnium antheris erectis*, operculis filiformibus, longitudine antherarum LINN. p. 1575. Non tamen credo rosulas scobiferas vere habere.

Ad lapides circa torrentem l'Eau froide, les Plans, &c.

Cespitosum, cauliculis rariter foliosis, terminatis stellulis foliorum nitidorum, lanceolatorum, pilo terminatorum. Totus viridissimus cespes junior videtur stratus exiguis quasi nodulis, distinctis, qui totidem sunt rosulæ. In adulta planta cauliculi pene unciales fiunt, & Aloes similes, teretes, viridissimi, foliis lanceolatis, paulum apice repandis. Ex cauliculorum parte ima setæ flavæ, ex croceo purpureæ, capsulis cylindricis, longis, pergracilibus, ex evidentissimis vaginis, operculo longe aristato.

1789. HYPNUM caulibus erectis, foliis lanceolatis, pilo fluitante terminatis, capsulis erectis, longe rostratis.

*Muscus capillaris tectorum*, densis cespitibus nascens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum desinentibus RAI. VAILLANT. t. 25. f. 3.

*Muscus erectus hirsutus*, capitulis longis acutis, unguibus avicularum similibus, vulgarissimus, HIST. OXON. III. p. 628. t. 6. f. 1.

*Muscus capillaceus*, foliis Linariæ, capitulis corniculatis longissimis BUXBAUM. Cent. V. t. 44. f. 1.

*Bryum rurale unguiculatum* & hirsutum majus & ramosus DILLEN. Sylv. p. 352. t. 45. f. 12.

*Bryum antheris erectis* sculis, foliis piliferis recurvis LINN. skonska resa p. 118. Spec. p. 1582.

β. Varietas calva absque pilo. In Valesia.

In Tuguriorum tectis stramineis, muris vetustis, & marginibus viarum.

Caulis biunciales, erecti, etiam ramosi, cespitosi. Folia latiuscula, lanceolata, nervo in pilum fluitantem educto, patula cæterum, fere sublutea, aut fusca. Setæ ex manifesta vagina conica, ad novorum ramorum originem nascuntur, firmissimæ, ex rubris pallidæ. Capsulæ erectæ, cylindricæ, spadiceæ. Calyptræ fulvæ, apice fusco. Operculum prælongum, conicum, non vere aristatum. Cilia prælonga.

1790. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, aristatis, patulis, capsulis ovatis, obtusis, pendulis.

*Muscus capillaris*, capitulo parvo reflexo, pediculi ima rubro parte purpureo, superiori luteo viridi RAI. HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 15.

*Muscus capillaceus minimus*, capitulo mutante, pediculo purpureo VAILLANT. t. 29. f. 7.

*Bryum pendulum ovatum cespitium*, pilosum, seta bicolore DILLEN. Sylv. musc. p. 396. t. 50. f. 66.

*Bryum antheris pendulis*, foliis lanceolatis, acuminato setaceis, pedunculis longissimis LINN. p. 1586.

In glareosis, & ad terram vulgare, elegans & mutabile. Cespites facit densissimos & viridissimos, & caules steriles purpureos, qui omnium maxime stellati nomen merentur. Folia nitida, ovato lanceolata, aristata; in juniore plantula bulbum efficiunt conniventem, in adulta stellulam. Ex bulbis anni prioris, de vagina propria & conspicua seta fere uncialis prodit, inferne purpurea, superne pallida, erecta; tum calyptra longa, fusco mucrone. Capsula pendula, ovato cylindrica, sæpe & ipsa bicolor, ima parte obscure viridi, superne sublutea, operculo mammillari.

1791. HYPNUM foliis ovato lanceolatis aristatis, capsulis ovatis pendulis, operculis conicis.  
*Muscus capillaris*, folio rotundiore, capsula oblonga incurva MAGNOL. Hort. reg. Monspel. p. 138 cum icone.  
*Muscus capillarem major*, capsulis crassioribus, cylindraceis, mutantibus VAILLANT. t. 24. f. 6.  
*Muscus capillaris*, foliis angustis, capsulis reflexis longissimis, BUXBAM. Cent. I. p. 44. t. 63. f. 4.  
 & *Muscus capillaris*, capitulis longioribus inflexis EJUSDEM Cent. II. p. 9. t. 4. f. 3. Utrumque incertum, & capsulae nimis longae, cylindricae.  
*Bryum foliis latiusculis congestis*, capsulis longis mutantibus DILLEN. p. 398. t. 50. f. 67.  
*Bryum antheris pendulis*, foliis ovatis setiferis, carinatis, pedunculis longissimis LINN. p. 586.  
 Similibus locis, persimilis *Muscus*, ad muros inter der Brunngrasse.  
 Caules teretes paulum altiores, unciales. Folia magis ovato lanceolata. Capsulae majores, & potissimum operculum acuminatum, etiam cum aristae imagiue, qua nota a priori planta, caetera simillima, separatur.

## V. HYPNA CAPSULIS SESSILIBUS.

Huc FONTINALIS DILL. RIVINI.

Nullum huic generi verum ab Hypno discrimen reperi. Petiolus enim brevis, sed aliquis est.


1792. HYPNUM caulibus teretibus ramosis, foliis ovato lanceolatis, pilo aristatis, operculo conico.  
*Muscus terrestris cespitosus*, nanus, siviensis BOCCONE musc. di piant. p. 161. t. 108.  
*Muscus capillaris ramosus*, capitulis candidantibus SCHEUCHZER. It. II. p. 138. It. VII. p. 516.  
 β. Junior, totus viridis.  
*Muscus saxatilis tortuosus* & nodosus I. R. H. VAILLANT. t. 27. f. 8.  
 α, β. *Sphagnum nodosum*, hirsutum & incanum DILLEN. Sylv. musc. p. 246. t. 32. f. 5.  
 LINNÆUS cum sequente rubro conjungit, cum nomine *Bryum antheris sessilibus terminalibus*, calyptra minima p. 1579.  
 Ramosi caules & magnos in cespites congesti. Folia ovato lanceolata, pilo aristata, totos ramos imbricata tegunt, redduntque teretes, mucrone reflexo. Eadem modo tota viridia vidi, ut gemmae solae incanae essent, alias omnia incana, albo pilo lanuginosa: & summis in ramis imprimis tota folia alba rosulam faciunt. In vetustioribus cauliculis, ad ortum rami, quo novi furculi germinabunt, gemmae pilosae ponuntur, in quorum plusculis tecta latet, sessilis in brevissimo pedunculo, capsula ovata, sub initia viridis coloris, operculo brevi, fere plano. Calyptra acuta, brevissima, caduca, aurea. Maturae capsulae aurantiae fiunt, & ampliter patent.  
 Vulgo ad faxa & arbores.

1793. HYPNUM caulibus ramosis, foliis lanceolatis, hirsutis, operculo aristato.  
*Muscus apocarpus*, saxis adnascens, capitibus obscure rubris VAILLANT. p. 129. t. 27. f. 15.  
*Sphagnum subulatum obscure virens*, capsulis rubellis DILLEN. Sylv. musc. p. 245. t. 32. f. 4.  
 LINNÆUS conjungit cum 1792.  
 Ubique ad faxa frequens.  
 Cauliculi ramosi, breviores. Folia lanceolata, arguta, aequae tamen in pilum breviorum terminata, e viridi fusca. Capsulae sessiles per superiora cauliculorum, nude, & cylindricae, dilute rubrae, operculo lato, purpureo, convexo, breviter ex medio aristato: intus cilia se ex ambitu communi operculi & capsulae introrsum conferunt d). Calyptra brevissima, ex luteo albida, basi lata.

1794. HYPNUM foliis complicatis, ovato lanceolatis, capsulis ex alis petiolatis, ovatis.  
*Muscus aquaticus*, folio expanso C. B. Prodr. p. 152.  
*Muscus aquaticus denticulatus* LOESEL. Flor. Pruss. p. 173. ic. 53.  
*Muscus aquaticus*, viticulis longis, miris acinosis, lucidis, foliis acutis triangularibus cinctis, HSIT. OXON. III. p. 626. t. 6. f. 32.  
*Muscus squamosus acutissimus*, in aqua nascens VAILLANT. p. 140. t. 32. f. 5. MICHEL. t. 59. f. 9.  
*Muscus apocarpus aquaticus*, foliis triangularibus complicatis, &c. RUPP. p. 84.  
*Muscus aquaticus*, terrestri vulgari similis, sed minor BUXBAUM. Centur. III. p. 39. t. 69. f. 2.  
*Fontinalis triangularis major*, complicata, ex foliorum alis capsulifera, DILLEN. Sylv. musc. p. 254. t. 33. f. 1.  
*Fontinalis foliis complicato carinatis*, trifariis, acutis, antheris lateralibus LINN. p. 1571.

d) DILLEN. c.





C. J. Roland del. C. Adm.

G. D. Kamen, postulat. Georg. Sculptor. 1742

In *Arolæ* ripis glareosis ad lapides. In *Sila* fl. in lacu *Rivario*, &c.

Caulis dodrantales purpurascens, ramosi, fluitantes. Folia valde lata, duplicata, alterna, imbricata, lanceolata, peracuta, extrorsum cava, introrsum convexa, imbricata. In inferiore & media parte plantæ per foliorum alas gemmæ foliaceæ, sessiles, ovatæ, foliolis factæ ovatis, obvolventes capsulam breviter petiolatam, petiolo squamis brevissimis adperso, ovato cylindricam, operculo conico aristato, cilio longo rubro; calyptra conica.

\*1795. HYPNUM foliis ovatis lanceolatis, carinatis, apicibus capsuliferis.

*Fontinalis minor*, foliis triangularibus minus complicatis, capitulis in summis ramis sessilibus RAI. Syn. III. p. 79.

*Fontinalis triangularis minor carinata*, e cymis capsulifera, DILLEN. Sylv. musc. p. 257. t. 33. f. 2.

*Fontinalis foliis ovato lanceolatis, trifariis, acutis, passim geminis, antheris terminalibus* LINN. p. 1571.

Cl. MIEGIIUS inventam mecum communicavit. Multa habet prioris similia, habitu minori: folia pariter lata, cæterum multo obtusiora, ovata, non perinde dense imbricata. Capsulæ in summis ramis nascuntur, ut quisque ramus in vaginam terminetur. Vagina brevior, foliis ovato lanceolatis. Capsula breviter petiolata, minor, operculo aristato: sic calyptra, cilio evidenti.

\*1796. HYPNUM foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis, capsulis per alas sessilibus.

*Fontinalis minor lucens* I. B. III. p. 1571.

*Fontinalis squamosa, tenuis, sericea, atrovirens* DILLEN. Sylv. p. 259. t. 33. f. 3.

*Fontinalis foliis imbricatis, subulato lanceolatis, capitulis lateralibus* LINN. p. 1571.

Abunde in alveo torrentis *l'Éau froide* prope *Roche e)*. Misit etiam D. GAGNEBIN ex *Dubi*, & ex *Suze* fl. prope *Sombeval* Cl. LA CHENAL.

Multo strigosior, caulibus minus distiche foliosis, foliis ovato lanceolatis, brevi pilo terminatis, saturate virentibus, etiam atris, linea divisis. Per caulibus alas inferiores, & medias, teretes gemmæ, foliis factæ ovatis, de quibus capsula eminent, breviter petiolata, cylindrica. Operculum aristatum, carnei coloris, calyptra acutissima, corona ciliorum solita rubella.

Non potest dissimulari, plantam DILLENII, quam siccam ab ILL. Viro olim missam coram video, a nostra differre videri. Nostræ enim folia latiora, vaginæ vero folia peracuta, etiam in pilum terminata, quæ in DILLENIANIS iconibus, inque plantis a DILLENIO missis, ovata sunt.

\*1797. HYPNUM caulibus distichis, ramosis, foliis ovatis, transversim undosis. Tab. 45. f. 2.

*Muscus terrestris major, ramulis compressis, superficie crispis* VAILLANT. p. 129. t. 27. f. 4.

*Sphagnum pennatum, undulatum, vagina squamosa* DILLEN. Sylv. musc. p. 250. t. 32. f. 9.

*Fontinalis foliis bifariis, patentibus, capsulis lateralibus* LINN. p. 1571.

*Muscus arboreus apocarpus, foliis pinnatis* BUXBAUM. Eph. Nat. Cur. Vol. I. obs. 8. Videtur idem, cum præterea ex BUXBAUMIANIS plantis siccis inter meas sit.

In *Quercubus*, qua primum ab urbe *sylva Bremgarten* aditur, ad viam regiæ *Arbergam* ducentis dextra. J. GESNER in *sylvis montis Uetliberg*.

Pulchra planta Hypno filicino foliis compressis similis, strigosior, flore differt. Cauliculi ramosi, triunciales, distichi, foliis ovatis, nitidis, per superficiem transversis lineis distinctis, latis, imbricatis, ut anteriorem faciem caulibus tegant. Ex cauliculis frequentes teretesque gemmæ prodeunt, foliolis factæ ovato lanceolatis, non undulatis. Ex iis eminent sessiles capsulæ, cylindricæ, aurantiæ, operculo conico acuto, in quo calyptram subrubellam manifestam vidi, ut omnino ad Fontinalem pertineat. Pecten brevis.

*Sphagnum pinnatum undulatum, vagina pilosa* DILLEN. p. 249. t. 32. f. 8. ut ex icone adparet, & ex specimenibus olim ab ILL. Viro mecum communicatis, huic nostro proximum est, aut idem; etsi ex *Patagonia* habuit.

## BRYUM

e) Emend. III. n. 32.

BRYUM a) LINN. n. 1194.

BRYUM DILLEN. p. 338.

&amp; aliquæ MNII atque POLYTRICHI Species.

Omnino utile videtur, Cl. LINNÆUM b) hic sequi. Etsi enim in aliis classibus, in quibus characterum est satis, nolim a sexu notas sumere, hic tamen, in tanta similitudine stirpium simplicium, non negligenda videtur nota, quæ genus immensum minuit; & Polytrichi artificiale genus, a villosa calyptra sumtum, expungit, cum præterea is villus non in omnibus speciebus manifestus sit. Bryum ergo erit, cui præter antheras nihil est floris simile: Mmium, cui præter antheras rosulæ foliosæ, sœpe plenæ, quæ plerumque, ut continuo dicemus, folia esse videntur. Ab Hypno Bryum differt, quod setas absque vaginis producat. Obliquitatem calyptræ excludo, quæ a plurimis absit: vide vel solum Bryum extinctorii simile. Et, ut dicam, quod res est, vagina, seu perichætium, non bonum characterem genericum præstat. In multis Bryis DILLENII manifestissima adest, in aliis obscurior, ut quis finis sit, difficulter dicatur. Non tamen aliam notam reperi, quæ præter habitum Bryum ab Hypno distinguat, neque duo nimium ampla genera in unum volui unire, uti natura forte exigeret. ADANSONIUS iterum alia genera fecit, quorum species nondum edidit c).

## I. BRYUM CALYPTRA VILLOSA.

POLYTRICHI DILLENII Species p. 419. appendice destitutæ.

1798. BRYUM fetis brevissimis alaribus, calyptris cylindricis villosissimis.

*Muscus capillaceus minimus, calyptra villosa* VAILLANT. p. 130. t. 27. f. 9.*Polytrichum capillaceum crispum, calyptris acutis pilosissimis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 433. t. 55. f. 11.*Bryum antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis sursum pilosis* LINN. p. 1579. qui sequentem Muscum pro varietate habet.

Ad arborum cortices, magnos in cespites congregatur.

Caulces recti, ramosi, vix unciales. Folia imbricata cauliculos tegunt, ovato lanceolata, glabra, striata, per ætatem crispa. Setæ ex annuis cauliculis, sub origine novellorum ramorum, cæterum perbreves, bilineares. Capsula junior piri forma, sursum crassior, delapso operculo longa, cylindrica. Cilia lata, triangularia, repanda, divergunt in radiorum speciem. Operculum aristatum. Calyptra flava, villis conspicuis, sursum rigentibus, longa & cylindrica.

DILLENIUS ob sola folia crispa separat, sed ea certe nota non perpetua est, vel DILLENII iconibus consentientibus. Mihi discrimen præbent calyptræ graciles, cylindricæ, multo evidentius villosæ, & capsulæ cylindricæ graciliores. Cilia nostro Bryo apprimè conspicua, sed calyptra continuo ductu ex cylindrica conica, cum in sequente superne angustam in acum exeat, inferne latefcit.

1799. BRYUM fetis brevissimis alaribus, calyptris villosis conicis. †

*Muscus humilis tectorum, subfuscus, capitulis brevibus, pileatis, erectis, pediculis erectis* HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 17.*Muscus capillaceus minimus acaulos, capsula striata* VAILLANT. t. 27. f. 10. bene.*Polytrichum Bryi ruralis facie, capsulis sessilibus minus* DILLEN. *Sylv.* p. 431. t. 55. f. 9.

Ad arborum cortices abunde.

Cauliculi vix unciales, ut in priori, & folia lanceolata, non tamen unquam crispa. Setæ similes, brevissimæ, deinde longiores, præpilatæ. Calyptra conica, latiori, quam priori, inferne lacera, pilis aut nullis, aut paucioribus, pariter fulva. Capsula ovata, operculo aristato, ciliis.

β. Aliquanto altior &amp; ramosior, caule ad biuncem ascendente, ramis laxioribus.

*Muscus apocarpos, arboreus, ramosus*, VAILLANT. t. 25. f. 5. absque calyptra, & operculo non bene conico, obtuso.& *Muscus capillaceus ramosus, capitulis pluribus caulibus adherentibus* VAILLANT. t. 25. f. 6.*Polytrichum Bryi ruralis facie, capsulis sessilibus, majus* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 430. t. 55. f. 8.

Satis

a) Bryi nomine in nostris arboribus sunt cani arborum villi, in Quercu maxime PLIN. L. XII. c. 23. &c. Est ergo Usnea. Inter impositiones in podagra restringentis βgior ARSTÆUS *Cœr. dist.* II. c. 12.

b) *Sem. musc.* p. 17.  
c) II. p. 491.

Satis adparet, vel ex DILLENII verbis, non verum inter  $\alpha$ . &  $\beta$ . discrimen intercedere.

$\gamma$ . Non puto recedere *Polytrichum capsulis sessilibus, foliis brevibus, rectis, carinatis*, DILLEN. p. 432. t. 55. f. 10.

\*1800. POLYTRICHUM foliis ferratis, capsulis ovatis, basi turbinatis t. 46. f. 6.  
*Polytrichum alpinum ramosum, capsulis et summitate ellipticis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 427. t. 55. f. 4.  
OEDER. ic. 296.

*Polytrichum caule ramosissimo, pedunculis terminalibus* LINN. p. 1573.

In alpium ericetis, *Gottbarde*, &c.

Habitus varietatis  $\beta$ . Polytrichi n. 1799. caule tamen altiori, unciali, & fescunciali, etiam ramofo, setis ex summo caule prodeuntibus. Appendix, quæ vocatur, nulla, & ejus loco initium capsulæ conicum. Capsula inclinata, ovata. Operculum aristatum. Membranæ loco cilia. Folia primæ speciei, etiam dentata. Rosulæ manifesto nihil, nisi gemmæ. Vaginæ foliosæ virides.

\*1801. POLYTRICHUM caule ramofo, ex alis florifero, foliis ferratis, capsulis cylindricis.

*Polytrichum ramosum, setis ex alis unigeris* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 427. t. 55. f. 6.

*Muscus erectus, Juniperi folio, ramosus* VAILLANT. t. 28. f. 13.

*Polytrichum caule ramosissimo, pedunculis axillaribus* LINN. p. 1573.

Icon OEDERI t. 296.

Hoc in Helvetsa frequentius. Circa *Ellé*.

Habitus plantarum 1798. 1799. foliis acutis, congestis, ferratis, caulibus ramofo; setis ex alis foliorum, ad originem novorum furculorum uncialibus, calyptris cylindricis, sub operculo latioribus, ostio ciliato. Nullum vestigium appendicis.

## II. CALYPTRA NON VILLOSA.

BRYA DILLEN.

### I. FOLIIS PERANGUSTIS.

\*1802. BRYUM foliis mollibus subulatis, setis brevissimis, alaribus, capsulis ovatis *Enum.* n. 4. t. 45. f. 8. *It. Helvet. II.* n. 55. t. 1. †

Potuerit esse *Polytrichum aureum acaulon* BOCCONE *mus. di piant.* p. 149. t. 107.

In alpium sylvis frequens, proxime sub balneo *Gurnigel*, & ubique in *Aquilejensibus*, supra *les Plans*. In mont. *Javernaz*, *Splügen*, *Maloja*. Etiam in *Jura* monte. In *M. Mola*.

Pulchra planta caulibus rectis, rubigine rubra obductis, cæterum crassis, albisque & cespitosis. Folia omnino capillaria, viridissima, longa, conferta, imbricata. Ex alis foliorum, de caule, frequentes setæ, linea longiores, ex bulbillo vero, amplectante, exiguo quidem. Calyptra acuta, pallens, in tenera tantum & gracili capsula conspicua. Capsula ex maximis, ovato cylindrica, cinnamei coloris, striata, pectine rubro conspicuo. Operculum parvum, conicum, umbilicatum, rubrum, perbreve. Cilia 12. & sedecim, crassa, ovata, ruberrima, intus denticulata. Sacculus intra capsulam liber, spatio aliquo a suæ capsulæ pariete distinctus, filis saccum anteriorem cum pariete capsulæ unientibus. In medio sacco columna, sive placenta pellucida, cylindrica. Inter placentam & cutem facci farinacea pulpa, intense fusca.

ILL. DILLENIIUS & Cl. SCOPOLI d) ad *Bryum* proximum maliforme retulit p. 340. cum quo nihil commune habet. Ei enim setæ, ex summo caule: Capsulæ globosæ. Opercula pulvinata. Facie ad varietatem  $\gamma$ . ejus *Musci* hætenus accedit, sed toto flore differt.

In epistola post opus suum ad me data DILLENIIUS revocat ad suum *Sphagnum subulatum viridissimum, capsulis ovatis* p. 245. t. 32. f. 3. Sed nostrum calyptram habet.

1803. BRYUM foliis subulatis, setis verticalibus, capsulis sphaericis.

*Muscus trichoides minimus, sericeus, capillaceus, capitulis sphaericis*, HIST. OXON. III. p. 628. f. XV. t. 6. f. 6.

*Muscus capillaceus medius, capitulis globosis* VAILLANT. t. 24. f. 9. & 12.

*Muscus capillaceus major, capitulis globosis* BUXBAUM. Cent. V. append. n. 4.

L 2

*Bryum*

d) p. 142.

*Bryum capillaceum*, capitulis sphericis DILLEN. Sylv. p. 339. t. 44. n. 1.

*Bryum antheris erectis sphericis* LINN. p. 1580.

Vulgo ad viarum margines, ad rupes, &c.

Caulis uncialis, inferne rubiginoso tomento obfitus. Folia lanceolata, sed angusta, ut capillaria videantur, longa, crispa, conferta. Seta novella ex summa planta, unciali minor, ex bulbillo exiguo piloso nata. Calyptra alba. Capsula junior gracilis, adulta sphaerica fit, fulcata, operculo conico, ruberrimo.

β. Varietas foliis obscurioribus & laxioribus.

γ. Alia viridissimis foliis, rectissimis, capitulis maximis, cauliculo late albo *Enum. I.* t. 45. f. 7.

Insignis varietas, nolim tamen separari.

\*1804. BRYUM foliis capillaceis, capsulis cylindricis, operculis aristatis.

*Bryum pilosum molle*, setis intortis DILLEN. Sylv. misc. p. 373. t. 47. f. 33.

*Bryum antheris erectis*, foliis setaceis, pedunculis flexuosis LINN. p. 1583.

Ad dextra fontis *Glaßbach* in ligno putrido, & in terra argillosa. Etiam in alpebus supra *les Plans*, in valle Lepontia, &c.

Cauliculi densi, congesti, erecti, semunciales, unciales, biunciales. Folia lato ortu, in progressu angusta, sublutea, subulata. Seta flava, uncialis, ex supremo cauliculo, saepe intorta, etiam serpentina, de vagina conica, & acuta, surgit. Calyptra ex luteo pallens, acutissima. Capsula erecta, cylindrica, ciliata. Operculum longe aristatum.

Non separo longe majus *Bryum*, in subalpinis Aquilejensibus repertum, foliis falcatis, ad alterum latus coniectis, sine gracilissimo & fluitante.

\*1805. BRYUM caule sessili, foliis capillaribus, capsulis ovato cylindricis, operculo conico. †

*Bryum acaulon heteromallum*, setis longis pallidis DILLEN. p. 389. t. 49. f. 57.

Valde accedit, et si Vir ILL. ex Virginia habuit. A CL LA CHENAL habeo.

Priori 1804. valde accedit foliis, & habitu. Habet tamen sua discrimina. Caulis nihil est, nisi sessilis foliorum rosula, quae capillaria, & alias recta sunt, alias ad alterum latus coniecta. Setae aliquanto altiores, semunciales, flavae, ex vaginis striatis brevifoliis, obscuris. Capsula erecta, ex ovata cylindrica. Operculum longe conicum, qua sola nota ab aristato *Bryo* 1804. facile distinguitur.

\*1806. BRYUM cauliculis erectis, foliis capillaribus vagis, capsulis cylindricis, operculo conico *Emend. III.* n. 46. *Enum. Stirp. Helvet. I.* n. 7. t. 46. f. 1. †

Plurimis in Helvetiae locis subalpinis & montanis. Circa *les Plans*, *Chamoiseire*; *Ferriere*; in *Chapuisse*, *Javernaz*, *Enzeindaz*, *Audon*; gypsis collibus & labyrinthis montis *d'Ansez*. In monte *Scheidek*. Cl. LA CHENAL circa *Montbeillard*.

Caulis albidus, crassiusculus, erectus, uncialis & ultra, inferne rubiginoso tomento obfitus. Folia viridissima, adscendentia, vaga, etiam heteromalla. Setae purpureae, ex summo caule natae, ex vagina inferne squamosa, superne foliosa. Calyptra longa, striata. Capsula ovalis, sed non turgida, exigua, erecta, matura cinnamomea. Operculum, ut in 1805. conicum, non aristatum, qua nota ab intorto 1804. & a plumoso 1807. differt. Juniores caules teretes, foliis appressis.

1807. BRYUM foliis capillaribus heteromallis, capsulis ovatis, operculis aristatis.

*Muscus capillaceus minimus*, plumosus, elegans VAILLANT. t. 27. f. 7.

*Bryum heteromallum* DILLEN. Sylv. t. 47. f. 37. p. 375.

*Bryum antheris erectis*, foliis setaceis sectoidis LINN. p. 1583.

In truncis arborum, cavisque semitis Helvetiae minime rarum.

Cauliculi erecti, humiles, tamen unciales vidi. Folia in origine latiuscula, longe capillaria, plerumque ad alterum latus conversa, etiam tota falcata. Setae flavae, saepe undulatae, ut in 1804. ex vagina amplectente. Capsulae erectae, ovatae, qua nota ab 1804. differt. Operculum miniatum, in longam acum eductum, saepe inclinatum.

\*1808. BRYUM cauliculis cernuis, foliis capillaribus heteromallis, capsulis curvulis, cylindricis, operculis conicis.

*Muscus*



*Muscus coronatus minimus*, foliis capillaceis, capitulis oblongis HIST. OXON. III. p. 631. f. XV.  
t. 7. f. 19.

*Bryum trichoides*, capsulis rubris cernuis DILLEN. Sylv. musc. p. 390. t. 50. n. 59.

*Bryum antheris oblongis nutantibus*, foliis subulatis, furculo simplicissimo, medio pedunculifero,  
LINN. p. 1587.

Ad semitarum cavarum argillofos margines, v. gr. qua itur ad villam *der Spiegel*.

Ex minimis Muscis, cujus cauliculus ægre trilinearis sit. Folia subulata, plerumque ad unum latus coniecta, inferne cauliculo adpressâ, superius laxa, explicata. Ex summo caule seta erecta, ruberrima, femuncialis. Capsula sub operculo latior, curvula, inclinata, operculo maximo, dimidiæ capsulæ æquali, conico, non aristato. Eo delapso capsula erigitur. Cilia rubra, prælonga.

\*1809. BRYUM foliis capillaribus, capsulis ovatis aristatis.

*Muscus capillaceus*, omnium minimus, foliis longioribus & angustioribus VAILLANT. t. 29. f. 5.

*Bryum capillaceum breve*, pallide & late virens, capsulis ovatis DILLEN. Sylv. musc. t. 48. f. 43. capsulis, quam nostro, crassioribus.

*Bryum antheris erectis*, ovatis, foliis lanceolatis acuminatis, imbricato patulis LINN. p. 1584.

Ad aggeres fossarum. *Au Bouillet*, *aux Sublins*.

Exigua plantula, cauliculo plerumque vix lineam longo, tamen etiam succrescente & longiori. Folia Aloes foliis similia, viridissima, in origine latiuscula, inde longe lanceolata, pene subulata, per siccitatem crispâ. Ex media foliorum rosula seta flava, femunce brevior. Capitulum erectum, ovale. Operculum longa acu aristatum.

\*1810. BRYUM foliis capillaribus, cauliculo sessili, capsulis ovatis, aristatis *Emend. III. n. 50.*

*Bryum trichoides acaulon*, palusire, minimum, setis & capsulis brevissimis DILLEN. Sylv. p. 387. t. 49. f. 53.

*Bryum acaulon*, foliolis setaceis, antheris obtusissimis, patulis LINN. p. 1584.

Pariter minimus, *aux Sublins*, & supra *Osternundigen* in petris udis, invisibilis futurus, nisi cespitosus proveniret.

Caulis nihil, nisi rosam sessilem producant, foliorum fuscorum. Seta pallida, fere bilinearis. Calyptra aliqua. Capsula ovata, etiam lata, ad cyathi modum patens. Operculum aristatum.

\*1811. BRYUM cauliculis subnudis ramosis, foliis subulatis brevibus, capsulis ovatis.

*Bryum palusire æstivum*, *Conservæ facie* DILLEN. t. 47. f. 36. bene.

Id est *Bryum antheris erectis subrotundis*, axillaribus, foliis subulatis, distantibus LINN. p. 1585.

Etiam *Bryum pilosum verticillatum* valde consentit DILLEN. *ibid.* f. 35. tantum, quod folia nostro aliquanto magis incurva sunt & nudiores cauliculi.

Id est *Bryum antheris erectis*, pedunculis siccitate retortis, foliis piliferis, furculis fastigiatis, LINN. p. 1585.

Bernæ reperi, & super *les Plans*, in stillicidiis fere aquarum.

Cauliculi in densissimos cespites stipati, fescunciales, exigua parte foliosi, ramosi, foliis rariusculis, brevibus, parum extantibus. Folia saturate viridia, angusta, lanceolata, subulata, in summa planta conferta, decussata, brevem faciunt penicillum. Setæ flaventes, perexiguæ, vix trium linearum, de summo ramo exeunt. Calyptræ sublutæ, longæ, apice fusco. Capsula ovata, brevis, ciliis brevissimis. Operculum caducum; DILLENII aristatum facit.

Per simile Bryo 42. DILLENII differt tenuitate caulium, & longitudine, setarum parvitate, &c.

\*1812. BRYUM foliis capillaceis erectis, setis longissimis, capsulis sursum latescentibus, operculo brevissimo *Emend. III. n. 49.*

*Bryum trichoides aureum*, capsulis incurvis obtusis, in setis longis DILLEN. p. 389. t. 49. f. 58.

*Bryum antheris erectiusculis*, ore ciliato, absque anulo, pedunculo longissimo LINN. p. 1585.

In sylva super *Drakau*, super *Osternundigen*, in pyramidibus gypseis montis *d'Ansex*, in monte *Chapuisse*.

Cauliculi vulgo perbreves, videntur sessili fieri rosa, foliorum viridissimorum, angustorum, non capillarium, recta sursum tendentium. Vere tamen longiores, & ramosi, & fescunciales cauliculi sunt. Seta ex summo cespite brevissima, dum floret, inde biuncialis, pallida, superne purpurea. Capsula, angustiori principio, sursum latior, crassa, fulcata, inclinata. Operculum miniatum, perbreve, obtusum.

- \*1813. BRYUM foliis capillaceis, capsulis piriformibus pendulis t. 46. f. 7.  
*Bryum trichoides late virens, capsulis cernuis oblongis* DILLEN. p. 391. t. 50. f. 60.  
*Bryum antheris oblongis nutantibus, foliis subulatis, furculo simplicissimo, medio pedunculifero,*  
 LINN. p. 1587.  
 Prope pontem *Tenfelsbrücke. Aux Plans. In Chasserolle, Rodæ Thuringiæ.*  
 Folia capillaria, in brevibus cauliculis semuncialibus. Seta vix uncialis, flava. Capsula cucurbitacea, eundo latior, in medio angustior, pendula, operculo in nostris aristato.

## II. FOLIIS LATIUSCULIS.

- \*1814. BRYUM foliis lanceolatis imbricatis, capsulis erectis cylindricis, aristatis. †  
*Bryum tenue imberbe & pallidum, foliis crebrioribus* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 382. t. 48. f. 46.  
*Muscus capillaris, capitulis tenuissimis erectis* BUXBAUM. *Centur. II.* p. 6. t. 2. f. 8.  
 Ad muros & locis gramineis vulgo.  
 Cauliculi gregarii, unciales, ramosi. Folia lanceolata, longe subulata, crebra & congesta, ut caulis teres sit. Sub summo caule prodit seta uncialis, purpurea. Capsula erecta, cylindrica, basi tamen modice ventricosa. Operculum rubrum, longe aristatum. Cilia longa, rubra.  
 Ab isto Bryum 47. DILLENII vix credo differre. Nam etiam in 46. DILLENII setæ juniores, ex summo caule, adultæ ex latere rami interim subnati prodeunt.
- \*1815. BRYUM foliis subulato lanceolatis, capsula inclinata, operculo conico.  
 An diversum a priori?  
 Cauliculus fescuncialis & uncialis. Folia viridia, subulato lanceolata, absque pilo, seta flava, ex ortu junioris rami. Capsula perparva, ciliis magnis, ora suprema latiori, operculo perbrevis, conico, præterea inclinato. Ea nota a præcedente differt.  
 In M. *Mole* CL. DE SAUSSURE.
1816. BRYUM foliis lanceolatis subulatis, capsulis erectis, operculis conicis.  
*Muscus trichoides parvus, foliis Musci vulgaris, capitulis longis acutis* HIST. OXON. III. p. 628. t. 6. f. 4.  
*Bryum tenue stellatum, setis purpureis* DILLEN. *Sylv.* p. 386. t. 49. f. 51.  
*Mnium caule dichotomo, axillis pedunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis* LINN. p. 1545.  
 Rosulas scobiferas non vidi.  
 Nihil frequentius in sylvis & ad vias.  
 Cespites facit viridissimos. Cauliculi erecti, foliis brevioribus, in apice paulum ramosi, foliorumque ibi collectorum rosula terminati lanceolatorum, sine gracili, piliformi. Setæ ad originem novi rami ruberrimæ, unciales, erectæ. Capsulæ cylindricæ, erectæ, paulumve inclinatæ. Operculum miniatum, conicum, non aristatum, qua nota a vicino, cætera non dissimili, separet. Cilia longa, rubra.
1817. BRYUM foliis lanceolatis, laxè imbricatis, capsulis cylindricis, aristatis. †  
*Bryum tenue & barbatum, foliis angustioribus & rarioribus* DILLEN. *Sylv.* p. 385. t. 48. n. 49.  
 Frequentissimus ad terram, per sylvas.  
 Prioribus similis. Folia tamen laxè disposita, rara, pallida, lanceolata habet, inter quæ nudus adparet cauliculus. Ad ortum novi rami seta uncialis, saturate rubra. Capsula erecta, cylindrica, in basi crassior. Operculum aristatum.
- \*1818. BRYUM foliis lanceolatis, laxè imbricatis, capsulis cylindricis, obliquis, operculis conicis. †  
*Bryum polytrichoides palustre, setis longioribus rubris sericeis* DILLEN. *Sylv.* p. 387. t. 49. f. 52.  
 Altior priori & uncialis, foliis lanceolatis, multo longioribus, pariter raris, ut ruber, aut albus, inter folia nudus adpareat. Setæ ex principio ramorum fescunciales, rubræ. Capsulæ cylindricæ, erectæ. Operculum conicum.
- \*1819. BRYUM foliis lanceolatis aristatis, stellatis, capsulis ovatis aristatis, resectis. †  
 In rupibus circa *Vauvry.*  
 Folia conveniunt, sed capsulæ dissentiunt. Cauliculi aliquot linearum subnudi, in apice stellulam habent foliorum radicalium, viridium, lanceolatorum, in capillos exeuntium.

tium. Setæ ex summo caule flavescences, duarum triumve linearum. Capsulæ multo breviores & crassiores, quam prioribus, ovatæ, longa arista præditæ, operculo plano, quasi resecto. Gemellæ etiam setæ ex una rosula.

A *Bryo cirrbato* & *stellato*, majoribus foliis DILLEN. p. 379. t. 48. f. 42. differt capsulis setisque perminutis.

\*1820. BRYUM foliis imbricatis lanceolatis, setis alaribus, capsulis ovatis, aristatis.

*Bryum montanum hemibeterophyllum*, operculis acutis DILLEN. p. 366. t. 26. f. 25.

*Bryum antheris erectis*, operculo aciformi, foliis erectis subsecundis LINN. p. 1583.

Ad DILLENIIUM olim nisi, montanum.

Caules erecti, perennes, sublignosi, superne foliosi, teretes. Folia imbricata, lanceolata, nervo distincta. Seta sub summo caule, ex alis foliorum, sæpe intorta, uncia brevior. Capsula erecta, ovata, longe aristata. Bulbus oblongus, pallidus.

1821. BRYUM cauliculis teretibus, capsulis ovatis, acuminatis, pendulis.

*Muscus minimus*, e viridi argenteus, capitulis oblongis cernuis HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 17.

*Muscus squamosus argenteus*, *Erica folio* VAILLANT. t. 26. f. 3.

*Bryum pendulum jalaceum argenteum* & *sericeum* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 392. t. 50. f. 62.

*Bryum antheris pendulis*, furculis cylindricis imbricatis, levibus LINN. p. 1586.

In aeribus humidis abunde.

Pulchræ plantulæ cauliculi teretes, ad semuncem & unciam longi. Folia ovato lanceolata, mucronata, ad caulem appressa, ut teretem catenulam referat: juniora virent, adulta argenteo nitore conspicua sunt. Ad basin caulis nascitur seta bicolor, ad semuncem alta. Calyptra spadicea. Capsula brevis, ovata, nigra. Operculum conicum, breve, acuminatum.

β. *Bryum pendulum*, furculis teretibus viridibus DILLEN. p. 394. t. 50. f. 67.

*Bryum trichoides*, capitulis reflexis, viridissimum, holosericeum DILLEN. *Catal. Gieß. append.* p. 86. t. 2.

Reperi circa les Plans.

Pro varietate cum LINNÆO habeo, quæ nativum virorem conservat.

### III. FOLIIS LATIORIBUS.

1822. BRYUM foliis lanceolatis, pilo terminatis, capsulis pendulis, ovatis, aristatis.

*Muscus trichoides hirsutie canescens*, capsulis subrotundis reflexis, in perbrevis pediculis HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 21.

*Muscus capillaceus densissimus*, lanuginosus VAILLANT. t. 29. f. 2.

*Bryum orbiculare pulvinatum*, hirsutie canescens, capitulis immerfis DILLEN. *Syn.* p. 390. t. 50. f. 65.

*Bryum antheris subrotundis*, pedunculis reflexis, foliis piliferis LINN. p. 1586.

Ad lapides & muros.

Cespites densi, lati, orbiculati, convexi, ex viridi & atro varii, incani. Folia lanceolata, carinata, in pilum incanum producta, longum, & fluitantem. Setæ luteolæ, ex origine novorum ramorum natæ, perbreves, vix duarum linearum, erectæ, dum calyptram gerunt, basi laxiori, lata, fusco mucrone: inde reflexæ. Capitulum pendulum, ovale. Operculum longam acum educit.

1823. BRYUM foliis lanceolatis ferratis, capsulis cylindricis, inclinatis, aristatis.

*Muscus capillaceus minor*, capitulo longiori falcato VAIELANT. t. 26. f. 17. cum caractere.

*Bryum phyllitidis folio rugoso*, acuto, capsulis incavois DILLEN. *Sylv.* p. 350. t. 46. f. 16.

*Bryum antheris erectiusculis*, pedunculis subsolitariis. foliis lanceolatis carinatis, undulatis, patentibus, ferratis LINN. p. 1582.

Ad vias inque sylvis pervulgatum.

Caules ex speciosioribus, biunciales, erecti, foliosi, foliis maximis, linearibus, lanceolatis, ferratis, sæpe falcatis, in summitate congestis, carinatis. Seta, ex summo caule, principio crassiori, etiam duæ ex eadem rosula prodeunt. Capsulæ magnæ, erectæ, deinde curvæ, inclinatæ, spadiceæ, operculo conico, aristam emittente prælongam. Calyptra pallida, conica, longo cornu. Ex ima basi calyptræ columna fusca adscendit, dimidia capsula minor a).

\*1824. BRYUM foliis ovato lanceolatis, aristatis, reflexis, capsulis ovatis, obliquis.

M 2

*Bryum*

a) Habet etiam Cl. LA CHENAL *diff.* p. 13.

*Bryum erectis capitulis brevibus, foliis reflexis* DILLEN. *Sylv.* p. 365. t. 46. f. 24.

*Bryum antheris erectiusculis, foliis recurvis acutis, caule hirsuto* LINN. p. 1583.

Gen. DE SAUSSURE circa *Chamoisy* Sabaudia, quæ vallis solo monte a Valesia dirimitur. Caulis erectus purpureus, ramosus, ad aliquot uncias longus. Folia viridia, nitida, lanceolata, curvula, patula & reflexa, pilo aristata. Setæ ex summis ramis unciales, quas nunquam vidi. Capsulæ subinclinata, exigua, ovata, ciliatæ.

1825. BRYUM cauliculis brevissimis, foliis ovato lanceolatis patulis, pilo terminatis, capsulis aristatis.

*Muscus muralis, omnium vulgatissimus, villosus* VAILLANT. p. 133. t. 24. f. 15.

*Muscus capillaris minor, capitulis erectis* MICHEL. t. 59. f. 7.

*Muscus minimus, foliis acutis, in pilum canescentem desinentibus*, BUXBAUM. *Centur. I.* p. 45. t. 64. f. 4.

*Bryum tegulare humile, pilosum & incanum* DILLEN. *Sylv.* p. 355. t. 45. f. 14.

*Bryum antheris erectis, foliis piliferis rectiusculis, surculis simplicibus cespitosus* LINN. p. 1581. Iconem dat HOOKE *obs.* 2.

In muris vetustis, tegulis, & semitis glareosis.

Facit cespites convexos. Foliorum rosula ad radicem sessilis, patula, tamen etiam in cauliculum succrescens. Folia lanceolata, pene subulata, cava, nervo in pilum album fluitantem producto. Seta uncialis. Capsula longa, fusca, cylindrica, longo cilio rubente, operculo longe aristato.

1826. BRYUM cauliculo brevissimo, foliis ovato lanceolatis patulis, capsulis aristatis. †

*Bryum humile, pilis carens, viride & pellucidum* DILLEN. p. 356. t. 45. f. 15.

*Muscus vulgaris, omnium vulgatissimus non villosus* VAILLANT. t. 24. f. 14. t. 25. f. 4.

*Muscus minimus latifolius, capitulis erectis longioribus* BUXBAUM. *Centur. I.* p. 44. t. 64. f. 2.

LINNEUS pro varietate prioris habet.

Similibus locis cum priori.

Rosulæ similes. Folia ovato lanceolata, breviter mucronata. Setæ juniores ex rosula, adultæ ad initia novorum ramulorum natæ. Capsulæ similes, una cum setis minores. Cilia rubra, pariter prælonga.

\*1827. BRYUM caule brevissimo, foliis lanceolatis, capsulis longissimis, operculo prælongo.

*Muscus capillaris, cauliculis longissimis & acutissimis* HIST. OXON. III. p. 631. t. 7. f. 13.

*Muscus capillaceus, corniculis longissimis incurvis* VAILLANT. t. 25. f. 8.

*Bryum capsulis longis subulatis* DILLEN. *Sylv.* p. 350. t. 45. f. 10.

*Bryum antheris erectis subulatis, surculis acaulis* LINN. p. 1581.

In Helvetia ad terram passim; supra *Drakau*, in semita cava supra *Wabern*, in monte *Plantour*, ad torrentem *l'Eau froide*, ad *Gryonne* fluv. prope ostium superius *des Fondemens*.

Similis, ut in prioribus, foliorum in brevi & perenni caule rosula. Sed folia ex maximis, ad tres lineas longa, longe lanceolata, nervo in brevissimum pilum exeunte. Seta firma, flava. Capsula cylindrica, longissima, trium linearum. Calyptra flava, apice acutissimo. Operculum longum, conicum, miniatum, cornu, non arista, terminatum, idemque sæpe apice defringitur, ut cylindricus truncus superfit.

\*1828. BRYUM caule folioso, calyptra cylindrica, ciliata, longe aristata. †

*Bryum calyptra, exstindorii figura, majus & ramosum* DILLEN. p. 350. t. 45. f. 9.

LINNEUS pro varietate sequentis habet: facile tamen separantur.

Multis locis reperi, supra *Drakau*, *Ostermundigen*, *les Plans*: circa *Panex*, in monte *Chamoisire*. STÆHELINUS in *sylva die Hardt*.

Caulis teres, foliosus, uncialis, tomento obsitus, raro florens. Folia longe lanceolata, nervo eminente. Seta rubra, pro plantæ magnitudine brevis, femuncialis. Calyptra maxima, pro capsula cylindrica, basi dentata & ciliata, & pro arista longo & angusto cornu terminata. Capsula cylindrica, pro plantæ magnitudine parva, operculo arguto, longo, rubello, ciliis longis.

Idem puto esse *Bryum* 71. DILLEN.

\*1829. BRYUM caule brevissimo, calyptra cylindrica, longe aristata.

*Muscus capillaris minimus cucullatus* NISSOLII apud MAGNOL. *Hort. Reg. Mompel.* p. 139. cum icone.

*Muscus capillaceus minimus, calyptra longa, conoidea, nitida* VAILLANT. t. 26. f. 1.

*Bryum*

*Bryum calyptra exstinctorii figura*, minus DILLEN. *Sylv. unsc.* p. 349. t. 45. f. 8.

*Bryum anthera erecta oblonga minori*, calyptris laxis aequalibus LINN. p. 1581.

In alpium scopulis, Audon, Enzeidaz, Scheidek, Dolaz, unde passim in planitiem descendit, circa Spiez, &c.

Caulis brevior, teres, foliosus. Folia ovato lanceolata, nervo divisa. Seta similis. Calyptra etiam similis, cylindrica, minor, acumine firmo, gracili terminata, ora inferiori minus evidenter lacera. Capsula similis & minor. Operculum longe conicum.

\*1830. BRYUM foliis ovato lanceolatis, aristatis, capsula piriformi, terminata cylindro. *Muscus aureus capillaris*, minor, capitulis geminatis, mutuo incubitu adnatis HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 10.

*Muscus capillaceus minor*, capitulis geminatis VAILLANT. t. 26. f. 4.

*Bryum ampullaceum*, foliis Thymi pellucidis, collo strictiori DILLEN. *Sylv.* p. 341. t. 44. f. 3.

*Splachnum umbraculo ampullaceo seu obconico* LINN. p. 1572.

A la Chaux d'Abelle GAGNEBIN.

Rosæ foliosæ magnæ. Caulis brevis. Folia ovato lanceolata, arguta. Seta uncialis, aut paulo minor aut major. Calyptra brevis, triangularis, nitida. Capsula singularis naturæ: junior basin habet ventricosam, inde contrahitur: matura habet capsulam basi ventricosâ, inde longum collum, cylindricum, ore crasso, ciliato & tumente terminatum. Partem imam tumentem LINNÆUS pro umbraculo habet.

\*1831. BRYUM foliis ovato lanceolatis, capsula piriformi, brevissime papillata *Emend. VI.* n. 5. †

*Bryum erectis gigartiniis capitulis*, foliis Serpylli pellucidis obtusis RAI. *Syn.* III. p. 93. t. 3. f. 2.

*Bryum ampullaceum*, foliis Serpylli pellucidis, collo crassiore DILLEN. *Sylv.* p. 344. t. 44. f. 4.

Icon OEDERI t. 192.

Passim in alpiis Aquilejensium reperi, Enzeindaz, Fouly, Taveyannaz, Panax Rosfaz, les Martinets, &c. ad terram putridam.

Foliorum ovato lanceolatorum rosulæ pene similes. Setæ firmæ, flavæ, unciales. Calyptræ nitidæ, minimæ, triangulares, deinde cylindro subtus auctæ. Capsulæ piriformes, erectæ, ut pars crassior superior sit. Cilia magna, patula. Operculum breve, obtusissimum. Columna ex medio operculo minima, aliqua tamen exit.

1832. BRYUM caule brevissimo, foliis ovato lanceolatis, capsulis erectis ovatis, operculo brevi.

*Muscus coronatus humilis*, stellaris, foliis latiusculis, capitulis piriformibus, erectis, turgidiusculis HIST. OXON. III. p. 631. t. 7. f. 16.

*Muscus capillaceus minimus*, capitulis piriformibus turgidis VAILLANT. t. 29. f. 3.

*Muscus minimus latifolius*, capitulis erectis turgidis BUXBAUM. *Cent.* I. t. 64. f. 5.

*Bryum Serpyllifolium pellucidum*, capsulis piriformibus DILLEN. *Sylv.* p. 345. t. 41. f. 6.

*Bryum antheris erectis obovatis*, calyptra subulata, furculis acaulibus, foliis ovatis, muticis, LINN. p. 1580.

In terra argillosa & in agris circa Bernam abunde.

Rosulæ foliorum sessiles, in caule brevissimo. Folia pallida, ovato lanceolata. Seta brevis, vix semuncialis, pallens. Calyptra satis similis calyptræ Bryi exstinctorii forma, in longum cornu producta, inferne lacera. Capsula ovata, erecta. Operculum breve, obtusum, exiguo foramine patulum.

1833. BRYUM foliis ovato lanceolatis, capsulis erectis, ovatis, aristatis.

*Muscus coronatus minimus*, foliolis & capitulis oblongis in pediculis brevissimis HIST. OXON. III. p. 631. t. 7. f. 18.

*Muscus capillaceus*, omnium minimus VAILLANT. t. 26. f. 2.

*Muscus stellaris minimus*, pediculis brevissimis, capitulis turgidis BUXBAUM. *Centur.* II. p. 4. t. 2. f. 2.

*Bryum exiguum*, ruberrimis capitulis, rufis DILLEN. *Sylv.* p. 347. t. 45. f. 7.

*Bryum antheris erectis*, subrotundis, operculo mucronato LINN. p. 1584.

Variabilis planta in argillosis & cavis semitis, abunde, etiam in alpes ascendit.

Rosulæ foliorum pallidorum, ovato lanceolatorum, linea divisorum, in brevem aristam prodeunte. Cauliculus brevis, in quo supremo rosula fedet. Seta duarum linearum, aut paulo ultra. Calyptra alba, cornu acutissimo, sæpe curvo. Capsula ovata, crassa. Operculum breviter aristatum. Eo delapso capsula lata, quasi truncata, patet.

Intercurrunt exempla, quorum capsulæ majores vix Bryo 1832. cedunt. Talia in alpinis circa les Plaus.

N

1734. BRYUM

- \*1834. BRYUM foliis lanceolatis rarioribus, capsulis ovatis pendulis *Enum. t. 46. f. 6.*  
*Bryum lanceolatum pellucidum, capsulis rotundis pendulis, carneis DILLEN. p. 400. t. 51. f. 69.*  
*Muscus stellaris humilis, capitulis pendulis BUXBAUM. Centur. II. p. 5. t. 2. f. 5. nimis humilis.*  
*Bryum antheris pendulis subglobosis; foliis acutis alternis LINN. p. 1587.*  
 Reperi olim supra *Drakau*, & in semita um *Wabern zum Spiegel* ducente, in terra argillofa, & ad DILLENIIUM mihi; nuper etiam in valle *Chapuisse* legi. Misit etiam Cl. LA CHENAL.  
 Præcedenti 1833. satis simile, sed foliis pallidis rarioribus, laxius in cauliculo oblongo dispositis, lanceolatis, mucronatis, pene aristatis. Caulis ruber. Seta brevior, vix uncialis, rubens, ex annotino caule. Capsula pendula, ovata, rotunda, rubra: Operculum conicum, obtusum. Calyptra ex fusco rubens, brevissima.

## MNIUM.

MNIUM LINN. n. 1193.

&amp; POLYTRICHI Spec. LINN. n. 1192.

MNIUM DILLEN. p. 229.

POLYTRICHI DILLEN. spec. p. 429.

BRYI DILLEN. Spec. p. 338.

Mnio character est habere duorum generum flores. Nempe in aliis caulibus capsulas habet calyptratas, quales in Bryo sunt & in Hypno. In aliis vel rosulas srobe foliosa plenas, vel globulos nudos sessiles, aut petiolatos.

## I. MNIA ROSULIS FOLIOSIS.

## I. CALYPTRIS VILLOSIS.

## POLYTRICHA DILLEN.

Hæ plantæ a Mniis vix possunt separari. Habent equidem vaginam, a foliis reliquæ plantæ diversam, quæ setam nascentem excipit: marginem in summa seta eminentem, qui capsulæ subjicitur: calyptram villosam, striatam, laceram, & sub operculo anulum integrum, non ciliatum: quibus notis a Mnio possint separari. Summa tamen adfinitas est inter rosulas Polytrichi, quæ pro femininis habentur, & simillimas foliosas Mniis veri rosulas. Appendicem etiam a caractere oportet ejicere, quæ duarum tantum specierum sit.

Quæ pistilla articulata ex MICHELIO a) LINNÆUS vocat, ea mihi videntur folia esse, ipsasque rosulas gemmæ genus, ex quo novi rami germinent b), etiam repetito.

1835. MNIUM calyptris villosis, foliis ferratis, capsulis quadrangulis, disco infidentibus.  
*Polytrichum aureum TABERNÆMONT. p. 797. bene.*  
*Muscus scoparius LOBEL. ic. II. p. 245.*

## β. Cum rosulis.

*Muscus capillaceus major, pediculo & capitulo crassioribus VAILLANT. t. 23. f. 8. absque flore.*  
 PLUMIER. *Filic. American. t. B. f. 6.*

- α. β. *Polytrichum quadrangulare vulgare, Yucca foliis ferratis DILLEN. Sylo. musc. p. 420. t. 54. f. 1.*  
*Polytrichum caule simplici, anthera parallelepipedata LINN. p. 1573.*

In fylvis abiegnis, & ericetis.

Caulis rectissimi, aliquot unciarum, foliis tecti adscendentibus, planis, sed facile se convolventibus, marginibus in aciem extenuatis, ferratis, mucrone duro, cæterum modo ad caulem contractis, modo expansis, in ficcis margines convolventibus, ut dentes abscondant. Horum caulium alii ex vagina squalente & longa educunt setam valentem, erectam. Capsula margini infidet dilatatae setæ, ipsa parallelepipedata, operculo plano, paulum conico, acum emittente. Ciliorum loco membrana capsulam claudens, in medio villosa operculi basis, ore tumente marginato. Calyptra villosa, lacera, inferne alba, ad mucronem fulva. Capsulam duo sacci componunt, cum aliquo intervallo, exterior quadrangularis, interior quater emarginatus.

a) t. 59. f. 1.

b) DILLEN. t. 54. f. 1.

In aliis, sed ejusdem cespitis, cauliculis summis calyces sunt, latis facti foliis, cavitatem intercipientibus, in quibus folia lanceolata, sensim teneriora, & scobs demum minoribus, cætera similibus, facta foliis c). Novi caules gemmarum, quales in Hypnis descripsi, in principio simillimi sunt d).

Dantur, qui inter capillares numerent, dicantque Polytrichum e). Aqua stillatitia fudorem dicitur movere f).

a. γ. *Polytrichum quadrangulare*, *Juniperi foliis brevioribus* & *rigidioribus*, DILLEN. *Sylv. musc.* p. 424. t. 54. f. 2.

*Muscus Juniperi folio*, *roseus*, *prolifer* VAILLANT. t. 23. f. 7.

*Muscus capillaceus*, *floribus in apice coccineis expansis* BUXBAUM. *Centur. I.* t. 57. f. 2.

*Muscus coronatus medius pileolo villoso tenuiori* HIST. OXON. III. p. 630. t. 7. f. 6.

& *Muscus coronatus humilis rigidior*, *capitulis longis sessilibus*, *erectis* ibid. t. 7. f. 8.

Caulis breviores, cætera similia. ut omnino non putem separari posse.

1836. MNIUM calyptra villosa, foliis ferratis, pilo aristatis, capsula quadrangula, infidente disco. †

*Muscus erectus*, *Juniperi folio rigido*, *glauco*, *calyptra longissima* VAILLANT. t. 23. f. 6.

*Polytrichum aureum montanum*, *minimum* Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. append. t. 10. f. 25.

*Muscus capillaceus stellatus*, *prolifer* VAILLANT. t. 23. f. 7.

*Polytrichum quadrangulare minus*, *Juniperi foliis pilosis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 426. t. 53. f. 3.

In ericetis & torfaceis. Ad pedem montis Gurten, sub villa der Spiegel in via cava. In ericetis das Löhr. Circa Bellelai Cl. LA CHENAL: misit etiam Cl. GAGNEBIN.

Caulis humilior, vix semunce altior. Folia congesta, in pilum canescentem & fluitantem producta, quales pili, in modica foliorum rosula, in penicillum colliguntur. Seta vix uncialis, margine circulari. Capsula minor, calyptra & reliqua similia. Folia ferrata esse negat DILLENIUS. Rosulæ læte coccineæ.

1837. MNIUM calyptra villosa, acaulon, foliis ferratis, capsulis cylindricis erectis. †

*Adiantum aureum medium*, *in ericetis proveniens* VAILLANT. t. 29. f. 11. Nullos tamen dentes habet.

*Polytrichum parvum*, *Aloes folio serrato*, *capsulis oblongis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 429. t. 55. f. 7.

*Mnium calyptra tomentosa* LINN. p. 1576. sed rosulam scobiferam non vidi.

Passim Bernæ in der hohlen Strasse von Wabern nach dem Spiegel; etiam über Ostermundigen.

Rosula brevis, ut in sequente, ad terram sessilis; in adulta tamen planta cauliculus longior. Folia Juniperina, argute ferrata, non pilosa. Seta uncialis; capitulum ellipticum erectum, operculo convexo. Calyptra lata, brevis, alba. Rosulas habet femininas, foliolis latiusculis expansis.

\*1838. MNJUM acaulon, calyptra villosa, capsula cylindrica, foliis integerrimis. †

*Adiantum aureum minus*, *capitulis coronatis* PETIVER. *mus. n.* 22.

*Muscus coronatus rigidus minor* & *humilior*, *capitulis villosis brevioribus*, HIST. OXON. III. p. 630. f. XV. t. 7. f. 7.

*Muscus capillaceus minor*, *calyptra tomentosa* VAILLANT. t. 26. f. 15.

*Polytrichum Aloes folio serrato*, *capsulis subrotundis galeritis*, *oblongis* DILLEN. t. 55. f. 7. p. 429.

Um die Drakau; misit etiam Cl. LA CHENAL.

Multo molliora folia, in Aloes speciem congesta, lanceolata, non ferrata g), neque perinde arguta, absque ulla caulis longitudine. Seta uncialis & humilior. Capsula ovata, absque appendice, ciliata, operculo conico, aristato. Calyptra villosa, brevis, lacera. Cilia brevia, incurva, rubra, pene ad quadraginta. Sub ciliis membrana horizontalis alba, capsulam claudens. Columna octaedra, diaphana, alba, medium capsulæ a fundo ad apicem occupat, ejus columnæ sectio crucem refert. Capsulæ cortex duplex, exterior crassus, opacus, cylindricus: interior tenerior, semi-diaphanus, inflexus, subit crucis columnæ depressiones, ut etiam hujus corticis sectio crucem referat. Inter utramque capsulam viridissimus pulvis.

Proxima priori omni dote, præter folia.

## N 2

## II. CALYPTRA

e) IDEM p. 421. 423. t. 54. f. 1. g. h. i. k. l. m.

d) IDEM ibid. o. p. q.

e) BOECKLER. ad HERMAN. *Cynosur.* I. p. 566.

f) RONGEARD Chirurgus GUILIELMI III. civis Viviscensis, ex religiosa donatione celebris, apud TOURNAYFORT. *Plant. autour de Paris* p. 497.

g) Adde SCOPOLI p. 134. 135.

## I. ROSA FOLIOSA. II. CALYPTRA LEVI.

BRYA DILLEN.

1839. MNIUM foliis ovato lanceolatis congestis, patulis, fetis numerosis, capsulis pendulis, ovatis, acuminatis.

*Muscus stellaris roseus* C. B. I. B. III. p. 765. BUXBAUM. *Centur. II.* p. 2. t. 1. f. 3.

*Bryum stellare roseum majus, capsulis ovatis pendulis* DILLEN. *Sylv.* p. 411. t. 52. f. 77.

*Mnium pediculis aggregatis, foliis rosaceo congestis, lanceolatis, acutis*, LINN. p. 1578. Conf. ROSEN. *obs.* p. 58.

In udis abunde, ut circa rivum *Glaßbach*. In muris pagi Vaudensis supra *Roche*, secundum viam ducentem *au pont de Gras*.

Pulcherrimus cauliculus nudus, uncialis erigitur, & rosam foliorum nitentium, in tota classe Muscorum maximorum præfert; nitida ea, firma, subcartilaginea, ovato lanceolata, argutissima, oris non ferratis. Ex iis rosulis setæ etiam confertæ prodeunt, ex uno cespite plures, firmæ, etiam biunciales, purpureæ. Capsulæ cylindricæ, crassæ, nutantes, operculo miniato, conico, acuminato *b)*. Alii cauliculi rosulas proferunt similes, scobe plenas, ex quibus, ut in *Polytricho*, novi subinde cauliculi prodeunt.

Setas olim DILLENIO, VOLCAMERO & nuper CLAYTONO ignoratas, primus BUXBAUMIUS depinxit: inde DILLENIUS. Abunde eas reperi, circa *vitreum fontem*, & in dumeto super molendinum Rupense.

\*1840. MNIUM foliis in summo caule congestis, lanceolatis, ferratis, crispis, capsulis pendulis, aristatis *Emend. V.* n. 8. *Emend. III.* n. 55. †

Circa *Elle, Ostermundigen, Großholz, um die Halle, &c.*

Ad *Mnium Serpyllifolium* 1845. accedit, altius tamen est, foliis longis, leviter ferratis, per ætatem crispatis, in summo tantum caule congestis, multo majoribus, ellipticis, non aristatis, fetis longioribus, fescuncialibus, solitariis, calyptris albis, apice viridi, capsulis pendulis, ovato cylindricis, ciliis longis, operculo longe aristato, qua nota ad *hornum* 1842. accedit, a quo foliorum figura apprimè differt. Setæ sæpe plures.

Nullum satis certum synonymon reperio.

An fuerit *Mnium cuspidatum* LINN. p. 1577. n. 14. β? Non potest, cum operculum vocet acutum.

An *Bryum* 80. DILLENII? obstat operculum.

An varietas *ovati* 1845? Distat foliis, habitu.

\*1841. MNIUM foliis ovato lanceolatis, confertis, ferratis, capsulis nutantibus obtusis, *Emend. IV.* n. 7. *Emend. III.* n. 56. *Emend. V.* n. 6. †

*Bryum* n. 32. *Enum. Stirp. Helvet.* t. 46. f. 5.

*Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis* DILLEN. t. 53. n. 79. p. 413.

*Muscus palustris, foliis subrotundis* VAILLANT. t. 26. f. 16.

LINNÆUS pro varietate *Mnii* 1845. habet. Differt foliorum figura, ora ferrata.

Vulgare satis in *Aquilejensibus* supra *Roche*, in monte *Dansex*: ad aditum superiorem *des Fondemens, en Chapuisse*.

Caules alii erecti, purpurei, ima parte nudi, superne foliosi, terminati rosula. Folia ovato lanceolata, per siccitatem crispata, pene Aquifolii, oris ferratis, mucrone aristato, nitida cæterum & viridissima. Setæ unciales, solitariae, flavæ, deinde purpureæ, firmæ. Calyptræ albæ, superne rubræ. Capsulæ totæ pendulæ, ovatæ, breves, miniatæ, operculo conico, brevi, acuminato.

Alii caules procumbunt, ad aliquot uncias protensi. Alii rosulas gerunt scobiferas. Novi caules non florentes mira facie folia habent, latorum, difformium, profunde ferratorum, pallidorum, fere pellucidorum.

\*1842. MNIUM foliis pinnatis, lanceolatis, ferratis, capsulis nutantibus aristatis *Emend. III.* n. 54. *Emend. IV.* n. 8. *Emend. V.* n. 5. *Enum.* t. 46. f. 4. †

In montanis minime rarum. Bernæ in semita cava a *Wabern* ad villam *der Spiegel*. In sylva supra *Ußire*, in cava semita sylvestri ad dextra viæ regiæ. In *Aquilejensibus* non infrequens, à *la Marbrière*; circa *les Plans*, ad aditum superiorem *des Fondemens*.

*b)* *Emend. IV.* n. 58.

Cauliculus



Cauliculus foliosus, foliis continuis, fere pinnatis. Folia minus firma, quam priori, quasi pinnata, & in univcrsum minora, lanceolata, per oram ferrata, etiam crispa. Seta unica, brevis, robusta, uncialis, ima fede purpurea, superne pallens. Calyptra conica, alba, atro mucrone. Capsula crassa, recta, cernua, demum pendula, ortu graciliori, sine ovato, cinnameo colore, prr ætatem tota cylindrica. Operculum longe aristatum.

Alii cauliculi, foliis rarioribus cincti, erecti, gerunt insignes rosulas, pulcherrimas, foliosas, patentes, scobiferas, foliorum ovatorum. Alii caules longe repunt.

\*1843. MNIUM foliis lanceolatis aristatis, in vertice congestis, capsulis inclinatis, operculo mammillari *Emend. IV. n. 6. †*

Querit Cl. GRIMM, & ego quæsi, num sit *Bryum pendulum*, horum, molle, foliis & lanceolatis & gramineis DILLEN. *Sylv. p. 401. t. 51. n. 70.* Nostro tamen folia multo longiori sunt arista.

Nobis alpinum est, lectum in mont. *la Varaz*, *Chapuisse* & valle *Freniere*. Circa *Drakau* & in mont. *Pantigen*, *Isenau*.

Caulis purpureus, inter folia nudus. Folia inferne rariuscula & minora, superne congesta, tenera, virentia, nitida, non ferrata, lanceolata, brevi pilo aristata. Setæ ex summo caule purpureæ, unciales, longæ, graciles, cylindricæ, basi ventricosæ. Capsulæ virentes, maturæ in medio angustiores, inclinatæ, deinde pendulæ. Operculum breve, mammillare, convexum, album, in basi circulo rubro cinctum. Intra capsulam columna, graciliori pedunculo intra partem capsulæ strangulatam sustentata, quam totam, excepto pedunculo, pulpa farinosa intense fulva circumdat. Cilia alba. Alii caules rosulas foliosas aristatas proferunt, in quibus rubra scobs.

\*1844. MNIUM foliis cordatis, ellipticis, setis aggregatis, capsulis ovatis, obtusis, pendulis. †

*Muscus ramosus*, erectus, oblongifolius LOESEL. *Flor. Pruss. p. 168. n. 46.* Caules steriles.

*Musci polytrichoides* HIST. OXON. III. p. 630. t. 6.

*Muscus Polygani folio* L. R. H. t. 326. ic. E. MICHEL. t. 59. f. 5.

*Muscus roseus polycephalus*, *Linariae foliis* & *undulatis* VAILLANT. t. 24. f. 3.

*Muscus erectus*, folio *Linariae major* BUXBAUM. *Centur. V. t. 71. f. 1.* & minor f. 1.

*Bryum dendroides*, *polycephalon*, *Phyllitidis folio undulato*, *pellucido*, *capsulis ovatis pendulis*, DILLEN. *Sylv. p. 410. t. 52. f. 76.*

LINNÆUS habet pro varietate *rosei*, a quo longissime differt.

Vulgo satis ad sepes, in aquis, &c. Cum flore circa *Drakau*, & *Glassbach*.

A Mnio foliis ovatis, & a *roseo*, continuo se distinguit foliis fere flavis, multo mollioribus, undulatis, subserratis. Caules alii procumbunt longi, Bryorum fere longissimi, foliis patulis, fere distichis, ellipticis, undulatis, serratis.

Alii caules minores eriguntur, breviores isti, foliis repandis, patulis, rosam florentem efficientibus. Ex ea plures setæ flavæ, valentes, unciales adfurgunt. Calyptræ, ut solent, erectæ, subflavæ, nitentes. Capsulæ ovatæ, operculo oonico, obtuso, miniato, qua nota cum priori 1841. convenit, a 1840. valde differt. Cilia alba, longa. Alii caules rosulas scobiferas gerunt. Et ad florigeræ rosæ, & scobiferæ basin ramus novus nascitur.

\*1845. MNIUM foliis ovatis, integerrimis, capsulis pendulis, ovatis, aristatis.

Frequens *Muscus* est variabilis, foliis semper plenissimis, non dentatis, etsi sæpe undulata sunt.

*Muscus polytrichoides palustris*, major, *Serpylli latiore folio pellucido* HIST. OXON. III. p. 627. t. 7. f. 31. & f. 40. absque flore utrinque.

*Muscus folio lato subrotundo*, *capitulo singulari mutante*, deinde *pedunculo longo subrubenti insidente* VAILLANT. t. 26. f. 5.

& *Muscus polytrichoides polycephalus*, *Chamaefyces folio* EJUSDEM t. 26. f. 18.

*Bryum pendulum*, *Serpylli folio longiore*, *pellucido*, *capsulis oblongis cuspidatis* DILLEN. p. 416. t. 53. f. 80. nisi id fuerit planta paulo prior.

*Bryum pendulum*, *Serpylli folio rotundiore*, *pellucido*, *capsulis ovatis* DILLEN. p. 416. t. 53. n. 81.

Frequens omnino ad muscosas viarum oras, & in sylvis, atque palustribus.

Caules imi rubigine obsiti; alii, prostrati longe erepunt, Nummulariæ similes, foliis distinctis, ovatis: alii eriguntur breviores, infimis foliis paucis, & exiguis, superioribus magnis, confertis, omnibus pellucidis, viridissimis, nitidis, subcartilagineis, nervo conspicuo, per oras etiam undulatis, non vero serratis. Setæ ex summo caule

caule plures, erectæ, validæ. Calyptra alba, longa. Capsulæ pendulæ ovatæ. Operculum longa acu aristatum. Hac nota cum 1840. hætenus convenit, figura foliorum, & ora integra abunde diversum.

LINNÆUS conjungit cum *roseo*, foliis argutissime mucronatis, & cum *Dendroide* foliis undulatis obtulis. Præterea *roseo* opercula obtusa sunt, polytrichoidi aristata.

\*1846. MNIUM foliis lanceolatis, imbricatis, capsulis pendulis cylindricis, obtulis.

*Bryum stellare bornian sylviarum*, capsulis magnis mutatis DILLEN. p. 71. t. 51. n. 71. cum capsula nimis brevi.

*Muscus capillaceus major stellatus* I. R. H. cum vagina MICHELI t. 59. f. 2. VAILLANT. t. 24. f. 5. ♂ f. 4.

*Mnium antheris pendulis*, pedunculo curvato, furculo simplici, foliis margine serratis LINN. p. 1576.

In sylvis udis & riguis rupibus infrequens.

Non est *Mnium* 1842. a quo vel solo operculo obtuso satis differt; neque 1841. cujus aristas non habet.

Caulis altus, inferne rubiginosus, trium, quatuorve unciarum, superne foliosus, foliis non rosaceis, sed erectis, lanceolatis, pallidis, mucronatis, non aristatis, neque serratis, pro latitudinis ratione prælongis. Seta florifera uncialis, secunda etiam biuncialis, rubra, superne pallens. Calyptra miniata, gracilis. Capsula maxima, inclinata, deinde pendulis, cylindrica, subvirens. Operculum breve, mammillare. Rosulæ scobiferæ patulæ.

\*1847. MNIUM caulibus rubiginosis, foliis lanceolatis alternis, capsulis pendulis piriformibus, obtulis *Emend. III. n. 60. Emend. V. n. 11.*

*Bryum lanceolatum binum*, setis ♂ capsulis longis pendulis DILLEN. *Sylv. n. 73. t. 51. p. 405.*

In paludosis alpinis, in *Javernax*, *Isenau*.

Caules purpurei, prælongi, triunciales & ultra, inferne rubigine obducti: pars superior caulis foliosa. Folia inordinata, patula, longe lanceolata, sed mollia, pallida, in summo caule congesta, in rosulæ speciem; eademque aristata, imbricata, multiplici ordine. Setæ triunciales, sub novo germine prodeunt. Calyptra, ut prior, purpurea & spadicea. Capsula cylindrica, longa, ad originem latior, matura pendula, dolii forma, collo angusto. Operculum conicum, mucronatum, leniter quasi aristatum, flavum. Maturæ capsulæ breviores sunt & crassiores, quam expectes. Aliæ sunt rosulæ foliorum steriliū aristatorum, etiam proliferæ.

\*1848. MNIUM foliis ovato lanceolatis, imis patulis, supremis congestis, myosuroideis, *Emend. III. n. 11. †*

Non reperio inter Muscos DILLENII.

In paludosis alpium abundat, ut in scaturiginibus rivi *Jvoettax*, in mont. *Javernax*, *Chapuisse*, *Ovannax*.

Caules similes, purpurei, inferne rubiginosi. Folia inferius rara, ovato lanceolata, breviter patula; in suprema parte collecta, in clavam incurvam, teretem, myosuroidem, pilosam, pilis etiam ad alterum latus conflexis. Seta ad basin novi ramī uncialis & ultra. Capsula collo angusto, inde latior, cylindrica, pectine longo, brevi. Rosulæ similes patulæ, aristatæ, scobiferæ.

\*1849. MNIUM caulibus prælongis, rubiginosis, foliis ovato lanceolatis, capsulis ovatis pendulis *Emend. IV. n. 12.*

*Bryum amotinum palustre*, capsulis ventricosis pendulis DILLEN. p. 404. t. 51. 52. f. 72.

*Mnium foliis trifariis*, patulis, subulato lanceolatis LINN. p. 1578.

In valle *Chapuisse*.

Folia ovato lanceolata, circa summam plantam in teretem clavam collecta. Ex summa aristata rosula seta prodit, rubra, superne pallens, calyptra rubescente; dum floret uncia brevior; in planta adulta & capsula maturescente triuncialis & ultra. Capsula cylindrica, piriformis, progressu tumens. Seta alba. Operculum conicum, acutum, breve. Ad latus rosulæ novum germen enascitur, eamque superat. Alii caules rosula scobifera terminantur foliorum, pilo terminatorum. Adgnoscutur fetis prælongis, capsulis piriformibus.

\*1850. MNIUM foliis cespitosis, lanceolatis, aristatis, capsula inclinata, cylindrica, aristata. †

*Bryum stellare roselam minus, capsulis & setis longioribus* DILLEN. p. 412. t. 52. f. 78.

An *Muscus Adianto aureo similis, minor* BUXBAUM. *Centur. I. t. 63. f. 1?*

Ad gramineas viarum oras, circa Bernam, dudum non repertus, sed olim in *Enumeratione* recensus.

Rosei satis similis est, sed multo humilior & minor: foliis pariter rofulam fere sessilem efficientibus, subcartilagineis, viridibus, nitidis, aristatis. Ex iis seta uncialis, flava. Capsula inclinata, cylindrica, operculo aristato. Calyptra perangusta i); utraque nota a Bryo stellari roseo evidenter differt. Aliæ rofulæ scobe rubiginosa plenæ sunt.

\*1851. MNIUM caulibus teretibus, erectis, ex vertice multifidis, *Emend. III. n. 59. Emend. IV. n. 10.*

*Muscus trichoides palustris erectus, coronatus, capitulis sphericis amplioribus* HIST. OXON. III. p. 628. t. 6. f. 8.

*Muscus stellatus alpinus palustris, major, &c.* MICHELI t. 59. f. 4.

*Muscus parvus stellaris* PLUKNET. p. 255. t. 47. f. 6.

*Muscus capillaceus tenuissimus, pediculo longissimo purpurascens, capitulo rotundiori* VAILLANT. t. 24. f. 10. absque capitulis, cum rofula sterili.

*Bryum palustre, capitulis teretibus stellatis, capsulis magis subrotundis.* DILLEN. *Sylv.* p. 340. t. 44. f. 2.

*Mnium caule simplici, geniculis inflexo* LINN. p. 1574.

*Icon OEDERI t. 298.*

In terra spongiosa, aqua ebria, scaturiginum & paludum. Passim in der Eymatte prope Bernam, in mont. Gotthardo, Fouly, Pilato; in mont. vallis Augustæ, cum spica Celtica, in mont. Chapuisse, Larce, &c.

Elegans planta, caules habet teretes, rubiginosos, foliis ovato lanceolatis, aristatis, inter quæ inferne rubigo adparet. Superne nulla rubigo, sed clavæ myosuroideæ, foliis in alterum latus converfis, teretibus, imbricatis, pallidis. Supremi rami amant ex uno puncto in multas ejusmodi clavæ findi. Setæ ex hac ipsa stella ramorum divergentium, breves, inde unciales. Calyptræ angustæ, pallentes. Capsulæ inclinatae, curvæ, crassissimæ, lineatæ, hinc convexæ, inde rectæ aut cavæ, virides, rufo tinctæ, orificio brevi, operculo parvo, conico, mucronato. Cauliculi alii terminantur rofula foliorum luteorum, undique rigentium, pallidorum, etiam aurantium, aurantium scobem continentium, & ab ejus rofulæ origine rami illi discedunt, in quos caulis finditur.

Juniores illi rami, in quos caulis secedit, rigentes hætenus, teretes, & acuti, & divergentes videntur esse *Muscus alpinus, viticulis longis bifurcatis, &c.* MICHELI p. 109. t. 59. f. 3. In hisce teretibus ramis Vir ILL. globulos aliquos adpingit T. V. V. qui mihi videntur juniorum foliorum apices.

1852. MNIUM foliis ovato lanceolatis conniventibus, capsulis ovatis reflexis.

*Muscus capillaceus, folio rotundiore, capsula oblonga incurva* VAILLANT. t. 26. f. 16. parvum exemplum.

*Bryum bulbiforme aureum, calyptra quadrangulari, capsulis piriformibus mutantibus,* DILLEN. *Sylv.* p. 407. t. 52. f. 75.

*Mnium acule, anthera mutante, calyptra reflexa tetragona* LINN. p. 1575.

Frequentissimum ad muros.

Cauliculus primi anni bulbus est foliorum conniventium: altero anno longius producitur, & folia laxantur. Folia e luteo virent, cum nitore, ovato lanceolata, omnibus prioribus latiora, nervo in filum ducto. Setæ fescunciales, aurantiæ. Calyptra, inferne lata, superne in mucronem ducta. Juniores capsulæ erectæ, ovatae, maturæ curvæ, fulcatae, pendulæ. Operculum exiguum, convexum, ora rubente. In aliis cauliculis folia patula, scobem continent puniceam.

Sunt qui hunc Muscum inter quinque plantas capillares recipiant k).

i) DILLEN. mammillare.

k) DALB. *pharm.* p. 113. edit. Brem.

III. MNIA CAULIBUS ALIIS CAPSULIGERIS,  
ALIIS NUDOS GERENTIBUS GLOBULOS.

Ita vulgo fumitur. Nam microscopium in eo, quem putant, globulo folia distinguit.

\*1853. MNIMUM caule simplicissimo, foliis ovato lanceolatis, seta furgifera foliosa *It. Alp. II. n. 56. & Enum. t. 46. f. 8.*

*Mnium perangustis & brevibus foliis* BUXBAUM. *Comm. Acad. Petrop. T. III. p. 273. t. 14. f. 2.*  
SCHMIEDEL. t. 3. optime & plenissime.

*Mnium Serpylli foliis tenuibus pellucidis* DILLEN. p. 232. t. 31. f. 2.

*Muscus trichoides parvus, capitulo conglomerato, seu botryoide* MICHEL. p. 108. t. 19.

*Mnium caule simplici, foliolis ovatis* LINN. p. 1574. qui vero sequentem Muscum adjungit. OEDER. t. 300.

DILLENIANUM *Mnium* 2. non 1. ad nostrum pertinere, duabus ex notis constat; fetis rosulas gerentibus foliosas, & operculo quasi fisso.

Nostrum in dejectis arboribus Bernæ & Gottingæ vulgatissimum est: etiam in alpidibus, & Jura monte.

Cauliculi cespitosi, pene unciales, non ramosi. Folia viridissima, inde rufescentia, ex ovatis lanceolata, mucronata. Seta ex apice, uncialis, pallida. Calyptra bicolor, superne fulva, inferne pallida. Capsula erecta, cylindrica, fulva, inferne lacera & alba. Cilia longissima. Operculum conicum, miniatum, in duas partes fissile, & ipsas divisas, ut bicorne sit, cornubus bifidis. Alii furculi foliosi pariter, superne tamen folia rariora habent & minora, ut demum supremus cauliculus perexigua parte nudus sit. Eum coronat rosula latiuscula foliorum *D*) ovato lanceolatorum, compressorum, minutissimorum, quam pro capitulo pulverulento habere possis, si nudis oculis usus fueris. Sed coram habeo circa *Bex* lecta exempla, in quibus hæc folia in conspicuam magnitudinem adoleverunt.

\*1854. MNIMUM caule simplici, cauliculis rosiferis, subnudis.

*Mnium perangustis brevibus foliis* DILLEN. *Cat. Giess. append. t. 1. f. A. B. C. Sylv. p. 232. t. 31. f. 1.*

Qui *Muscus capillaceus minimus, capitulo minimo pulverulento* VAILLANT. t. 29. f. 6.

*Muscus trichoides parvus, capitulo conglomerato, seu botryoide*, MICHEL. p. 108. t. 59. f. 8. foliis nimis capillaceis.

*Musci parvi elegans species in truncis arborum* BUXBAUM. *Comm. Acad. Petrop. T. III. p. 273. t. 14. f. 2.* OEDER. t. 299.

Huic, quod non memini me in patria legisse, sed a Cl. DE SAUSSURE in *M. Mole* lecto, setæ rariter foliosæ, rosam gerunt, quæ multo minor est, dilatata tamen runculo similis adparet. Porro folia & longiora sunt & angustiora. Capsulæ breviores, neque perinde latæ rosulæ, conicæque magis, ut omnino separari mereatur. Conjungit LINNÆUS, separat DILLENIUS.

\*1855. MNIMUM caulibus rubiginosis bipartitis, foliis lanceolatis mollibus, capsulis cylindricis acuminatis *Emend. III. n. 61.*

*Muscus palustris, flagellis erectis luteolis, raro divisis, capitulis oblongis* *Adianti* HIST. OXON. III. p. 629. t. 6. f. 9.

*Muscus capillaris palustris, flagellis longioribus bifurcatis* VAILLANT. t. 24. f. 1.

*Muscus stellaris ramosus palustris, pediculo aureo erecto, capitulo magno spherico*, BUXBAUM. *Centur. I. p. 45. t. 65. f. 1. 2. 3. 4.* cum malo nomine.

*Mnium majus, flagellis longioribus bifurcatis* DILLEN. *Sylv. p. 233. t. 31. f. 3.*


*Mnium caule dichotomo, foliis subulatis* LINN. p. 1574.

In pratis udis non rarum. In solitudine *die Eymatte*, sub *Pimpliz*. In palude exigua *zwischen dem Burgdorfhölzlein und Siechenbause*. In prato *les Baumes Rupsesi*, circa *Vervai*.

Mutabilis planta, non dissimilis *Mnii bimi*. Cauliculus pariter rubens, prælongus, rubigine adpersus, summo vertice bifido, rosulis in exemplis sterilibus, patulis, rubigine pariter adpersis. Folia longiora, neque crispa, neque in alterum latus conversa, potius aut patula, & rara, ut caulis inter folia adpareat, aut imbricata, & in conum congesta. Setæ, ex divisione caulis, purpureæ, fescunciales. Calyptra striata, e flavo fusca. Capsulæ pendulæ, longæ, graciles, cylindricæ, fulcatæ. Operculum mammillare, acutum. Denique in aliis exemplis hujus plantæ rosulis scobiferis plures, breves, vix semunciales fetas undique edit, basi foliosas, quæ eriguntur, & fungosa pulverulenta clava, absque membrana & calyptra finiuntur. Eam tamen accurate speculatus, reperies foliorum dentatam esse rosulam.

1) SCHMIEDEL.

1856. MNIMUM



C.F. Zollner del. Colob.

G.D. Altmann sc. Acad. Götting. Sculptor. 1743.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

\*1856. MNIUM prolixum, fluitans, petiolatis alaribus, sphaerulis pulveriferis. †  
*Mnium majus, minus ramosum, capitulis pulverulentis crebrioribus* DILLEN. p. 235. t. 31. f. 4.  
 optime.

*In Gyrenmoos.*

Folia undique multis ordinibus expansa, non disticha, ex lanceolatis subulata. Caules caeterum longi, & ramosi. Ad folia passim globuli hirti, subvirides, ad microscopium undique foliis subalbidis facti. Non videntur ad fructificationem pertinere. Nam perforantur a folio. Extrema folia complicata viridissima, aliquid videntur includere.

Suspicio mihi est aliqua, esse plantae, quam inter Clavarias dicam, primam faciem glabram: ejusmodi enim sphaerulae in eodem rivo plurimae fuerunt.

BLASIA MICHELI.

SCHMIEDELI in diss. propr.

LINNAEI p. 1605.

Cum Mnio convenit, seta globulo terminata, nuda. Differt variis modis. Nam capsulis caret Bryorum similibus: & seta ex vagina ovato lanceolata nascitur, cava utraque: inque setam & ampullaceam vaginam globuli, superne de capitulo dissoluti, descendunt. Ea seta, apice aperto & paulum dilatato, terminatur, quando globuli defluerunt.

\*1857. BLASIA fronde lobata, lobis subrotundis, nervis setiferis.

*Blasia pusilla Lichenis pyxidati facie* MICHELI p. 14. t. 7. OEDER. ic. 45.

*Mnium Lichenis facie* DILLEN. Sylv. p. 257. t. 31. f. 7.

*Blasia* SCHMIEDEL. diss. LNN. p. 1605.

*Versus die Drakau* Cl. DICK. In sylva der Sedelbach.

Foliofa expansio atriculosa, viridissima, non crustacea, ut in Lichene, ramosa, lobis subrotundis, rotunde crenatis. Nervi mediam frondem dividunt, qui in lobis, paulo cis apicem, in ampullam intumescunt; ex qua seta cava surgit, capitulo parvo Mnioide terminata. Id meris globulis constare ILL. SCHMIEDELIUS, eosque globulos etiam in setae tubulo reperiri, & in ampulla, quando, evanescente capitulo, tubulus nunc ostio, quasi resecto, patet. Praeterea globuli per frondem undique sparguntur, per maturitatem nigri, eleganter in globulorum reticulum divisi.

JUNGERMANNIA RUPPII.

MICHELI p. 6.

LINN. n. 1196.

SCHMIEDEL. de *Jungermannia*.

LICHENASTRUM DILLEN. p. 479.

Omnibus vagina tubulosa varia, cylindrica, vel ovalis, & comprehensa in ejus basi fecunda vagina interior bifida & trifida, quam SCHMIEDELIUS Corollam vocat. Ex duplici hac vagina seta florifera erigitur, gerens globulum, in quatuor lanceolata segmenta fissum, plena villis pulverulentis. Plurimae Jungermanniae, forte & omnes, praeterea passim farinosos globulos gerunt, vel sessiles, vel pediculatos, quarum istos LINNAEUS Mniis accenset. Cum tamen veram vaginam cavam, verumque florem quadrifidum, non capsulam calyptratam gerant, melius utique cum Jungermannia manent.

Addidit nuper Cl. MULLERUS, dum globulus vagina continetur, inesse vaginae etiam fila 12. ad 24. vera stamina, centrum versus nutantia, ut globulus crinifer fructus esse videatur a).

I. JUNGERMANNIAE FARINIFERAE.

Eam farinam SCHMIEDELIUS antheras vocat.

1858. JUNGERMANNIA foliis integerrimis, planis, ovatis, distichis, extremo caule setifero *Emend. III. n. 62.*

*Mnium*

a) *Flor. Fridrichsdal. p. 188.*

P

*Mnium Trichomanis facie, foliis integris* DILLEN. t. 31. f. 5. p. 236.

*Mnium foliis distichis integerrimis* LINN. p. 1578.

*Jungermannia* Spec. ILL. SCHMIEDELI *disf. de Jungerman.* f. 17.

Non rara in terra argillosa, supra *Drakau*, ad dextrum latus viæ ad villam ducentis.

Tenera planta, prostrata, terræ adpressa, cauliculis vix uncialibus, foliis planis, in eodem cum caule plano positis, ovatis, subacutis, neque rotundis, inferne densius compactis, ad initium cauliculi minoribus. Extremi cauliculi eriguntur, teneris foliolis vestiti, ut in *Mnio* 1853. geruntque in apice capitulum, quod ex foliis fit, in rosulam compactis, in adultis exemplis evidentissimis. Vera est *Jungermannia*, quæ vaginas & calyces suo tempore proferat b).

\*1859. *JUNGERMANNIA* foliis bipartitis, auriculatis, imbricatis, supremis punctiferis. *Emend. III. n. 67.*

*Lichenastrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis* DILLEN. *Sylv. musc.* p. 490. t. 71. n. 18.

*Jungermannia nemorosa, foliis acutioribus crenatis, tenuissime dentatis, flore insidente pediculis breviori* MICHELI.

*Jungermannia frondibus supra bipinnatis, apice floriferis, foliolis ciliatis* LINN. p. 1598. t. 5. f. 8.

In *Engewald, Sedelbach, &c.*

Cauliculi breves, semifubrecti, firmuli & robusti. Folia imbricata, fulcata, circumferata. Quodque difforme, ex parte minori fit, & majori, minori lanceolata, superne cauli imposita & eminente; majori disticha, ovata. Ita hæc folia caulis mediam fere partem amplectuntur. In summo ramo aliqui grandes, nigri, globuli, sessiles, in apice minoris folii.

Cum vaginis habui, ex summis ramis natis, floribusque quadrifidis, in sylva *Engewald.*

1860. *JUNGERMANNIA* foliis rotundis, alterne imbricatis, caule plano, multifloro, fetis brevissimis.

*Muscus muralis floridus, foliis subrotundis, creberrime imbricatis dispositis, sive Muscus muralis platyphyllos* HIST. OXON. III. p. 627. t. 6. f. 44.

*Lichenastrum petaloides, squamosum majus* DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. append.* p. 92. t. 10. f. 29. *Cat. Giesf. append.* t. 16.

& *Lichenastrum imbricatum majus, squamis compressis & planis* DILLEN. *Sylv.* p. 496. t. 72. f. 26.

*Hepaticoides foliis & furculis Thuyæ instar compressis major* VAILLANT. t. 19. f. 9. bene.

*Jungermannia foliis circinatis, acutis, imbricatis dispositis, ex viridi flavescens, MICHELI* p. 7. t. 5. f. 21.

*Jungermannia furculis repentibus, foliolis inferne auriculatis, duplicato imbricatis, ramis equalibus* LINN. p. 1599.

Nihil in arborum corticibus vulgatus, & frequentissime etiam in tota gente floret.

Caulis valde ramosus, crustas efficit late corticem tegentes, late ex luteo virentes. Folia alterna, duorum ordinum, rotunde serratis sibi commissa, imbricata, subrotunda, cum minima inferne appendice. Passim de caule & de ramis vaginæ veluti truncatæ: seta perbrevis, linea vix longior; globulus niger in quatuor subhirsuta, rufa, latiuscula segmenta dissiliens.

Cl. SCHMIEDELIUS in foliorum margine farinosos quasi acervos reperit.

\*1861. *JUNGERMANNIA* foliis amplexicaulibus subrotundis *Emend. III. n. 66.*

An *Jungermannia alpina palustris purpurea, Cambrica, foliis rotundioribus auritis tenuissimo denticulatis* MICHELI t. 5. f. 16?

*Lichenastrum alpinum purpureum, foliis auritis & Cochleariformibus* DILLEN. *Sylv.* p. 479. t. 69. f. 1. varietas alia.

*Mnium foliis distichis, pinnis subtus auriculatis* LINN. p. 1579.

In *Chapuisé, aux Martinets*, in rupibus circa aditum superiorem des *Fondemens*. Circa *Interlachen, Im Ostermundigenholz.*

Caulis crassus, distinctus, fuscus. Folia lata basi caulem oblique amplexa, ut appendicem minorem exigere videantur, quæ nulla est, ambitu ovato; eadem pinnata, superne magis conferta, non serrata, viridissima, etiam fusca. In supremo caule vaginas vidi teretes, fetas easdem.

LINNÆUS ad *Mnia* refert. MICHELIUS vaginam bilabiata, pulverem fundentem depingit C. D. Ego, qui nunquam farinosos globulos vidi, ne fidem ILL. LINNÆO denegem, hic relinquo.

1862. JUNGER-

b) SCHMIEDEL. n. 15.



- \*1862. JUNGERMANNIA foliis laceris, multidentatis, sessilibus. †  
*A la pare d'Ormond.*  
 Nullos habet caules reptantes, sed brevissimos cauliculos latos, erectos, stipatos, paucarum linearum, tectos foliis undique laceris & tridentatis, aut multidentatis, lata basi cauli adplicatis. In summo cauliculo vagina cylindrica, sine lacero, & in ea globulus niger, ex quo in seta argentea flaccida flos exit, niger, quadrifidus. An fuerit alpinæ 1861. prima facies?
- \*1863. JUNGERMANNIA foliis imbricatis bicuspidatis, globuliferis *Emend. III. n. 71. †*  
*Jungermannia bidentata* SCHMIEDEL. f. XIV.  
 β. Globulos farinosos habet MICHELI t. 5. Q. S. T. &c.  
 In sylva *Sedelbach* & *Drakau*.  
 Vulgo in humo, & arborum corticibus.  
 Cauliculus prostratus, planus, distichus, ramosus. Folia viridissima & tenera, profunde excisa & bifida, semilunari incisione, utroque cornu aristato, ad caulem oblique adposita, ut imbricata videantur, & ferrata linea medium cauliculum percurrat. In altero minori cornu globulus est farinosus. Rami de medio caule de apice undique erigunt densissimas vaginas laceras, & fetas floriferas. Semina DILLENII non vidit, ego sæpe.
- \*1864. JUNGERMANNIA foliis bidentatis, in apice fragifera.  
*Mnium foliis distichis bifidis* LINN. p. 1579.  
*Mnium Trichomanis facie, foliolis bifidis* DILLEN. *musc.* p. 237. t. 31. f. 6.  
*In Ostermundiger Großholze.*  
 Diversa planta a priori, foliis acute bidentatis, distichis, caule quasi ferrato, apice caulis in seta brevi ruberrimam quasi fragum ferente.
1865. JUNGERMANNIA foliis distichis bicuspidatis, summis ramis globuliferis.  
*Lichenastrum pinnulis acutissime bifidis, minutis* DILLEN. p. 488. t. 70. f. 13.  
 & ut puto, *Lichenastrum* 14. quod  
*Jungermannia minima repens, foliis bifidis, vagina floris ventricosa* MICHELI f. 15. DILLENII enim propriam plantam non habuit, quæ esset Jungermannia sua 14. MICHELIANAM plantam a sua diversam putavit.  
 Certius est *Jungermannia bicuspidata* SCHMIEDELI f. 16. adeoque *Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis, medio floriferis, falcatis, bidentatis* LINN. p. 1598.  
 Nostra in ligno putrido adprime vulgaris; *in Großholze supra Ostermundigen, &c.*  
 Teneri, pallidi cauliculi, prostrati, & terræ adfixi, breviores. Folia rara, disticha, distincta, inique fere bifida, latere a caule remoto ad lunæ dimidiæ modum exciso, cornubus peracutis. Extremi rami folia rara habent, & distita, ut recte SCHMIEDELIUS, & rosulam in apice gerunt, quæ mihi foliosa videtur, quam tamen globuli farinosi similem vir ILL. pingit. Sub ea vero rosula aliquoties vidi quasi fragum rubrum, ad microscopium veri fragi simile.  
 DILLENII fetas florales ex caule medio educit.  
 Differt a paulo priori foliis multo minoribus, in extremis ramis laxis, argutissime incisis.
- \*1866. JUNGERMANNIA caulibus convexis, foliis descendentibus, imbricatis, tridentatis. †  
 An *Lichenastrum multifidum majus, ab extremitate florens*, DILLEN. p. 494. t. 71. f. 23? sed habitum convexo concavum non exprimit.  
*Jungermannia alpina nigricans, major, pedes gallinaceos squamis suis mentiens* RUPP. nam in loco natali legi, & *Eisenaco* Cl. GRIMMIUS misit.  
 Non possum plantam non rarissimam apud LINNÆUM, aut MICHELIUM detegere.  
 Circa Bernam frequens *in Ostermundigerholze*, circa *Drakau*, & in sylva *Hercynia*.  
 Caulis procumbens, aut semisubrectus, ramosus, vere gallorum pedes referens, superne longe convexus, deorsum curvus, valleculam comprehendens, in qua longissimæ radiculae. Folia imbricata, magna, trapezia, & decrefcentia, quæ tribus, etiam quatuor, denticulis non profunde inciduntur: & alius ordo foliorum minorum, cauli adnatorum, transversim latorum, inferne accedit. Ab extremis ramis vaginæ floridae.  
 Non differt, ut comparatis plantis video

*Jungermannia foliis latiusculis, obtusis, undulatis & veluti angulosis* MICHELI t. 5. f. 10.  
*Lichenastrum pinnulis obtuse trifidis, nervo geniculato* DILLEN. *Sylv.* p. 493. t. 71. f. 22.  
*Jungermannia frondibus subtus bipinnatis, foliis quadratis, obsolete trilobis* LINN. p. 1599.  
 In sylvâ Plantour, & Chapuisè.  
*Muscus viridissimus, foliis firmis Trichomani similibus: crassus & subruher.* Caulis teres.  
 Folia inferne oblique ad caulem adnata, ad extremos ramos pinnata, disticha & distincta, fere quadrata, sine distincto, tridentato & quadridentato.  
 MICHELIUS racemos exiguos globulorum pingit, de caule passim prodeuntes, quos nunquam vidisse contigit.

\*1867. JUNGERMANNIA foliis planis, lanceolatis, tridentatis *Emend. IV.* n. 15. †  
 Suspicio esse *Jungermanniam* MICHELI f. 14. male depictam, ut conniventis folii tertius denticulus omitteretur; similes enim rosulas, sæpe geminas, habet.  
 Subalpina, ex monte *Chapuisè*, & circa *les Plans*.  
 Cauliculus in eodem cum suis ramis plano, Lauri Alexandrinæ perminutæ similis, ramis ad magnos angulos natis, foliis distichis, quæ tenera & viridia sunt, & lanceolata cum videantur, tamen lente vitrea aucta, pene quadrangula, longiora, ulteriori ora tridentata adparent. Ex summis ramis evidentissima in petiolo rosula, in qua pollen niger est, eadem sæpe gemina.  
 Proxime inter omnes ad *Mnia* accedit.

## II. JUNGERMANNIÆ FARINOSIS GLOBULIS DESTITUTÆ.

Id volo, nullos mihi innotuisse, aliisve Cl. Viris.

1868. JUNGERMANNIA foliis pinnatis, subrotundis, ferratis, ex apice florifera.  
*Muscus bifolius procumbens, foliis subrotundis* LOESEL. *Flor.* p. 167. ic. 45. bona, sed absque flore.  
*Muscus Trichomanis facie, &c.* MORIS. p. 627. t. 6. f. 41.  
 & *Muscus Trichomanoides, &c.* *ibid.* f. 42.  
*Lichenastrum Asplenii facie, pinnulis laxioribus* DILLEN. *Sylv.* p. 482. t. 69. n. 2.  
*Jungermannia major, foliis brevioribus, obtusioribus non dentatis,* MICHELI t. 5. f. 3. Ita DILLENIIUS. Sed folia dentata sunt.  
*Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis, foliis ovatis subciliatis* LINN. p. 1597.  
 In sylvis ad terram vulgatissima.  
 Nostrarum maxima, semipedalis, semisubrecto caule, foliis oblique cauli admotis, quasi pediculatis, cæterum subrotundis, per oram tenuiter ciliatis, supremis complicatis. Ex ramorum apice vaginæ longissimæ, cylindricæ, ex quibus unciales argentæ setæ, quæ globulum & deinde florem quadrifidum atropurpureum, latifolium gerunt.  
 β. *Lichenastrum Asplenii folio, pinnulis confertioribus* DILLEN. *Sylv.* p. 483. t. 69. n. 6.  
*Hepaticoides, Polytrichi facie* VAILLANT. t. 19. f. 7.  
*Jungermannia major, foliis subrotundis, tenuissime denticulatis* MICHELI t. 5. f. 1.  
 & *Jungermannia major altera, foliis subrotundis, tenuissime denticulatis* EJUSTD. p. 7. t. 5. f. 2.  
 Conjungit LINNÆUS, & satis ex DILLENII verbis adgnoscas, non vere distinctam esse. Huic folia pinnis frequentioribus, magisque complicatis sunt.

1869. JUNGERMANNIA foliis pinnatis subrotundis, ex caule florifera.  
*Jungermannia terrestris, viticulis longis, foliis perexiguis densissimis, ex rotunditate acuminatis* MICHELI t. 5. f. 4.  
*Lichenastrum Trichomanis facie, ex basi & medio florens* DILLEN. t. 69. f. 7.  
*Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis, foliolis subulatis* LINN. p. 1597.  
 Ad terram.  
 Multa habet prioris 1868. similia, in exemplis potissimum majoribus. Cauliculi ramosi, pinnati, pinnis planis, aut sursum conniventibus, ovatis, non crenatis, magnitudine varia, densioribus etiam aut rarioribus, minima parte imbricatis, lata diametro ad caulem adnatis. Vaginæ dentatæ, ex caulis nervo passim, in ramorum initio & progressu natæ. Setæ uncia majores. Flos aliquanto, quam paulo priori, minor.

1870. JUNGERMANNIA foliis pinnatis, ovatis, ex caule florifera *Emend. III.* n. 67.  
*Jungermannia palustris repens, ex rotunditate acuminata* MICHELI t. 5. f. 5.  
 Lichenastrum

*Lichenastrum Trichomanis facie*, polyanthemum, breve & repens DILLEN. Sylv. p. 486. t. 70. f. 9.  
*Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis*, foliis integerrimis imbricatis, convexis, LINN.  
 p. 1597.

Passim ad vias & terram.

Planta exigua. Cauliculi breves, vix unciam æquantes, pinnati. Folia ovata, paulum imbricata, disticha. Per totum caulem frequentes brevesque vaginulæ, fetis femuncialibus, flore ex fusco rufescente.

1871. JUNGERMANNIA foliis pinnatis, ovatis, confertis, ex apice florifera *Emend. III.*  
 n. 65.

*Jungermannia palustris minima*, repens, foliis subrotundis densissimis, late virentibus MICHELI  
 t. 5. f. 6.

& *Jungermannia palustris minima*, foliis subrotundis densissimis, late virentibus *ibid.* t. 5. f. 7.  
*Lichenastrum Trichomanis facie minus*, ab extremitate florens DILLEN. p. 486. t. 70. f. 10.

*Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis*, lanceolatis, apice floriferis, foliis integerrimis,  
 LINN. p. 1597.

Frequenter per terram latos cespites efficit, cauliculis semisubrectis, vix uncialibus. Folia ei, quam dico, confertissima, potissimum in apice congesta, ut caulis rotundo capitulo finiatur, cæterum ovata, dense pinnata, nervo crasso, fusco, ut similitudo alpinæ *Jungermannia* nasceretur, nisi planta multoties minor foret, etiam obliqua & paulum auriculata, & in apice congesta, paulumque incurva. Etiam purpurea vidi. Summo ex caule subrecto seta erigitur, & flos nigricans, ex gentis more.

Ad *Jungermanniam* 20. DILLEN. proxime accedit, sed foliis differt rotundioribus.

1872. JUNGERMANNIA foliis imbricatis, lanceolatis, superne planis alternis, inferne concavis quinquefariis.

*Lichenastrum petaloides squamosum minus* DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. append.* t. 10. f. 30.  
 VAILLANT. t. 21. f. 17.

*Muscoides squamosum majus atro virens*, foliis subrotundis MICHELI t. 6. f. 3. non vero synonyma: tum M. EJUDEM *ibid.* f. 4.

*Lichenastrum arboris vite facie*, foliis minus rotundis DILLEN. Sylv. p. 505. t. 22. n. 32.

*Jungermannia furculis protractantibus subtus imbricatis*, foliis cordatis acutis LINN. p. 1600.  
 n. 17.

Ad arbores & petras perfrequens.

Caulis longus, valde ramosus, imbricatus, superne duobus alternis foliorum ovato lanceolatorum, ordinibus imbricatis tectus, inferne concavus, triplici ordine minorum foliorum vestitus. Summos ramos terminant compressæ gemmæ, Brizæ locustis similes, quas pro fructibus MICHELIUS habet: veros tamen juniores ramos esse, ex foliis ferrate commissis facile agnoscas. Ex foliorum alis vaginæ laxæ, pene rotundæ, bivalves, ex quibus in brevissimis fetis globuli primo rufi, deinde flos quatuor latis, hirsutis, segmentis incisus provenit.

β. *Muscoides squamosum saxatile maximum*, compressum, ex obscuro virens, foliis subrotundis, nonnihil denticulatis MICHELI t. 6. f. 1.

*Lichenastrum arboris vite facie*, foliis rotundioribus DILLEN. p. 502. t. 72. f. 33.

Varietas prioris foliis brevioribus, rotundioribus, cordatis; cæterum tota fabrica superiori & inferiori eadem.

1873. JUNGERMANNIA foliis imbricatis rotundis, superne alternis convexis, inferne quadrifariis.

*Lichenastrum petaloides squamosum*, minus DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. append.* p. 53.  
 92. t. 30.

*Muscoides squamosum saxatile*, nigro purpureum, furculis angustioribus, foliis circinatis minoribus MICHELI t. 6. f. 5.

*Lichenastrum imbricatum*, *Tamarisci Narbonensis facie* DILLEN. p. 499. t. 72. f. 31.

*Jungermannia foliis imbricatis*, serie duplici, superioribus subrotunde convexis obtusis, quadruplo majoribus LINN. p. 1600.

Similibus locis abunde, in corticibus arborum & petris.

Habitus & fabrica eadem; sed omnia folia exigua, superiora majora, rotunda, de nervo utrinque eminentia, convexa; inferiora minima, duplicis ordinis. Gemmæ, qui fructus MICHELIANI, similes earum quas in n. 1872. diximus. Vaginæ breves, latiusculæ. Setæ brevissimæ, flores de more gentis quadrifidi, hirsuti.

1874. JUNGERMANNIA foliis imbricatis, alternis, orbiculatis, setis brevissimis.  
*Muscus Nummularia folio, fructu pediculo carente* VAILLANT. t. 23. f. 10.  
*Lichenastrum imbrication minus, squamis convexo concavis* DILLEN. t. 72. f. 27. p. 497.  
*Muscoides minimum, foliis alternis, superioribus circinatis, inferioribus cucullatis, flore pediculo ferme carente* MICHELI t. 6. f. 6.  
*Jungermannia furculis repentibus, foliis inferne auriculatis, duplicato imbricatis, ramis apice latioribus* LINN. p. 1600.

Similibus locis ad corticem, &c.

Omnes auctores separant, & olim DILLENIO miseram. Folia utique aliquanto rariora sunt, magis alterna, inferne obscuriora, etiam si aliqua adsunt: & cauliculi breviores. Sed pleraque omnino similia sunt, subrotunda gemmae graminis tremuli locustis similes, quae novelli sunt rami: & alii rotundi quasi folliculi a MICHELIO depicti a), compressi, linea divisi, teneriores, ut puto, vaginae. Breves eae, quando adoleverunt, ovatae. Seta florifera paulo linea longior. Flos hirsutus, niger, vetustus pallet.

- \*1875. JUNGERMANNIA foliis amplexicaulibus aristatis. †

Ab ea, quam n. 1861. diximus, & cum atropurpurea DILLENII conjunximus, non longissime differt; vulgo nata in *Osterrundiger Großholz*, in rupibus *des oberen Fundaments*, sylvis *Plantour, Obapuisse*, circa *Interlachen*, &c.

Viridissimus & amplior Muscus, quam is, cum quo comparo, cauliculo ex maximis, terete, dum junior est, & albo, adulto fusco, purpureo, superne fusca ferrata linea percurso. Folia pinnata videntur, in aqua tamen explicata adparent, oblique lata basi cauli adnasci, ut auriculata videantur, etsi non sunt, sine mucronato, aristata brevi terminato, praeter quam etiam secunda, & tertia arista non raro accedit. Summi rami in rosulas intumescunt, in quibus vagina ovato conica, sedet; ex qua seta uncialis, & globuli oblongi nigri. Servata peculiarem habitum crispum induit.

- \*1876. JUNGERMANNIA minima durior, foliis auriculatis bicuspudatis *Emend. IV. n. 14.* †

Nova planta subalpina, supra *les Plans* nascitur, in ligno putrido.

Cauliculi semifubrecti, unciales, non ramosi. Folia putes lanceolata esse, in aqua tamen resolvuntur, & vitrea lente acrius augente considerata, adparent obliqua appendice caulem amplecti, ut quasi spirali funiculo obductus videatur: Ea appendix in alio, quam majus folium, plano posita aristam brevior emittit. Pars folii major lanceolata, paulo longius aristata. In summa stirpe folia congeruntur, inferne rara: duriuscula caeterum, & firmula. Florem non vidi.

- \*1877. JUNGERMANNIA foliis bifidis, in ramo florifero majoribus.

An *Lichenastrum pinnulis acutioribus & concavis bifidis, majus* DILLEN. p. 487. t. 70. f. 11? ob folia rami florentis magna.

Ob situm floris in summo ramo huc refero *Jungermanniam minorem repentem, foliis subrotundis bifidis, vagina florum cylindracea* MICHELI t. 5. f. 13.

An *Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis, apice floriferis, foliolis bidentatis* LINN. p. 1598.

Vulgaris planta in humo & locis arenosis, arboribus, &c.

Cauliculi repentes. Folia bifida, quadrata. Summi rami, ex laxatis foliis & sursum majoribus, emittunt vaginas floriferas. Ex ea nota facile dignoscitur.

- \*1878. JUNGERMANNIA foliis bifidis, ex medio caule crebro florifera.

*Jungermannia pinnulis acutissime bifidis, minima* DILLEN. p. 488. t. 70. f. 13.

An, ob situm floris, *Jungermannia minima repens, foliis bifidis, vagina florum ventricosa,* MICHELI t. 5. f. 15.

Effet ex ea *Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis, medio floriferis, foliolis bidentatis,* LINN. p. 1598.

Exiguo brevi cauliculo, foliis acute bifidis, innumeris vaginis cylindricis, per caulem sessilibus & floriferis. Ex ea nota facile adgnoscas.

- \*1879. JUNGERMANNIA minima ramosa, polyanthos, foliis imbricatis trifidis *Emend. III. n. 74.*

*Lichenastrum multifidum exiguum, ad basin florens, per siccitatem imbricatum,* DILLEN. *Sylv.* p. 494. t. 71. f. 24.

*Jungermannia frondibus subtus bipinnatis, apice reptantibus, foliolis quadridentatis,* LINN. p. 1599.

Minime

a) O. O. P.

Minime rara in terra inque ligno putrido.

Ex minimis; facilis tamen adgnitu ob innumeras vaginas floriferas, in centro cespitis collectas. Caulis planus, ramosus. Folia quadrata, tridentata, quadridentata, curvis denticulis, in ramis imbricata, & congesta, ad quamdam catenulae imaginem. Vaginae triquetrae, superne albefcentes. Seta alba, flore atropurpureo.

\*1880. JUNGERMANNIA minima, foliis capillariter multifidis *Emend. III. n. 75. V. n. 11.*  
*Lichenastrum trichoides minimum, in extremitate florens* DILLEN. p. 505. t. 73. n. 37. quae icon plantae pulchritudinem non exprimit.

*Jungermannia sarcidis teretibus, foliolis capillaceis, aequalibus* LINN. p. 1601.

Ad terram in cavis semitis circa *Drakau, im Ostermundigen Großholz, &c.*

Minimus muscus & prostratus, capillaris videtur. Sed folia in aqua lente vitrea adhibita evoluta, ad radicem usque in capillares ramulos finduntur. Vaginae cylindricae, longae, bifidae, ex summis ramis. Seta tenera, globulo nigro quadridido.

1881. JUNGERMANNIA caule pinnato, foliis crispis, capillariter multifidis.

*Muscus anarus, Absinthii folio* I. B. III. p. 764.

*Muscus palustris, Absinthii folio, inspidus* VAILLANT. t. 26. f. 11.

*Lichenastrum filicinum pulchrum, villosum* DILLEN. *Sylv.* p. 503. t. 75. f. 35.

*Jungermannia sarcidis repentibus, foliolis duplicato imbricatis, inferne auriculatis ciliatis* LINN. p. 1601.

Bernae non rara. Florentem reperi ad ripam rivi vitrei (*Glaßbach*), media in sylva *Bremgarten*.

Cauliculi semipedales nonnunquam, semifubrecti, ramosi, pinnati. Caulis & folia teguntur plumulis elegantissimis, tenuissime laciniatis, in speciem albensis tomenti congestis, crispisque. Ex alis foliorum vaginae cylindricae, villosissimae, maximae. Ex iis setae crassae, unciales & biunciales, gerentes globulos, in flosculum atropurpureum filiales.

\*1882. JUNGERMANNIA caule filiformi, foliis appressis inconspicuis.

*Lichenastrum alpinum Bryi Iulacei argentei facie* DILLEN. p. 506. t. 73. f. 38.

*Jungermannia sarcidis teretibus, foliolis undique imbricatis, floribus pedunculatis* LINN. p. 1601.

In siccis subalpinis nascitur, circa *les Plans*.

Cauliculi filo non crassiores, parum ramosi, recti, foliis ita adpressis, ut de teretitudine nihil decedere videatur, nisi in aqua resolveris; tunc enim minimi, & brevissimi, apices foliorum paulum de cauliculis decedunt. Capitula nunquam vidi, DILLENUS vidit, cujus plantam cum mea comparavi. Vaginae sunt ovatae. Setae unius lineae. Flosculi quadrididi.

### III. FOLIACEA EXPANSIONE CONTINUA.

#### MARSILEA MICHELI p. 5.

His nullum caulis a foliis discrimen.

1883. JUNGERMANNIA fronde foliacea, obtuse lobata, ex medio florifera *Emend. VI. n. 9.*

*Lichen alter minor, caule calceato ὑποδοχόμενος* COLUMN. *Ephraf. I.* p. 332.

*Hepaticoides Cichorii crispi folio* VAILLANT. t. 19. f. 4. ob petala brevita.

*Marsilea major atrovirens, floribus albicantibus, e foliorum medio egredientibus* MICHELI t. 4. f. 1.

*Lichenastrum capitulis rotundis, e foliorum medio egredientibus*, DILLEN. *Sylv.* p. 508. t. 74. f. 14.

*Jungermannia acaulis, folio frondi innato* LINN. p. 1602.

*IC. OEDER.* t. 359.

Ad terram argillosam & in exiguis fossulis, quibus prata rigantur, in *der Lorraine, im Ostermundiger Großholz, über Drakau*, circa *Roche* abunde.

Huic folia ampla, plana, pallida, linea nigra divisa, extremis finibus crispis. Ex medio ramorum folio vaginae cylindricae, quasi lacerae, subhirsutae. Ex iis seta cava, praelonga, debilis erigitur, globulum praefrens virentem, qui in quatuor segmenta flava, cinnamea, glabra, praeter villosum glomerem finditur. Medio ex flore villi nigri erumpunt.

1884. JUNGERMANNIA fronde foliosa, lacera, ex latere florifera *Emend. VI. n. 10.*

*Lichenastrum capitulis oblongis, juxta foliorum divisuras nascentibus*, DILLEN. *Sylv.* p. 509.

t. 74. f. 42.

Q 2

*Marsilea*

*Marsilea media pinguis, pallide virens, floribus majoribus nigricantibus, ad foliorum latera egredientibus* MICHELI t. 4. f. 2.

*Lichen parvus erectus, foliis profunde laciniatis* PLUKNET. *abnagesst.* p. 216. t. 42. f. 2.

*Hepatica saxatilis undulata, seminifera* VAILLANT. t. 19. f. 6.

*Jungermannia acaulis, fronde oblonga sinuata, pingui* LINN. p. 1602.

In aquosis, & argillosis humidis, in der Eymatte, am Wabern Steinbruche, um den Glasbach. Circa rivum Fontanai.

A priori specie vere differt, fronde magis angulosa, minus rotunde lobata, absque linea bipertiente, varie divisa, etiam duplicato & triplicato pinnata, vaginis ad basin pilis circumvallatis, ex lateribus frondis foliosæ prodeuntibus: globulo clavato, longo, cylindrico, nigro, petalis longioribus subhirsutis. Quando in aqua nascitur, subrigi solet, & viridissima, pinguis, fragilis provenire.

1885. JUNGERMANNIA foliis linearibus, dichotomis, inferne florifera.

*Hepaticoides arborea globuligera* VAILLANT. t. 23. f. 11. & t. 19. f. 3.

*Marsilea minima angustifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte, a subhirsuta & turbinata vagina erumpentibus* MICHELI t. 4. f. 4.

*Lichenastrum tenuifolium furcatum, thecis globosis pilosis* DILLEN. *Sylv.* p. 512. t. 74. f. 5.

*Jungermannia acaulis, fronde lineari ramosa, extremitatibus furcatis obtusiusculis* LINN. p. 1602.

Vulgo ad saxa & arbores.

Cauliculi prostrati, prælongi, ramosi, plani, media linea divisi, lineares, ramorum sine ad angulum alias obtusissimum, alias acutiorem, bifido. In parte caulis inferiori, radicata, vagina ovato conicæ, hirsuta, setas educunt ad superiora reflexas, breves, trilineares, gerentes florem fusco rufum, subhirsutum.

Maximam & sui dissimilem, nisi linearia folia mediamque lineam retinisset, vidi in Ostermanniger Großholz.

\*1886. JUNGERMANNIA fronde plana, pinnata, dichotoma, ramulis brevissime bicornibus. †

*Lactuca aquatica tenuifolia, segmentis bifidis* PETIVER *Mus.* n. 243. & MICHELI p. 6. t. 4. f. 6.

*Hepatica palustris dichotoma, segmentis angustioribus* VAILLANT. t. 19. f. 3.

*Lichenastrum aquaticum fluitans tenuifolium furcatum* DILLEN. p. 511. t. 74. f. 47.

Basilicæ habui & ipse reperi. In stagnis Friedlingensibus.

Valde simile est præcedenti, planis cauliculis ejusdem undique latitudinis, dichotomis, ramis altioris brevissime & obtuse bicornibus. Sed florem nunquam vidi.

\*1887. JUNGERMANNIA foliis palmatis, digitatis, ex basi florifera *Emend. III.* n. 79.

*Lichenastrum exiguum, capitulis nigris lucidis, e cotylis parvis nascentibus*, DILLEN. p. 513. t. 74. f. 46.

*Jungermannia acaulis, fronde subpinnatifida, lobis imbricatis, perichætio plicato*, LINN. *Flor. Suec.* n. 1353. *Spec.* p. 1602.

En Pondenan, etiam circa Bernam.

Cauliculi perbreves, paucarum linearum, palmati, trifidi, quadrifidi, quinquefidi, digitorum similes, simplices & subdivisi, absque dividente linea, neque parallelis oris. Ex prima ramorum origine vagina hirsuta, clavata; & ex ea sede globulus atropurpureus, qui in florem quadrifidum resolvitur.

Icon DILLENIANA folia nimis integra habet.

Non in alia gente pauperior mihi videor: forte quod Jungermannia, quæ mihi defunt, fere exiguæ, oculos myopes fefellerint: deinde quod ob podagræ metum nuperis annis, dumque Rupe vixi, non potuerim hiemali tempore rupes adire.

MARCHANTIA LINN. n. 1198.

MARCHANTIA MICHELI p. 1.

MARCHANT. *Mémoire de l'Académie* ann. 1713.

& LUNULARIA MICHELI *nov. gen.* p. 4.

& HEPATICA MICHELI p. 3.

LICHEN DILLENII p. 515.

Duplex fructificatio in his plantis locum habet: sessilis altera, tumores nempe in fronde nascentes,

nascentes, qui aperti & patuli folia novella continent, scobi similia. Petiolata alia nascuntur ex vagina de fronde prodeunte, quæ setam gerit, ex apice multifloram; floribus cavis, villo pollinifero plenis. Ii flores sæpe scuto proteguntur; dantur & scuta absque floribus sterilia a). Commune est omnibus, nullam caulis a folio distinctionem habere, frondemque firmam, humi fuscam, subtus reticulatam.

\*1888. MARCHANTIA scyphis lunatis, capitulis quadrifidis.

*Hepatica hians serpens feminifera* MALPIGH. *anat. plant.* P. II. t. 27. M. N. O. P.

*Lichen hepaticus, capitulis quadrifidis* BUXBAUM. *Centur. I.* p. 40. t. 61. f. 2.

*Limularia vulgaris* MICHELI *gener.* p. 4. t. 4.

*Lichen feminifer laureatus, florifer pileatus, tandem cruciatus* DILLEN. p. 521. t. 75. f. 5.

*Marchantia calyce communi quadripartito, laciniis tubulosis* LINN. p. 1604.

Bis tantum reperi, florentem semel: in sylva *Sedelbach*, in via a villa *die Lucern* ascendente, frustra nuper ibi quaesitam, & in semita cava ducente a *Pimpliz*, ad solitudinem *die Eymatte*. Cl. GAGNEBIN in truncis putridis.

Frons viridissima rotunde lobata, cute squamosa, ut in *Limace*, areolis & vesiculis distincta, inferne radicata. Foveæ scobiferæ lunatæ, quarum pars quasi valvula protegitur. Semina, quæ dicuntur, sunt manifesta folia, quæ paulatim in veram frondem crescunt. Vaginæ in media fronde aliarum plantarum dentatæ, emittunt, ut in *Jungermanniis*, setam, cui quasi pileolus conicus insidet, qui finditur in quatuor & quinque flores quadrifidos, quales in *Jungermannia* sunt, lanuginem emittentes villosam, & pulverulentam.

1889. MARCHANTIA verrucis asperis, capitulis conicis.

*Lichen pileatus Plinii primus* COLUMN. *Ecphraf. I.* p. 331.

*Hepatica reticulata & verrucosa* VAILLANT. t. 33. f. 8. cum verrucis feminalibus.

*Lichen vulgaris major, pileatus & verrucosus* DILLEN. *Sylv.* p. 516. t. 75. f. 1.

*Hepatica vulgaris major, seu officinarum Italica* MICHELI p. 3. t. 2. f. 1.

*Marchantia calyce communi quinqueloculari subovato* LINN. p. 1604.

In Helvetia vulgo provenit ad muros & rupes adspersæ madentes. *Bernæ inter der Brunneggasse und Hormatgsasse*: in sylva prope *Glassbach*. Circa les Plans *Aquilejensium*.

Frons satis similis priori, lata, plana, obtuse laciniata, cespites efficit, & superficiem habet tuberculis albis variam, quæ per viridem folii carnem reticulatim disponuntur. In exemplis non florentibus, per extrema folia, ovata tubercula strigilis similia sparguntur.

In aliis plantis seta florifera, de vagina brevi, ex nervo efflorescit, coronata fungoso quasi capitulo, conico, in quinque segmenta obscure diviso: intus ex apice coni emittente quinque infundibula cava, deorsum patula, ex quorum quolibet, ex supra basi, de seta tenerrima, flosculus quinquefidus pendet, & ultra fungosum pileolum eminet. In iis flosculis immaturus villus polline mistus continetur.

Planta acris, peculiari odore & sapore est, penetrabiles promittente vires, resolventes, antiscorbuticas, quales in *Bidente* sunt. Ad resolvendum sanguinem, ex casu coactum, adhiberi b) lego.

\*1890. MARCHANTIA fronde crenata, pileolis conicis hirsutis *Emend. IV. n. 16.*

*Lichen pileatus parvus, folio crenato* DILLEN. p. 519. t. 75. f. 2.

*Lichen petraeus, capitulis stellatis crassis, pediculis brevibus insidentibus* BUXBAUM. *Cent. II.* p. 9. t. 5. f. 1.

*Hepatica media, capitulo hemispherico* MICHELI *nov. gener.* p. 3. t. 2. f. 2.

*Marchantia calyce communi quinquefido, hemispherico, perichætio nullo* LINN. p. 1604.

In subalpinis *Aquilejensibus* passim: in monte *Fouly*, &c.

Frons læte viridis, ad lentem vitream squamosa, villosa, non reticulata, multo minor, quam prioris, bilobata, per margines ciliata & crenata. In foliis nullæ hæcenus verrucæ scobiferæ visæ. Florifera setæ, ex fronde pene extrema nuda, nisi quod præcedat pilosum glomer, ipse nascens flosculus. Setæ cæterum unciales, nigrae, hirsutæ. Petiolus breviter conicus, hirsutus, obiter quadrifidus & quinquefidus, etiam sexfidus. Continet intus quatuor vel quinque dentatos flosculos, pulverem fundentes; & cana lanugo de pileo imo eminet.

1891. MAR-

a) Subinde *L. petalodes polymorphos* non habet nisi poros, ex quibus tenuissimi tubuli, absque stellis FABRIC. *butisb.* p. 43.

b) BOCCONE *L.* p. 191.

1891. MARCHANTIA linea frondem bipertiente, cyathis scobiferis ferratis, fetis umbellatis & stellatis decemfidis.

Lichen CAMERAR. Epit. p. 782.

Hepatica officinarum VAILLANT. p. 97.

Marchantia major, capitulo stellato, radiis teretibus, capsularum feminalium crenis in longiusculum quasi pilum desinentibus MICHEL. t. I. f. 1. p. 2. & ut puto n. 3.

Lichen fontanus major, stellatus, aque & umbellatus, & cyathoidens DILLEN. p. 523. t. 76. f. 6.  
stellatus florifer & umbellatus feminifer EJUSD. Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append. p. 52.

LINNÆUS cum sequente conjungit, cui nomen est *Marchantia calyce communi decemfido* p. 1603.

Ad muros humectos molendinarum, & ad rupes roridas frequens, & ad rivos, qui prætata irrigant.

Frons ampla, ut Hepaticæ, lobis planis, inferne copiosissimis radiculis præditis, obtuse lobatis, linea nigricante divisus, cute tuberculis subtilibus rhomboideis, & areis inscripta. Cyathi scobiferi per frondem undique sparsi, fiunt lacera undique cute, revoluta, in dentes aristatos b) fissa, & viridia juniora folia continent. Ex frondis divisionibus, de facie inferiori, bacilli firmi, ad unciam alti eriguntur. Capitulum junius integrum; adultum in septem ad decem usque fere radios non profundissime finditur: steriles cæterum ex sunt umbellæ. Aliis in plantis similes bacilli altiores gerunt stellata capitula decemfida. Cuique radio, qua ex bacillo provenit, inferne pili aliqui latiusculi adsident, & aliquot ex ordine oblongæ capsulæ, siccæ, quadridentatæ. In quaque capsula sedet flos multidentatus, pariter infundibuli similis, sed brevior, ex cujus basi seta prodit, de qua anthera hemisphærica exit, margine revoluta & dentata; quæ villos spongiosos, polline plenos, in globulum convolutos c) emittit.

Per ætatem opus foliorum tessellatum obscurius fit, quæ videtur *Marchantia* 3. MICHELI. Vis acris, quæ Hepaticæ, tamen debilior. Ad icterum & hepatis morbos, non imperite laudatur, & ad sanguinem adque lac coactum.

1892. MARCHANTIA fronde æquabili, cyathis ferratis, bacillis umbellatis & stellatis octifidis.

Lichen domesticus minor stellatus, aque ac umbellatus, ac cyathophorus DILLEN. p. 527. t. 77. f. 7.

Lichen secundus LOBEL. ic. II. p. 246.

Marchantia stellata MARCHANT. Mem. de l'Acad. ann. 1713. t. 234.

Marchantia capitulo eleganter dissecto, stellato, radiis ad extremitatem complanatis, & infra instar cochlearis excavatis MICHELI t. I. f. 4.

& Marchantia capitulo stellato radiis teretibus EJUSD. p. 2. t. I. f. 2.

β. Umbellis folis Lichen tertius LOBEL. ic. II. p. 246.

Marchantia capitulo non dissecto MICHELI p. 2. t. I. f. 5.

Marchantia squamis marginalibus, calyce plano SCHMIEDEL. t. 9. p. 38.

& Lichen fontanus major umbellatus EJUSD. t. 9.

γ. Cyathifera.

Adarces RYFF. p. 924.

Lichen petræus, calyce feminifero KYLLING. p. 84.

Nobis alpina est, quam DILLENIVS domesticam facit. Ex valle Frenieres.

Minor est, breviori fronde, minus divisa, linea destituta: petioli breviores: capitula stellata, multo minora, non ita umbellata: folia imbricata, subtilius reticulata, per marginem sinuata. Scyphi folia plantam reparatura continent, similiter dentati. Umbellata capitula, non profunde sexfida, octofida, inferne squamosa. Sub angustiori parte radiorum, nam extrema dilatatur, supra squamas, series est folliculorum ovatorum, qui mihi videntur florum prioris speciei esse initia, longa pariter serie disposita, etiam octona. Sub stellatorum capitulorum decem radiis ex ordine subjectæ & interjectæ membranæ dentatæ, & inter eas quadridentatæ capsulæ, ex quibus de seta villosa & globosa anthera prodit, quæ effuso polline villoso, dentatum marginem revolvit.

Ad priorem proxime accedit, & vix differt, nisi lineæ nigræ defectu, capitulis minoribus, fronde minus evidenter tessellata, breviori & rotundiori.

Umbellatas plantas separat Cl. SCOPOLI *setis angulosis rubris, capsula octifida, verrucosa, radiis ovatis* p. 119. Et olim separavi.

Marchantia & Marsilea, cum foliaceæ naturæ sint, manifesto ad Muscos pertinent, a Lichenibus diversæ.


ANTHO-

b) Glabros DILLENIVS.

\*) MICHELIUM hic secutus sum, nonnihil a DILLENIO

dissentientem, sed numerum capsularum alterius MARCHANTIE SCHMIEDELIANÆ icones confirmant.





## ANTHOCEROS MICHELI p. 10.

LINNÆI n. 1201.

SCHMIEDELI in icon.

Facies Marfileæ; sed cyathorum stellatorum loco per frondem stellæ quinque tuberculorum, inter quæ ova subrotunda sedent. Sed aliæ setæ adscendunt, cornuum similes, subulatæ, rectæ, acutæ, in duas valvas dissilientes, cum septo medio. Et septo & valvis globuli adpenduntur, ex acinis subrotundis compositi.

- \*1893. ANTHOCEROS frondibus indivisis, sinuatis, levibus LINN. p. 1606.  
*Anthoceros major* MICHELI p. 11. t. 7. f. 1. SCHMIEDEL. t. 19.  
*Lichen hepaticus pediculis gramineis* BUXBAUM. Cent. I. t. 61. f. 1.  
*Anthoceros foliis majoribus minus lanceolatis* DILLEN. p. 476. t. 68. f. 2.

Cl. STÆHELIN circa *Hoblehn*.

Folia imbricata, rotunde lobata, & parum divisa. Cornua uncia etiam longiora, ex media fronde, de cylindrica crassiori vagina nascuntur, ab apice incipiunt findi, & denique tota dividuntur.

- \*1894. ANTHOCEROS fronde lineari, triplicato pinnata *Emend. III. n. 81.*  
*Anthoceros folio tenuissimo, multijido* DILLEN. *Hist. Musc.* p. 477. t. 68. f. 4.  
*Anthoceros foliis bipinnatifidis linearibus* LINN. p. 1606.

Etiam istam STÆHELINUS legit, in sylva montis *Münchenstein*, & ad me misit, ego vero cum DILLENIO communicavi: non alibi hætenus inventam.

Frons uncialis, ramolissima, pinnata, ad angulos rectos divisa, pinnis pinnatis, omnibus fere linearibus. Seta flavum pollinem emittit, & ex summorum ramorum divisionibus prodit.

## RICCIA MICHELI t. 57. p. 106.

LINNÆI n. 1200.

Habitus *Marchantiæ* 2. sed ajunt, in mare antheram sessilem apice dehiscentem reperiri; in femina planta fructum globosum unilocularem, polyspermon. Verum obscura a) utriusque partis, & antheræ potissimum natura, DILLENIO movit, ut cum Lichenibus relinqueret, neque ego in tanta totius habitus affinitate longe removerim. Et ipse MICHELIUS filamentum admisit, antheram rejecit.

- \*1895. RICCIA fronde reticulata, æquabili, lobis bipartitis & tripartitis, lobulis triangularibus.

An *Riccia minima pinguis, adspergine crystallina perfusa* MICHELI p. 107. t. 57. f. 5. Accedit ob pilos.

In aquæ superficie legimus STÆHELINUS, KÖNIGIUS & ego, in fossis, quæ clivo prope *Michelfelden* parallelæ descendunt.

Ex communi centro octo foliola fere in orbem sparguntur, reticulata, areis hexagoniis, in duos tresve crassos triangulares lobos fissa, inferne pilis obsita, nervo medio depressiori divisa, quæ nota a DILLENIANA planta dissentit.

- \*1896. RICCIA fronde reticulata, æquabili, lobis denticulatis obtusis, simplicibus & cordatis.

An *Hepatica palustris, foliis cristatis* VAILLANT. t. 19. f. 2? ob puncta & lineam obscuram.

*Riccia minor latifolia pinguis, adspergine crystallina perfusa* MICHELI t. 57. f. 3.

*Lichen palustris, Ruta folio Celsii* DILLEN. *Sylv.* p. 534. t. 78. f. 12.

*Riccia frondibus superficie papillofis* LINN. p. 1605.

Inter *Lenticularum* conferta agmina.

Frondes viridissimæ, pariter ex communi centro sparsæ, reticulatæ, subrotundæ, & cordatæ, obtuse denticulatæ. Subtus copiosissimæ radiculæ, quas DILLENIO non habet.

- \*1897. RICCIA fronde fulco divisa, lobis bifurcatis, lobulis lanceolatis obtusis.  
An *Riccia minima, segmentis brevioribus & obtusioribus, profunde sulcatis* MICHELI p. 107. t. 57. f. 8. DILLEN. f. 14?

R 2

*Riccia*

a) Florem se non reperisse MÆRZE *Flor. Frisic.* p. 70.



## \*1900. HYDROPHACE monorrhiza, foliis planis ovatis.

*Lens palustris* CAMERAR. *Epit.* p. 852. BLAKWELL. t. 380.

*Lenticularia minor monorrhiza*, foliis utrinque viridibus MICHELI p. 16. t. II. f. 3.

*Lemna foliis sessilibus utrinque planiusculis*, radicibus solitariis LINN. p. 1376.

Vulgatissima in aquis stagnantibus.

Folia ut in prioribus, agminata, latis cespitibus aquæ superficiem occultant, viridia; glabra & plana. Figura ovi, vertice acutiori, & obtusiori; caro pulposa. Radicula unica.

Lenticula putatur refrigerare, fotuque inflammationes tollere, etiam cum lacte cocta f); metus tamen est, ne frigore noceat. Ad podagram MARCELLUS g).

## 1901. HYDROPHACE caule filiformi, foliis ellipticis, lanceolatis, viviparis.

*Lenticularia ramosa monorrhiza*, foliis oblongis, pediculis longioribus MICHELI p. 16. t. II. f. 5.

*Lenticula aquatica trifurca* C. B. I. B.

*Lemna foliis petiolatis lanceolatis* LINN. p. 1376.

In aquis Tiguri, Basileæ, Fridlingæ. In Aquilejensi dominio, circa *Herzogenbuchsee*.

Cauliculi natantes filiformes, per intervalla ramosi, hoc modo fiunt. Folia ex elliptico lanceolata, acuta, simplicia, & trifurca: eorum quodque edit duo folia lateralia similia h), quæ primo suam notam imprimunt, & paulo post, quasi ablactata secedunt. Ad concursum trium foliorum papilla eminet, quæ unicam radiculam, suo præpilatam cono, dimittit. In folio conspicui utriculi.

f) FOERSTUS. TOURNEFORT. *Hist. des plantes autour de Paris*. GARIDEL, p. 277.

g) p. 250.

b) Generatio vivipara! Lenticulæ exstat apud VALISNERIUM *Eph. Nat. Cur. Cent. I. append. t. 3. Galer. de Minero. V. p. 249.* LEEUWENHOEK. *Phil. Transf.* n. 283. TREMBLAY *polype* p. 205. in aliis speciebus.







- 1918 LICHEN scyphiger, infundibulorum fungulis coccineis.  
*Lichen circa Andersbergium THALII.*  
*Muscus terrestris floridus GREW. p. 237.*  
*Muscus pyxioides major WORM. p. 140.*  
*Lichen pyxidatus rugosus, prolifer & non prolifer, acetabulorum oris coccineis & tonentibus MICHELI ord. VIII. n. 3. t. 41. f. 3. tum 4.*  
*Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis DILLEN. p. 82. t. 14. f. 7.*  
*Lichen scyphifer simplex, integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis LINN. p. 1618.*  
 In ligno putrido, etiam Bernæ. A la Chauz d'Abelle, &c.  
 Accedit ad 1917. sed acetabula paulum difformia, ferrata & incisa, producunt magnos fungulos, coccinei latissimi coloris.  
 In Thuringia ad febres intermittentes adhiberi lego apud BRUKMANNUM <sup>n</sup>). Rubro colore tingit o).
- \*1919. LICHEN scyphiger, infundibulorum fungis fuscis.  
*Icon VAILLANT. t. 21. f. 11.*  
 Accedit ad 1918. sed tuberculis fungosis fuscis obitus, uti coccineus ille rubris.  
 In aliis exemplis similia, sed subcarnea, sunt fungiformia tubercula.
- \*1920. LICHEN pyxidatus maximus, profunde incisus, dentibus dentatis, punctatis. †  
 Cum nomine Lichenis pyxidati proliferi fuit inter herbas siccas I. S.  
 Elegans: infundibuli collum longum & perangustum, acetabulum amplum, planiusculum, foliosum, proliferum, similes edens pyxides pariter angusto collo, lato acetabulo, pariter folioso, & secundo prolifero, secundis acetabulis gracilibus & perexiguis.
- \*1921. LICHEN scyphiger, infundibulis spinosis. †  
 Prioris hactenus affinis subalpinus.  
 Acetabula latissima, repanda & ferrata, etiam lacera. Ex eorum cavea undique efflorescunt spicula, acuta, in coronæ speciem disposita, in apice suo puncto ruberrimo notata, initio quasi proliferi coccinei. Totus habitus præterea verrucis obducitur.
- \*1922. LICHEN cylindricus, fungo fusco terminatus. †  
 Accedit femorali DILLENII tubo cylindrico, absque acetabulo, terminato uno, pluribusve majusculis fungis fusci coloris.
1923. LICHEN infundibulis glabris proliferis.  
*Lichen pyxidatus prolifer VAILLANT. t. 21. f. 5.*  
 Inter varietates Lichenis G. DILLENII K. L. M.  
 Inter varietates Pyxidati LINN. p. 1619.  
 Aliquanto rarior, cum prioribus: plerumque vero infundibula prius prolifera sunt, quam margo ferris incidatur.  
 Ex infundibulo Lichenis 9. Enum. novum infundibulum prodit, unum, deinde duo, & denique plura, quæ coronam novæ prolis ex margine primi infundibuli efficiunt. Deinde, ne nimis multas species faciam, secunda ista infundibula tertia generant, & denique quarta, eo minora, quæ superiora.
1924. LICHEN infundibulis ferratis proliferis.  
*Muscus pyxioides BARRELIER. ic. 1278. n. 11.*  
*Muscosungus pyxidatus, calyce altero alteri imato HIST. OXON. III. p. 632. f. XV. t. 7. f. 4.*  
 & *Lichen pyxidatus, Endivia folio MICHELI ibid. n. 10. t. 42. P. P.*  
*Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis DILLEN. p. 811. t. 14. f. 8.*  
*Lichen scyphifer ramosus, denticulatus, filiformis LINN. p. 1619.*  
 Hæc vulgatissima sp. nascitur ex Lichene ferrato, cujus infundibula nova infundibula, sui similia generant, prole etiam tertium repetita.
- \*1925. LICHEN infundibulis proliferis ferratis, foliosis & verrucosis. †  
 An *Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis DILLEN. p. 84. t. 14. f. 9.*  
 Varietas est proliferi, marginibus ferratis, verrucosis & foliosis, cæterum cavis acetabulis.

<sup>n</sup>) Epist. 57.

<sup>o</sup>) K. wetensk. acad. handl. 1745. p. 245.

- \*1926. LICHEN pyxidatus extus prolifer. †  
Viridibus globulis & intus obductus, rubro margine. Passim vero ex superficie exteriori parva acetabula intus rubentia nascuntur, qualis prima pyxidati lichenis facies est. Alpinus.
1927. LICHEN infundibulis proliferis, fungulis coccineis.  
*Muscus pyxioides, labellis saturate croceis* BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 142. t. 104.  
*Muscifungus pyxidatus, calyce altero alteri innato, apicibus nunquam coccineis* HIST. OXON. l. c.  
*Muscus multiformiter pyxidatus, capitulis, seu apicibus, coccineis* PLOT. *natur. hist. of Staffordshire* t. 14. f. 1. p. 199.  
*Lichen pyxidatus, acetabulorum oris coccineis & tumentibus* VAILLANT. t. 21. f. 4. bene & ut suspicor f. 2.  
*Lichen pyxidatus, rugosus, prolifer (& non prolifer), acetabulorum oris coccineis & tumentibus* MICHELI p. 82. n. 3. t. 41. f. 3. & ibid. n. 4.  
*Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis* DILLEN. p. 82. t. 14. f. 7.  
In alpinis frequentior, etiam in sylvis, in paludosis *Chaux d'Abelle*.  
Fabrica Lichenis 1924. sed ora superior infundibulorum pulcherrimis coccineis fungis obfita.
1928. LICHEN infundibulis proliferis, fungulis atrofuscis.  
*Lichen circa Andersberg, capitulis atris* THAL. p. 73.  
Inter varietates Lichenis 9. DILLENII.  
*Lichen squamosus, acetabulis dense congestis* VAILLANT. t. 21. f. 10.  
*Lichen pyxidatus, acetabulorum oris proliferis, receptaculis florum rufescentibus* MICHELI t. 41. n. 8. f. 7. etiam 8.  
Similis paulo priori. Funguli in juniore Lichene pallide & ineleganter carnei, in adulto fusci; scyphi varie proliferi, laceri & difformes.
- \*1929. LICHEN infundibulis proliferis, foliosis & fungosis.  
*Muscus cornucopioides cristatus* BOCCONE *Mus. di Piant.* t. 107. & t. 8. p. 21.  
*Coralloides scyphiforme, marginibus radiatis & foliatis* DILLEN. p. 85. t. 14. f. 9.  
*Lichen folio brevior, tuberculis coccineis* LINN. p. 1619?  
Iste de supremis infundibuliformis & folia producit, & fungulos atros in brevibus artibus gerit.
- \*1930. LICHEN asper, infundibulis gracilibus, corniculis foliosis & verrucosis, fungiferis.  
Passim in montanis, ut in *Creux du Vent*, & ipse legi & Cl. GAGNEBIN.  
Videtur nasci ex corniculato viridi, duriori. Ejus enim colorem habet & duritatem; cæterum biuncialis, jam coralloidum similior, cylindricus, acetabulis angustis, difformibus, foliosis, verrucosis, fungis coronatis, proliferis, variis modis.
- \*1931. LICHEN infundibulis tubiformibus prolifer. †  
Circa *Roche* in rupibus.  
Graciles huic longi & fere cylindrici tubuli; infundibula angusta, ut tubas fere referant, earum ora tota fungis fuscis coronata: reperiuntur simplices, proliferi, & ramosi, sed multo altiores, quam 1925. neque verrucosi.
- \*1932. LICHEN infundibulis foliatis, punctatis. †  
*Lichen* MICHELI t. 42. f. 3.  
Circa *les Plans*.  
Foliacea natura cum acetabulis confunditur. Nam crusta ipsa passim petiolum habet; & erigitur, ut speciem aliquam palmati infundibuli, vere foliaceam exprimat. Deinde vera infundibula simplicia & prolifera, in latas foliosas lacinias expanduntur, ut hactenus ad pulmonarios Lichenes hi pyxidati accedant. Intermiscentur parvi in ferris infundibulorum fungi, absque verrucis.
- \*1933. LICHEN triplicato prolifer, acetabulis angustis foliosis. †  
Est ex amplissimis, pyxidibus tamen pergracilibus, petiolo filiformi, acetabulis triplicato proliferis, ultimis acetabulis tubarum similibus, inferioribus etiam foliosis.  
Inter plantas siccas SCHEUCHZERORUM.



- \*1934. LICHEN infundibulis explanatis fungiferis.  
*Coralloides scyphiforme, foliis alcorniformibus cartilagineis* DILLEN. p. 87. t. 14.  
*Lichen pyxidatus endiviae crispae folio, prolifer, acetabulorum oris crispis* VAILLANT. t. 21. f. 3.  
 Reperi circa *Regenstein*, & DILLENIIUS misit.  
 Foliacea expansio vulgaris pyxidati, potius amplior, eleganter rotunde semipinnata. In aliis exemplis acetabula prolifera ferrata, coronata; in aliis, ut in nostro, innumerae scutellae de ora ramorum efflorescunt, & de medio. Vetus folia difformia, nigricantia, contracta, femicava, palmata, exasperata, per ambitum lata, dentata, fungulis coronata, ut folia ab acetabulis non distinguas.
- \*1935. LICHEN fronde undique ex medio scyphigera, semipinnata, rotunde lobata. †  
 Haec est varietas 12. A. DILLENII t. 14. & MICHELI t. 42. f. 1. 2. absque nota ordinis.  
 Etiam subalpina.  
 Cum cumatili comparavi, neque tamen cum eo manere potest.  
 Folia fere Endiviae facie virentia, inde obscure lignea, fere Coffeae colore, eleganter per oras lobata & rotunde circumferrata, firma & dura. Inferior superficies undique albissima, qua nota ab omnibus Lichenibus adfinibus recedit. Scutellae numerosae, alte petiolatae, fere aliqua pyxidati facie semilobatae, subrubellae, ora minute ferrata, multo vero, quam pyxidato, duriores, & continuo ut prodeunt, jam cavae.  
 Ab alcorni veris pyxidibus de superficie efflorescentibus differt, & ramis minime palmatis.
- \*1936. LICHEN pyxidatus prolifer multiformis, acetabulis foliosis, cylindricis & spinulosis. †  
*Lichen dentatus major prolifer rugosus & fuscus* H. SCH.  
 Totus obscure ex umbrino cinereus. Frondes ut in vulgari, sed acetabula mire deformata, ut vix verbis exprimas. Trunci sunt lati, difformes, foraminibus pertusi & reticulati. Hi ramos edunt etiam repetito divisos, latos etiam, in deformia acetabula exeuntes, alias mere foliosae, alias difformiter multifida, coronae muralis similia: alias propiora acetabulis, tamen cylindrica nimis, crenata, brevibus denticulis, multa ex uno acetabulo difformi. Alias adeo gracilia sunt acetabula, ut filorum fere similia sint.
- \*1937. LICHEN infundibulis proliferis palmatis, ferratis & punctatis. †  
*Coralloides cornucopioides incanum, scyphis cristatis* DILLEN. p. 94. t. 15. f. 17.  
 Crusta vulgati. Tubuli lati, difformes, verrucosi & lacunati, complanati. Eorum finis varius. Alii ramos educunt simplices, breves; alii acetabula angusta, punctis subnigris coronata. Eadem prolifera sunt etiam, varie & difformiter, & ultima acetabula habent palmata ramosa, ramulis saepe minimis punctis nigris terminata. Passim etiam cauliculi foliosi sunt.
1938. LICHEN pyxidatus, difformis, acetabulis cornigeris.  
*Coralloides crassius subincanum, calycibus dentatis* DILLEN. p. 95. t. 15. f. 18.  
*Lichen scyphifer simpliciunculus, subventricosus, calycibus dentatis* LINN. p. 1520.  
*Lichen caule simplici, apice acuto, seu calyce turbinate terminato* LINN. flor. lapon. t. 11. f. 3.  
 Tubuli recti pene cylindrici. Acetabula valde difformia, cornuta, cornubus longis conicis; caulis ad varios angulos flexus & brachiatus. Habitus albus & mollis, saepe in arcum flexus; caulis ex ejus convexitate ramos conicos parum ramosos emittit.
- \*1939. LICHEN infundibulis palmatis, fungulis coccineis.  
*Coralloides ramulosum, tuberculis coccineis* DILLEN. p. 95. t. 15. f. 19.  
*Lichen scyphifer ramosissimus, ramis cylindricis, calycibus integris, nodosis* LINN. p. 1620.  
 Scyphi palmati, rudes, eorumve loco rami filii in ramulos breves, congestos, terminatos fungulis coccineis.
- \*1940. LICHEN corniculatus bicornis & tricornis, coccineo puncto terminali. †  
 An *Lichen minimus terrestris, foliis perexiguis, receptaculis florum rufescentibus*, MICHELI t. 10. n. 2. f. 1?  
 Crusta pyxidati vulgaris, cornicula brevissime ramosa, punctis coccineis, omnium minimis terminata.
- \*1941. LICHEN verrucosus bicornis & tricornis, fungulis fuscis terminalibus. †

- Coralloides parum ramosum, tuberculis fuscis* DILLEN. p. 97. t. 15. f. 20. ut tamen icon 19. C. fere propior nostræ sit.
- Lichen minimus terrestris, foliis perexiguis, receptaculis florum fuscis* MICHELI t. 42. ad 10. f. 2. In fylva versus *Merklingen*. Versus *Zweylüttschinen*.
- Tota crusta foliacea, oblita verrucis; sic infundibula, quorum aliqua simplicia, pleraque prolifera & ramosa sunt, ramis duobus, & tribus, quos omnes fusca tubercula fungosa terminant.
- \*1942. LICHEN verrucosus minimus, infundibulis bifidis & trifidis, fungis fuscis terminalibus. †  
Omnium minimus, crusta tamen pyxidati vulgati, verrucosa. Capitula in tubulis biuncialibus, bifidis, trifidis, etiam palmatis, vix infundibuli naturam retinentibus, fungosis, fuscis fungulis terminatis. Intercurrunt integra, & obscure divisa acetabula.
1943. LICHEN asper, infundibulis gracilibus, corniculis ramosis.  
*Lichen pyxidatus & corniculatus prolifer* SCHEUCHZER. It. I. p. 42. t. 5. f. 8.  
*Lichen pyxidatus & ramosus prolifer, e viridi obsoleto lutescens* MICHELI p. 80. t. 41. f. 1.  
Ex corniculato duriori virescente nascitur, ejusque naturam conservat.  
Vix potest esse *Lichen* 16. DILLENII, mollis & maximis caulibus.
1944. LICHEN caulibus scyphigeris & corniculatis, corniculis ramosis.  
*Lichen pyxidatus & corniculatus albidus minor & gracilior* MICHELI p. 81. n. 7.  
*Muscus corniculatus* TABERNEMONT. p. 809. I. B. III. p. 767. PANGOV. ic. 16.  
DILLENIIUS inter varietates Lichenis corniculati habet.  
Crusta foliacea, ut in vulgari: cornua similia & admista acetabula. Sed alia & plurima cornua in duos pluresve breves ramos finduntur.
1945. LICHEN corniculis erectis ramosis, infundibulis gracilibus.  
*Lichen montanus corniculatus* HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 1. VAILLANT. t. 26. f. 7. absque scyphis.  
*Lichen pyxidatus & corniculatus cinereus, angustior & elatior, corniculis longioribus* MICHELI n. 7. t. 41. f. 3.  
& *Leprosus* ibid. f. 4.  
DILLENIIUS ad n. 1.  
*Im Burgdorffbölzlein*. Etiam in subalpinis.  
Durior priori, major, cornubus biuncialibus. Plerique trunci mera cornua producant, ramosa, paucis tamen ramis. Aliqui tamen acetabula habent, eaque simplicia, aut fungis nigris undique oblita.
1946. LICHEN infundibulis proliferis & corniculatis erectis.  
*Coralloides scyphiforme ferratum elatum, caulibus gracilibus glabris* DILLEN.  
*Lichen pyxidatus, corniculis aduncis* MICHELI ord. VII. t. 41. f. 2.  
& *Lichen alpinus* EJUDEM ibid. f. 5.  
Passim reperi circa *Rheinhausen*, *Schleisreisen*, & alibi in Germania.  
Proliferi genus est, per quod transitur ad Coralloideos Lichenes. Crusta foliacea vulgaris pyxidati. Tubuli longi, graciles, cylindrici; acetabula perangusta, vix cava. Ex eorum ora alias prælonga cornua, alias & tubuli, in nova acetabula proliferi. Longus inde & gracilis, & ramosus habitus fit; denique veri coralloidei Lichenis similis. Albus fere cæterum, & polline dense adsperfus.
- \*1947. LICHEN cornutus, scyphis cornigeris & fungosis. †  
In plantis maximis illius viridis Lichenis adfinibus reperi: folia parva imo cauli adsperfa, scutellas frequentes, terminatrices, ferratas & laciniatas, etiam cornua edentes, & pyxides, ferratas, denique foliosas & coronatas fungis fuscis.
- \*1948. LICHEN spadiceus caulibus foliosis, scyphigeris & corniculatis. †  
Inter SCHEUCHZERORUM plantas.  
Ex alpino spadiceo nascitur, caulibus foliosis, foliis adpressis, ramis partim in cornicula abeuntibus, & partim in graciles ferratasque pyxides.
- \*1949. LICHEN pyxidatus, ferratus, cornubus ramosis subpyxidatis. †

In M. Sylvio.

Ex eodem alpino aspero natus, gracili infundibulo, undique coronato, dentibus punctatis, capitatis: Alii rami in brevibus infundibula abeunt, longi alii in ramosa corna, & nova imperfecta infundibula.

\*1950. LICHEN pyxidatus & corniculatus spadiceus, tuberculofus. †

*Lichen tubulatus verrucosus, ex obscuro virore flavescens* H. SCH.

Pertinet ad nostrum spadiceum maximum.

Multiformis in eodem cespite, totus tamen spadiceus, durus, cortice non verrucoso quidem, sed rugoso, tuberculoso, difformi. Alia cornua simplicia, acuta: alia in cylindrum abeunt paulum dilatatum, quod acetabuli principium est. Alii in acetabulum conicum, tamen gracile, oris dentatis, dentibus nigricantibus: alii ramosi, & cornuti, non repetita divisione, sed multis ex curvo trunculo ramis difformibus, finibus breviter spinulosis.

\*1951. LICHEN prolixus & corniculatus, corniculis brevissime digitatis, fungiferis. †

*Muscosungus gracilior, ramosus, calycibus serratis* HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 6.

*Lichen pyxidatus ramosus, acetabulis subvriatis* MICHELI p. 81. n. 10.

& *Lichen pyxidatus & corniculatus, alpinus, ex fusco cinereus, pyxidulis crenatis* EJUSDEM t. 41. n. 7. f. 5.

Videtur inter Lichenes esse 17. DILLENII.

In subalpinis circa Interlachen, &c.

Ultimus pyxidatorum Coralloideos orditur. Crusta est vulgaris pyxidati: infundibula informia, dentata, denticulis rubro fusco, rotundo, fungulo terminatis. Ex infundibulis, & ex caule præter infundibula, alii rami ramosi, coralloidei, exeunt, quorum ultimus finis ad acutissimos angulos finditur, in furculos brevissimos, fungulis convexis, fuscis, terminatos. Albus est ut 1944. polline niveo conspersus, etiam foliosus & verrucosus. Differt a cornucopioide ramis brevissime ramosis.

## II. LICHENES CORALLOIDEI CORALLOIDE DILLEN.

His fruticosa, ramosa, facies est, funguli convexi.

\*1952. LICHEN fruticosus, vage ramosus, foliosus, extremis ramis palmatis fungiferis. †

*Lichen coralloides tubulosus major montanus, e cinereo viridi rufescens, caulibus recurvis, nonnihil foliosis, inordinate dispositis, receptaculis florum crassioribus rufescentibus* MICHELI t. 40. f. 5.

*Coralloides sparsum, caulibus tortuosis & spinosis* DILLEN. Sylv. p. 101. t. 16. f. 25.

Bernæ non rarus, in sylva Bremgarten; circa Drakau; etiam in subalpinis circa les Plans. In area du Creux du Vent.

Ex maximis totius classis. Foliacea crusta pyxidati vulgaris; aliqua foliola toti caulis longitudini adherent, quorum loco, in aliis exemplis, breves & angustæ quasi spinulae sunt, simplices & bifurcatæ. Fruticulus ramosus, vagus, dichotomus, latus ad lineam, cavus, durus, asper, fragilis, multo fusco colore tinctus. Ultimi furculi in plurimos confertos ramos dividuntur, quibus majusculi, ad lineam lati, subcarnei, & aurantii, funguli insident, per ætatem fusci. Sæpe ultimi rami aperiuntur, & palmati desinunt. Et caulis etiam compressus subinde atque rugosus est.

β. *Lichen coralloides tubulosus, medius, e cinereo viridis, ramulis erectis, nonnihil foliosis, extremitatibus apertis & palmatis, receptaculis florum rufescentibus exiguis* MICHELI l.c. f. 4. & *Lichen* f. 6. ibid.

Bernæ in sylva Sedelbach, Interlaci, &c.

Juniora videntur exempla, alba cum virore, receptaculis punctorum hætenus similibus.

1953. LICHEN coralloides foliosus & palmatus, ramulis confertis foliosis, bifidis, fungiferis. †

*Lichen arboreus, coralloides, auritus, ramulorum extremis fuscis & tumulentibus* H. SCHEUCHZ.

Accedit duro folioso Coralloideo 1952. Sed multo elegantior est.

Caulis duriosculus, teres, cavus, subinde ad genicula apertus, crassus, versus ultimos ramorum fines totus planus & palmatus. Frons passim adpersa, rami vero ultimi omnigeni, foliis misti, amplii & foliosi, finibus breviter bifidis, fungis parvis magnisque, nam intercurrent fungii lineam lati, latiores subrubelli, & obscure flavi. Conferti prodeunt, ut longissimo cespite quisque ramos terminetur.

V

1954. LICHEN

- \*1954. LICHEN caule fruticoso, subfoliofo, ramis adscendentibus repetito bifurcatis, punctiferis.  
*Muscovingus montanus corniculatus* HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 1. VAILLANT. t. 26. f. 7.  
*Muscus cornua Cervi referens, corniculis brevissimis* BARRELIER. ic. 1307.  
& *Muscus coralloides* EJUSD. ic. 1277. p. 22.

*Lichen coralloides tubulosus minor* & *gracilissimus, subviridis, ramulis erectis, nonnihil foliosis, receptaculis siccis rufescentibus* MICHELI t. 40. D. non bene. Plures eo refert DILLENIUS.  
*Coralloides corniculis brevioribus* & *crebrioribus* DILLEN. p. 104. t. 16. f. 27.

Ad priorem 1952. valde accedit, quem in Germania passim cinereum legi; in *Gottbarde* virentem. Habitus perinde durus & levis, absque molli farina sequentium; & caules recti adscendentes, ramique ad angulos acutissimos divisi. Crustra foliacea ad caulem rarior, aut nulla. Rami utique crebriores & breviores, quam priori, furculis perinde acutissimis, digitatis. Gemini ternive funguli similes, perexigui, rotundi, spadicei.

- \*1955. LICHEN caule fruticoso, erecto, ramis adscendentibus dichotomis.

Huc refert DILLENIUS *Muscum corniculatum* TABERNÆMONTAN. p. 809.

*Coralloides corniculis longioribus* & *rarioribus* DILLEN. p. 102. t. 16. n. 26.

*Lichen fruticulosus, subdichotomus, ramis simplicibus subulatis* LINN. p. 1621.

A *Lichene* 1944. & 1945. differt.

Magna copia reperi in monte *Auerberg*.

Crustra foliacea *Lichenis pyxidati*; passim etiam ad caulem adhærescens. Cauliculi fruticosi, parum ramosi, & ad parvos angulos, albidi, etiam glebis cinereis adsparsi, cæterum leves, absque polline illo tenui sequentis. Tubuli cavi, clausi, non palmati. Rami subito bifurcati, trifurcati, ramulis ultimis brevissimis. Funguli perexigui, fusci.

- \*1956. LICHEN caule fruticoso, folioso, ramis subnutantibus, minute multifidis, fungiferis.

*Coralloides fruticuli specie, candicans, corniculis rufescentibus* DILLEN. p. 110. t. 16. f. 30.

LINNÆUS pro varietate habet, sed nimis a molli dissentit.

Inter mollem 1957. & eum ambigit, qui *corniculis est brevioribus* 1954. Habet, ut iste, crustam foliaceam, qua mollis caret, habitum vero magis vagum minusque densum, duriolem, humiliorem, fuscum, ramulos minimos, minus nutantes, colore rufo.

1957. LICHEN fruticosus, farinosus, furculis innumeris, nutantibus.

*Muscus corallinus, seu Coralloides montanum* TABERNÆMONT. p. 810.

*Coralloides montanum, fruticuli specie, ubique candicans* DILLEN. p. 107. t. 16. f. 29.

*Lichen coralloides tubulosus. major, candicans, ramosissimus, receptaculis siccis rufescentibus perexiguis* MICHELI p. 79. t. 40. f. 1.

Icon OEDERI t. 180.

Abunde circa Bernam prope *Drakau*. In montanis, ut in *area du Creux du Vent*. Cum primis hujus classis convenit habitu fruticoso, ramosissimo, altitudine ad femipedem, tubulosa natura, ad alas aperta. Verum mollis est, & totus farina alba obducitur. Deinde rami multo minores, tenuiores, & magis multiplicati, demum aciculares, teretes, sæpe nutantes. Nulla crusta foliacea, ut ad *Usneas* nunc propius accedamus. Funguli frequentes, etiam racemosi, pallide rubelli & fusci.

Hic Lichen est, quo *Rangiferi* pascuntur, in sylvis ambustis frequente, nobis in *ericetis*. Ob solidiorem omni *gramine*, magisque farinosum, cibum videtur lac eorum animalium pinguisimum esse, & *butyrum sebi simile*. Ob eandem cibi bonitatem *cornua huic Cervi speciei non delabi BUFFONIUS a)*. Sed neque capris, neque vaccis delabuntur. Etiam pecora, perinde ut *Rangiferos*, eo *Lichene* pasci posse b) lego. Nobis nullo in usu est, posset autem ad *cyprium pollinem* adhiberi.

B. *Muscus terrestris coralloides erectus, corniculis rufescentibus* C. B. Prodr. p. 18. n. 1.

*Coralloides fruticuli specie, candicans, corniculis rufescentibus* DILLEN. t. 16. n. 30.

- Non puto vere differre, quem in paludibus montis *Bructeri*, circa *Interlachen* & alibi legi.

Minor est, rami innumerabiles, subinde rufescentes, spinulæ nullæ; sed folia nonnunquam adspersa; habitus paulo laxior, color magis fuscus. Ita DILLENIUS, sed mihi ii foliosi *Lichenes* videntur ad 1952. pertinere.

1958. LICHEN

a) T. XIV. p. 333.

b) K. zw. wetensk. acad. handl. 1748. Trim. II. ad fin.

- \*1958. LICHEN corniculatus verrucosus, cavus, intus anthracinus, fungulis minimis. †  
 In sylvis & agris.  
 Accedit ad mollissimum 1957, qualis maximus provenit, nam sesquilineam latus, femipedalis nascitur. Frutex ramosus, ramis supremis subito gracilescentibus, nutantibus, brevissime multifidis, fungulis vix conspicuis notatis. Totus autem obducitur globulis distinctis, cinereis, ipse totus anthracinus & cavus, passim late apertus, & complanatus. Mollis intus albus est.
1959. LICHEN fruticosus, levis, perforatus, spinosus, ramulis punctiferis.  
*Coralloides cornua cervi referens* H. SCHEUCHZ.  
*Coralloides asper corniculis tenuioribus bifurcatis* H. SCHEUCHZ.  
*Muscus coralloides mollior* & *clatior, albidus, tubulosus* HIST. OXON. III. p. 633. *sect. XV.*  
*t. 7. f. 7.*  
*Lichen coralloides tubulosus, albidus major* & *mollior, caulibus crassioribus, minus ramosis, receptaculis florium perexiguis rufescentibus* MICHELI *t. 40. f. 2.* & *p. 79.*  
*Coralloides perforatum majus molle* & *crassum* DILLEN. p. 98. *t. 16. f. 21.*  
 In Creux du Vent legi, misit etiam DILLENIUS.  
 Multa habet similia prioris, staturam præaltam, diametrum linearem, tubulum cavum, caulem ramosum, spinulis simplicibus & bifidis sæpe adpersum, ut 1952.  $\beta$ . sub apice & in geniculis apertum. Cæterum funguli minores sunt; color flavus, levitas summa, & mollis habitus, minus repetito dichotomus.
- \*1960. LICHEN fruticosus, levis, perforatus, cauliculis palmatis brevissimis.  
*Coralloides perforatum minus* & *tenue* DILLEN. p. 99. *t. 16. f. 22.*  
*Lichen fruticulosus perforatus, ramis brevissimis acutis* LINN. p. 1621.  
 Utique flavedine, levitate, defectu foliosæ in caule crustæ, cum priori 1959. convenit; sed humilior est, uncialis, minus ramosus, extremis ramulis perexiguis, ternis, quaternis, meris punctis subnigris terminatis. Ad basin aliqua crusta pyxidati similis.
- \*1961. LICHEN caule fruticoso, compresso, ramosissimo, ramulis punctiferis. †  
*Lichen coralloides tubulosus, alpinus, major* & *durior, ex cinereo vivescens, cauliculis primariis nonnihil compressis, ab imo ad summum, in ramulorum apicibus receptaculis florium rufis* & *perexiguis ornatus* MICHELI p. 80. *n. 9.*  
 J. GESNERUS ex alpebus misit.  
 Levitas, color ochroleucus prioris, sed multo humilior est, cauliculis compressis non teretibus, ad sesquilineam latis. Ramos confertos & frequentissime edit. Apices finduntur in ramos brevissimos. Funguli vix conspicui; neque apertus ad genicula caulium.  
 Valde accedit ad 1960.
- \*1962. LICHEN caule fruticoso, ramofo, erecto, densissime cespitoso. †  
*Coralloides minimum fragile, Madrepora instar nascens* DILLEN. p. 101. *t. 16. f. 25.*  
 Abunde reperi in monte Bruçtero.  
 Ita confertus nascitur, ut cespites nullo fere intervallo distincti sint. Cauliculi vix unciales, frequenter perforati, ramis brevibus, ex trunco prodeuntibus. Fines conferti, argutas spinas ex latiusculo furculo educunt. Color lutescens, in basi niger; habitus durus & fragilis.
1963. LICHEN caule fruticoso, fungifero, verrucis calcariis tecto *Emend. VI. n. 2.*  
*Lichen alpinus ramosus, glaucus, botryoïdes* SCHEUCHZER. *It. II. p. 137. t. 19. f. 4.* MICHELI  
*t. 53. f. 7.*  
 & *Lichen* EJUDEM *t. 53. f. 5.* ex LINNEO.  
*Coralloides crispum* & *botryforme alpinum* DILLEN. *Sylv. p. 114. t. 17. f. 32.*  
*Muscus cupressiformis ramosus* LOESEL. *ic. 48.*  
*Lichen fruticulosus solidus, tectus foliolis crustaceis* LINN. p. 1621.  
*Icon* OEDER. *t. 151.*  
 In alpibus passim legi, in Gemmio, Scheidek: J. GESNER & SCHEUCHZER in monte Speluga; iste in Adula; Gen. DE SAUSSURE circa Chamouny. In Krajalp Abbatis-Cellanorum. In mont. S. Bernhard, Rossboden, alpp. Grajis.  
 Crusta farinosa, loco foliorum. Habitus Coralloides, ramosus, & fruticuli similis, sed totus Lichen ejusmodi verrucis cinereis tartareæ naturæ tectus. Funguli passim per universam plantam magni, plani, fusci.









*Lichen terrestris, folio Eryngii* BUXBAUM. *Centur. II. p. 11. t. 6. f. 12.*  
*Lichen pulmonaria minor, &c.* MICHELI p. 85. t. 44. f. 4.  
*Lichenoides rigidum, Eryngii folia referens* DILLEN. *Sylo. p. 209. t. 128. f. 111.*  
*Lichen foliaceus adscendens, laciniatus, marginibus clavatis ciliatis* LINN. p. 1611.  
 Icon OEDERI t. 155.

β. Tenuioribus & crispioribus foliis DILLEN. f. 112.

γ. Tenuissimus nigricans, mundi muliebris (*Spizen*) instar textus EJUSDEM p. 113. t. 17. f. 32.

Maxima copia ubique in alpinis, etiam in montanis *Jura* ad terram & saxa.

Variabilis planta. Constans est, habere naturam ficcam, duram, ægre lacerabilem: ramos superne modice convexos, inferne concavos, oris adtractis: margines durioribus & exiguis foveolis passim deprellos, inferius eminentes, & pene spinulis ciliatis, sed multa varia sunt; alias simplex est, latus, planus, parum divisus, ramis bicornibus, lobis lanceolatis; alias, & quidem magis & magis subdivisus, gracilior, repetito dichotomus, durior, pene teres; denique in fruticulum dense ramosum abit, extremis finibus acutis. Color a glauco ad spadiceum ludit, & rubor innotuit sæpe se inmiscet, potissimum ad basin. Scutellæ rarissimæ ramos terminant, in transversum latus planæ, spadiceæ.

Subamarus i) est, amarore quasi volatili k), liquorem stillat subacidum l) fere ut frumenti spiritus; hinc inter vulneraria medicamenta censetur, ad fracta etiam consolidanda, cum Symphyto tritus m), interno usu idoneus n). In fuso theiformi sumto de utero hydatides depullas o) fuisse legas. Aqua cum recente Lichene decocta alvum ducit p), magis verno tempore, & juniore cum planta, experimento nuperis etiam periculis confirmato q). Siccatus vim istam deponit, farinamque dat Islandis familiarem r), & abunde in cibum recipitur s), cum lacte t) potissimum, etiam cum aqua coctus. Ad catarrhos etiam compescendos medica vi inclaruit v), & demum eo solo alimento, in jusculo decocto, phthisin sanare adgrediuntur x). Nuper Viennenses hoc Lichene ad tussim infantum & ad phthisin feliciter uti audio.

\*1979. LICHEN fronde convexa, oris plicatis, ramis brevibus, obtuse lobatis. †

*Lichenoides Eryngii folia referens, tenuioribus & crispioribus foliis* CELS. *Cat. plant. Upsal. DILLEN. p. 212. f. 112.*

In alpinis abunde, etiam montanis.

Multa similia Lichenis Eryngii folio, natura subcartilaginea, caules semicavi, conniventibus oris, & undulatis, ramosi, ramis in summo complicatis, & multiplicatis, crispa facie.

Ramorum fines in tres quatuorve obtusos quasi pedes terminati. Cilia mihi nulla.

1980. LICHEN corniculatus planus, ramulis capillaribus, scutellis petiolatis.

*Muscus alter πλατοπικνοδασυφυλλος* COLUMN. *Esphraf. I. p. 334. 335.*

*Muscus arboreus pyxioides pilosus* LOESEL. p. 171. ic. 50.

*Lichen cinereus arboreus, marginibus fimbriatis* VAILLANT. t. 20. f. 4.

*Lichenoides hispidum majus & rigidum, scutellis nigris* DILLEN. *Sylo. p. 150. t. 20. f. 45.*

*Lichen foliaceus erectusculis, laciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis, crenatis* LINN. p. 1611.

Iconem dat TOURNEFORT. t. 325. C.

Ad arbores pervulgaris.

Cespites facit liberos, & foliaceam expansionem satis similem habet Leucomelani, caulem duplicatum, in extremis apertum & palmatum, colore cinereo, glauco, etiam fusco, inferne albo. Divisio peracuta est, fimbriis capillaribus, recurvis. Scutellæ in summis ramis, & in caule, per vetustatem petiolatæ, aliæ sessiles, grandes, subnigræ, ora alba, per ambitum sæpe serrata & crenata, aliæ verrucis oblitæ.

X 2

β. Quando

z) Subasperum, deinde dulcem Cl. CRANZ. *Mat. med.* p. 86.

k) *ibid.*

l) *ibid.*

m) BREYNE.

n) HJARNÉ *svensk. vetensk. Acad. p. 173. BARTHOLIN. med. domest.*

o) *K. svensk. Acad. bandl. 1743. p. 106.*

p) BARTHOL. *Med. Danor. domestic. p. 77. BORRICH. HIARN.*

q) HARMENS *Med. Lapon. p. 17. sq. K. Acad. svensk. bandl. 1744. n. 3.*

r) HORREBOW.

s) IDEM p. 105. BORRICH. *K. svensk. Acad. I. c.*

t) HARMENS.

v) IDEM.

x) HJARNÉ. LINN.

- β. Quando per pluvias intumuit, tunc totus virefcit, & videtur esse *Lichenoides foliolis pilosis crassioribus, obscure virentibus, scutellis fuscis* DILLEN. *Syn. III.* p. 74. n. 68.
1981. LICHEN lacunofus, complanatus, ramis acutissimis, orbiculis farinofis, marginalibus frequentissimis.  
*Lichen pulmonarius, arboreus, angustifolius, scutis in marginibus foliorum* VAILLANT. t. 20. f. 13. & 14.  
*Lichenoides segmentis angustioribus, ad margines verrucosis & pulverulentis* DILLEN. *Sylv.* p. 172. t. 22. f. 63.  
*Lichen foliaceus erectus, compressus, ramosus, farinaceus, lateribus verrucosis* LINN. p. 1613.  
 Ad arborum ramos exaridos frequens.  
 Caules plani, lacunofi, molles, minus tamen conspicui & firmiores, quam in 1980. minusque vagi, ramosi, angusti, eadem fere ubique latitudine, unius circiter lineæ; rami ultimi acute bicornes. Inferne concolor lichen, & paulum cavus, & levis. Color albidus cum aliquo virore. Ad latera orbiculi albi, feminales, farinofi, frequentes. Scutellæ nullæ.
- ?1982. LICHEN.  
*Lichen cornua Danae referens, angustifolius* VAILLANT. t. 20. f. 7.  
*Lichenoides corniculatum candidum molle, segmentis angustis* DILLEN. p. 158. t. 21. f. 54.  
 Valde dubito, differre a priori, cum plantam DILLENII coram habeam. Aliquanto durior, longior, gracilior, perinde farinofis orbiculis, ad ramorum oras insignis. Rarissima sunt scuta.
1983. LICHEN utrinque lacunatus, complanatus, farinofus, & scutellifer.  
*Muscus alter quernus latifolius, Coralloides αΦυλλος* COLUMN. I. p. 334. 335.  
*Muscifungus arboreus, capitulis rostratis* HIST. OXON. III. f. XV. t. 7. f. 5.  
*Lichen cinereus latifolius ramosus* VAILLANT. t. 20. f. 6.  
*Lichenoides coralliforme rostratum & canaliculatum* DILLEN. p. 170. t. 21. f. 62.  
*Lichen foliaceus, erectus, linearis, ramosus, lacunofus, convexus, mucronatus* LINN. p. 1613.  
 Ad arbores.  
 Aliquanto priori latior, magis lacunatus, perinde divisus, sed ad marginem ramorum, ex brevi quasi petiolo fert scutellas leviter cavas, subrotundas.  
 DILLENII suspicatur, alterum esse prioris sexum.
1984. LICHEN complanatus, utrinque lacunofus, undique farinofus.  
*Muscus arboreus ramosus* L. B. III. p. 764. VAILLANT. t. 20. f. 11.  
*Lichen pulmonarius mollior, dichotomus, superne cinereus, inferne albus, receptaculis floribus interna parte ferrugineis* MICHELI p. 75. t. 36. f. 13.  
*Lichenoides cornutum, bronchiale, molle, subtus incanum* DILLEN. p. 160. t. 21. f. 55.  
*Lichen foliaceus erectiusculus, lacunofus, subtus tomentosus, albus* LINN. p. 1614.  
 Ad arbores ficcas ubique.  
 A priori 1983. dissentit foliis plerumque latioribus, & superne lacunatis, & inferne, superne subvirescens aut flavescens, inferne albus. Divisio in ramos obtusos, in fine breviter bicornes. Junior valde acute γ), breviter, & confertim divisus est. Exempla farinifera maculas albas rotundas & ovales habent, tum in oris & marginibus, tum etiam in folii ipsa planitie. Scutelliferæ prioris exemplis simillimæ, quas DILLENIIUS misit, ut ægre separem, duriores, breviores, cæterum scutellis ex margine petiolatis.  
 Ad pulverem cyprium recipitur, in pulverem redactus ζ).
1985. LICHEN utrinque lacunofus, fronde latissima, scutellis uberrimis.  
*Muscifungus arborum angustior pultaceus & scutellatus* HIST. OXON. III. p. 632. f. XV. t. 7. f. 3.  
*Lichen cinereus, Lactuca folio* TOURNEFORT. t. 325. A. B.  
*Lichen pulmonarius rufescens, durior, in amplas lacinias divisus* MICHELI p. 74. t. 36. f. 1.  
*Lichenoides longifolium rugosum, rigidum* DILLEN. *Sylv.* p. 165. t. 22. f. 59.  
*Lichen foliaceus erectus, oblongus, lanceolatus, sublaciniatus, lacunofus, glaber, scutellis subpedunculatis* LINN. p. 1614.  
 In sylvis montanis.  
 Varia est amplitudine, nam habeo biuncem latum, cum scutellis dodrantalibus. Difformis est, utrinque concolor, flavescens, utrinque lacunatus, inferne profundius, ultimis

γ) VAILLANT. t. 20. f. 15.

ζ) DEKAN. des odens p. 427.

ultimis corniculis brevibus, difformibus. Non alius frequentiores scutellas profert, quæ in principio verrucarum similes, sensim expanduntur, rotundæ, in aciem terminatæ, vel petiolo aliquo præditæ, & in oris, & in planitie frondis sparsæ. Seminalis farina nonnunquam passim per mediam frondem sparsa. Vidi spinas frequentes de fronde erigi, conicas, etiam ramosas, quæ in scutellas abirent.

β. *Lichen pulmonarius cinereus*, mollior, in amplas lacinias divisus I. R. H. t. 325. MICHELI & Muscosungus arboreus tenuior, scutellis, vel capitulis cavis HIST. OXON. III. p. 634. t. 7. f. 9. & f. 5. 19.

Non credo vere differre, etsi ex cinereo viret, & mollior est, & scutellarum numero superat.

\*1986. LICHEN lacunatus, inferne gibbosus, reticulo farinoso, scutellis lateralibus.

*Pulmonaria* DORSTEN. p. 240. FUCHS p. 637. MATTHIOL. p. 139. *arborea* MALPIGHI f. 106.

*Lichen arboreus* ALDROVAND. p. 123.

*Muscus pulmonarius* BLAKWELL. t. 353.

*Lichenoides pulmonarium, reticulatum, vulgare, marginibus peltiferis*, DILLEN. Sylv. p. 212. t. 29. f. 113.

*Lichen foliaceus laciniatus, obtusus, glaber, supra lacunosus, subtus tomentosus* LINN. p. 1612.

*Mouffrian ejus Musci Eph. Nat. Cur. Dec. I. num. 2. obs. 50.*

Ubique in sylvis ad arbores, potissimum grandiores.

Amplissimus hujus ordinis, fronde libera, lata, angulosa, sed parum, neque valde repetito, divisa. Totus Muscus nummi bracteati modo, hinc eminentibus lineis in reticulum intricatis percursus, mediisque valleculis, inde subjectis sub valleculas colliculis. Lineæ reticulatæ supremæ frequenter polline seminali efflorescunt. Scuta floralia in nostris rariora a), non maxima, fere in oris foliorum.

Amarus est. Extractum resinofum copiosum, sapore ingrato b), colorem plantæ viridem continet. Sapa aquosa mucescit. Adstringentem c) vim habet. & ob amarorem suum in Cerevisia, lupuli d) loco, incoquitur. In *Dalia Fahlunensi* farina hujus Lichenis ad debilitatem pectoris e) curandam adhibetur, nostris ignota.

β. *Lichen arboreus, seu Pulmonaria arborea minor & angustifolia* MICHELI p. 86. t. 45.

\*1987. LICHEN lacunatus, exasperatus, inferne villosus, scutellifer. †

In CAMERAR. Epitome p. 783. ad ζ.

*Lichen pulmonarius saxatilis, fusco rufus, receptaculis florum albidis* MICHELI p. 84. t. 43.

*Lichenoides polyschides villosus & scabrum, peltis parvis* DILLEN. Sylv. p. 199. t. 27. f. 101.

& *Lichenoides fuliginosum & puberulentum, peltis parvis* EJUDEM p. 198. t. 26. f. 100. ex fide speciminum a Cl. Viro ad me missorum.

Ad rupes in sylva supra Ostermündigen. Circa les Plans.

Minor quidem frons, quam priori, ampla tamen. Rami plani, obtuse & parum ramosi. Totus Lichen superne fusco cinereus est, lacunatus, villo passim concolore. Cespites villi ad lentem vitream inspecti ramosi sunt. Inferius totus Lichen scaber est, duro villo & brevi, subfusco, in quo passim albos circulos depresso reperias. Addit DILLENIUS, peltas exiguas, sive scutellas perpendiculares, ad oras foliorum, in summis ramis elevatas.

In Lichene 102. DILLENIUS scutellas pingit, quem vero ad me misit, is nostri certe est simillimus.

## V. LICHENES FOLIIS AMPLIS & LIBERIS.

### ANTILYSSI.

\*1988. LICHEN fronde subrotunde lobata, inferne reticulata, peltis convexo concavis.

*Muscosungus terrestris latifolius cinereus, Hepaticæ facie* HIST. OXON. III. t. 7. f. 1.

*Lichen pulmonarius saxatilis digitatus* VAILLANTII t. 21. f. 16.

*Lichenoides digitatum cinereum, lactucæ foliis sinuosis* DILLEN. p. 200. t. 27. f. 102.

*Lichen foliaceus repens, lobatus, obtusus, planus, subtus venosus, villosus, pelta marginali ascendente* LINN. p. 1616.

*Lichen cinereus* BLAKWELL. t. 336.

Ad terram locis macilentis, & ad vias inque sylvis, inter Muscos: a quibus perforatur.

Fröns

a) Etiam in Anglia DILLEN. p. 213. Germania RUFF. p. 375. In Carniola frequentia SCOPOLI p. 102.  
b) NEUMAN. edit. ZIMMERMAN. p. 992.

c) C. HOFMAN. med. officin. p. 447.  
d) GMELIN. Sibir. Reis. III. p. 426. 427.  
e) HULPMERS Dal. p. 102.

Frons ampla, lobis subrotundis, liberis, imbricatis, superne cinerea & levis, inferne rete nigricens per album Lichenem educit, ex quo radiculæ undique descendunt. Peltæ rariores, sive semicava & semiconvexa scuta, rotunda, subrubentia, plicato & erecto plantæ margini adnata.

Sapor ingratus & mucidus. Et quæ aqua extrahit, & quæ vini spiritus, inertia sunt & nauseosa, odore ingrato: extractum aquosum dulce & amaricans, spirituosum subacre, quasi melleum f). Igne subjecto aquam acidam stillat ex drachmis 32. ad drachmas 13. cum semisse; tum olei drachmas duas cum semisse. In cinere sal fixus est g).

Olim a Roberto MORAY b) hujus plantulæ vis adversus morsum canis rabidi laudata fuit, & refertur, canes nobilis Viri universos, cum a rabioso cane demorsu fuissent, eo remedio fuisse sanatos i). Inde cum nigri piperis dimidia portione pulvis fit *Antilyssus LONDINENSIS*, cujus boni effectus passim in Anglia k) laudantur, & cujus dosis quatuor l) est scrupulorum. Non quidem perpetuam ejus pulveres virtutem esse dixerim, qui in nuperis exemplis m) iners sit repertus, ut MEADIUM n), quo auctore potissimum inclaruit, solo urinæ ciendæ fine eo remedio usum fuisse CL. LAYARD excusaturus moneat.

\*1989. LICHEN fronde obtuse lobata, inferne scabra, maculis rotundis varia. †  
*Lichenoides pulmonarium villosum, superficie scrobiculata & peltata* DILLEN. p. 216. t. 29. n. 114.  
 Accedit insigniter ad primos illos Lichenes antilyssos, foliis planis, expansis, longis lobis, rotunde & obiter divisis, cætera levissima superficie, virescente sublutea. Oram laciniarum albi orbiculi farinosi sæpe subliniunt, & similes alii passim per superficiem frondis sparguntur. Inferne villo brevi percurritur, extus albidus, intus subniger, sed una rete adest, ut in antilyssos, tamen obscurius, quod absque radiculis fiat albidis, nudis, particulis, fere rotundis, inter fuscum Lichenis villosum sparsis.

\*1990. LICHEN fronde rotunde lobata, inferne villosa, peltis erectis convexo concavis. †  
 Icon BARRELIER. 1278. n. 1.  
*Lichen pulmonarius saxatilis digitatus* VAILLANT. t. 21. f. 18.  
*Lichen pulmonarius major, inferne obscurus, desuper e cinerea virens, receptaculis florum nigricantibus, primon circumatis, deinde teretibus* MICHELI p. 85. t. 44. f. 2.  
*Lichenoides digitatum rufescens, foliis lactuce crispis* DILLEN. p. 203. t. 27. f. 103.

Vulgo ad radices arborum, ad terram & ad lapides.

Ut in priori 1988. frons perampla, libera, passim a Muscis perforata, rotunde lobata, oris magis introrsum tractis: superne viridis est, & per ætatem denique subspadiceus; inferne obscurius reticulum habet, & radículas frequentissimas. Peltæ fiunt ex summis ramis se convolventibus, erectis, a plano frondis in speciem digiti secedentibus. Fungosa natura, ex fusco rubens, hanc peltam superne incrustat, ut deradi possit.

1991. LICHEN fronde rotunde lobata, peltis planissimis.  
*Lichen pulmonarius fungoides* BARRELIER. n. 1278. ic. 1.  
*Lichen pulmonarius maximus cinereus, inferne albus & niger reticulatus, receptaculis florum rubris, transversim oblongis* MICHELI p. 83. n. 9.  
*Lichenoides subfuscum, peltis horizontalibus planis* DILLEN. p. 205. t. 28. f. 104.

Ejusdem Lichenis mihi varietas videtur. Folia enim, postquam de terra decesserunt, venas spadiceas in extremis ramis vix ullas habent, eamque faciem levem, albam, concolorem, rufamque, cum in parte terræ adfixa reticulum radicatam superfit. Deinde scuta, quæ fuerant plana, per ætatem convolvuntur & fiunt teretia.

Hæc species mihi minor videtur, scuta grandiora, sature rubra, oris albis, & subtus radículas cirrhosas habet. Denique pollen feminalis ex ambitu peltarum, & de extremis ramis, digitatim divisis, per senium erumpit. Verrucæ demum in toto ordine frequentes sunt. Ita factum est, ut LINNÆUS, neglecta illa subtilitate, unicam pro tribus speciem fecerit, non male, ut puto.

1992. LICHEN

f) CARTHEUSER. *Mat. med.* ed. nov. T. II. p. 448. fgg.

g) MEAD. *poisons* p. 168.

b) BIRCH. *Hist. of Reg. Societ.* T. II. p. 492. T. III. p. 19.

i) T. III. p. 19.

k) *Phil. Transf.* n. 443. 448. n. 5. Conf. OLDENBURG ad RAJUM *epist.* p. 110. MEAD. l. c.

l) *ibid.* n. 236.

m) JAMES *of canine madness.* p. 227.

n) *Bite of a mad. dog.* p. 75.

\*1992. LICHEN fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne villosa.

*Miscus pulmonarius, corpusculis fuscis papillatus* LOESEL. p. 172. n. 474.

*Lichen pulmonarius maximus, verrucosus, superne e cinereo virescens, inferne obscurus, receptaculis florum rubris & circinatis* MICHELI p. 85.

*Lichenoides digitatum, late virens, verrucis nigris notatum* DILLEN. Sylv. p. 207. t. 28. f. 106.

*Lichen foliaceus repens, lobatus, obtusus, plenus verrucis sparsis, pelta marginali ascendente.* LINN. p. 1616.

Vix opinor vere diversum esse, vulgarem Lichenem, de cujus levi superficie verrucarum acervi passim efflorescunt. Subtus villosum esse & radices absque reticulo emittere DILLENIIUS, & omnino saepe ita se habet, ut intus tantum niger sit, rete tamen etiam vidi. Peltæ meis parvæ, rotundæ, per senium digitatæ.

Decoctum fursum deorsum purgare vermesque necare LINNÆUS o).

\*1993. LICHEN flabelliformis, subtus reticulatus, scutellis marginalibus planis.

*Lichen pulmonarius minimus, inferne albus & niger reticulatus, superne cinereo virescens, receptaculis florum nigricantibus, ad latera oblongis* MICHELI p. 85. t. 44. f. 3. & p. 86. n. 13. t. 44. f. 5.

*Lichenoides parvum virescens, peltis nigricantibus planis* DILLEN. p. 208. t. 28. f. 109.

*Lichen foliaceus repens, ovatus, planus, subtus venosus, villosus, peltis marginalibus horizontalis* LINN. p. 1015.

In cavarum femitarum marginibus adclivibus, inter *Schlieren* & *Oberscherli*, & ad dextra viæ per sylvam *Graubolz*.

Radiculæ colliguntur in unum quasi perbreve pediculum. Ex eo frons paulatim palmatim expanditur, superne virens, alba subtus cum nigro reticulo. Per ambitum peltæ rotundæ, nigerrimæ, leniter excavatæ. Totius ordinis minimus est.

\*1994. LICHEN fronde rotunde lobata, plana, subtus venosa, miniata.

*Lichen foliis subrotundis planis, levissime incis, calycibus orbiculatis, disco folii adnatis, planis* LINN. Flór. Japon. n. 443. t. 11. f. 3.

*Lichenoides subtus croceus, peltis adpressis* DILLEN. Sylv. p. 221. t. 29. f. 120.

*Lichen foliaceus repens subrotundus, planus, subtus venosus, villosus, croceus, peltis sparsis adnatis* LINN. Spec. p. 1616.

Icon OEDERI t. 263.

Elegans Lichen in monte *Pündnerberg* a Cl. GESNERO lectus est, in monte *Speluga* a Cl. DICKIO, a diverforio versus *Chiavennam*. In monte *Brevanne* a Gen. DE SAUSSURE.

Lobi pariter plani, breves, & subrotundi, sed durior natura, reticulum inferne venis subfuscis factum, & villus totam superficiem occupans, miniatus & brevis. Scuta atro spadicea, perampla, orbiculata, planissima, frondi mediæ insident.

## VI. ALII FRONDE ROTUNDA, PARUM RAMOSA, LIBERA.

### PULMONARIIL

\*1995. LICHEN fronde coriacea, rotunde lobata, scutellis immerfis.

*Lichen pulmonarius alpinus, terrestris, glauco virescens, receptaculis florum fuscis*, MICHELI p. 91. t. 52. f. 1.

*Lichenoides lichenis facie, peltis acetabulis immerfis* DILLEN. p. 221. t. 30. f. 121.

*Lichen foliaceus repens subrotundus, peltis depressis, subtus saccatis* LINN. p. 1616.

In Helvetia frequens, ad rupes; circa *Panex*, *S. Tryphon*, *les Fondemens*. In rupibus mont. *Pinzberg*, supra *Wabern* ad rivum, in alpibus *Aquilejensibus* ubique.

Habitus satis cum priori ordine convenit, coriaceus & lacerabilis, fronde rotunde lobata, parum divisa, viridi, inferne albida ex rubello, & glabra. Scuta nigra, profunde in ipsam frondem depressa, inferne respondentem habent gibbos.

\*1996. LICHEN fronde cinerea, inferne lacunata, arbusculis superne nigris.

An *Lichen crusta modo saxis adnascens, verrucosus, cinereus, & veluti deustus*, VAILLANT. t. 20. f. 6?

*Lichen pulmonarius saxatilis, inferne reticulatus & lacunatus, superne cinereus & verrucosus, receptaculis florum, & seminibus nigricantibus* MICHELI p. 89. t. 47.

*Lichenoides pustulation cinereum & veluti ambustum* DILLEN. p. 226. t. 31. f. 131.

*Lichen foliaceus umbilicatus, subtus lacunosus* LINN. p. 1617.

X 2

Cl. Ga-

o) Purg. indig.

Cl. GAGNEBIN prope *Wafen* Uriorum. Aliunde etiam habeo.

Ad frequentem accedit, tamen diversus.

Crusta plana, lobis subrotundis. Superne totus pustulatus est, convexis bullis cinereis & livescens, subinde etiam verrucarum acervis. Inter eas nigerrimæ arbusculæ erumpunt, quæ late oram occupant. Inferne pullus est & cinereus, totus lacunatus, rete eminenti & interseptis foveis, quæ superioribus bullis respondent, intus atris.

\*1997. LICHEN fronde coriacea, inferne pustulata, villosa, scutellis atris. †

*Lichenoides coriaceum*, latissimo folio umbilicato & verrucoso DILLEN. p. 545. t. 82. f. 5.

*Lichen folio subrotundo peltato, margine fere integro, subtus maxime hirjutus Flor. lapon. n. 454.*  
DILLEN. *Sylv.* p. 222. n. 122.

In *Bruçtero* monte legi.

Coriacea natura ei est, crassior, quam congeneribus, minusque lacerabilis. Latissima fronde est, parum divisus, lobis obtusissimis. Facies duæ, superna cinerea, globulis concoloribus conspicuis. Per eam sparguntur impressæ in naturam Lichenis scutellæ, variæ magnitudinis, nigerrimæ, rotundæ, ad lentem vitream tuberculosa. In altera facie, quam habeo pro prima, innumerabiles radiculae albæ, vel fuscæ, demum nigrae, ramosæ, efflorescunt, interque eas sacculi, ut in 1996. in pustularum hemisphæricarum modum expressi, qui scutellis respondent.

\*1998. LICHEN fronde rotunde lobata, inferne nigerrima, glebosa.

*Lichen pulmonarius saxatilis*, e cinereo fusco minimus VAILLANT. t. 21. f. 14.

*Lichenoides coriaceum cinereum*, peltis atris compressis DILLEN. p. 219. t. 30. f. 17.

*Lichen foliaceus umbilicatus*, undique levis LINN. p. 1618. *It. Wästrogöth.* p. 217.

STÆHELINUS olim misit, locum vero natalem ignoro.

Durus, plus quam coriaceus, lobis obscuris, obtuse per oram crenatis. Facies superior livida, glabra, punctis nigris, seu scutellis demum subrotundis, adspersa. Facies inferior paulum concava, livida, pene nigra, glebulis subrotundis undique adspersa.

\*1999. LICHEN fronde imbricata, rotunde lobata, cinerea, punctata, inferne ochrea, subaspera.

*Lichen pulmonarius*, alpinus, cinereus, punctatus ENON. n. 66. t. 2. f. 2. *Emend.* III. n. 19.

*Lichen pulmonarius saxatilis*, e cinereo fusco minimus MICHELI p. 101. t. 54. f. 1.

*Lichenoides coriaceum nebulosum*, cinereum, punctatum, subtus fulvum DILLEN. p. 223. t. 30. f. 127. Sensit conjungi posse cum 117. Cl. GUETTARD.

& *Lichenoides corneum*, marginibus eleganter subvriatis DILLEN. *Sylv.* p. 218. t. 29. n. 116.

*Lichen foliaceus gibbus*, punctatus, subtus fulvus LINN. p. 1617.

In alpinis, ut in mont. *Enzeindaz*, *Præpioz*, & subalpinis passim, ad rupes prope *Interlachen*, & abunde prope *Roche*, ad ripas torrentis *l'Eau froide*.

Multiformis est. Habeo simplicem quasi cotylam, pezizæ similem, excavatam; habeo denfos cespites, ex imbricatis frondibus factos, quæ elevantur & complicantur. Natura coriacea, per ficitatem fragilis. Color cinereus. Lobi subrotundi. In superficie puncta primo nigra adparent, quibus totus undique notatur: quæ puncta demum in scutellas nigerrimas, planas, & tuberculatas abeunt. Inferne subasper est, glebulis ochreis, nunquam miniatis.

\*2000. LICHEN fronde imbricata, subrotunda, punctata, inferne villosa, atris scutellis.

*Lichen ad marginem radicans alpinus*, ex cæruleo nigricans, scutellis nigerrimis ENON. t. 47. f. 4.

An *Lichenoides pullum*, superne glabrum, inferne nigrum & cirrhosum DILLEN. p. 226. t. 30. f. 129? Omnino accedit.

*Lichen foliaceus polyphyllus*, utrinque levis, polyrrhizos LINN. p. 1618.

Ad rupes de *l'Eau froide*, prope *Roche*.

Insignem esse suspicor varietatem præcedentis. Facies eadem omnino, livida, superne punctata, scutellisque plena petiolatis, aterrimis. Inferna facies subcarnea, in centro cespitis glabra est, sed in ambitu radiculis ramosis, crassis, dense efflorescit, eæque radiculae in nonnullis exemplis de marginibus frondis ita exeunt, ut ciliati videantur.

\*2001. LICHEN lapideus, crispus, utrinque coloris schistei.

An *Li.*


Tom. III. Tab. 47. pag. 88.



f. 1.



f. 2.




f. 3.



f. 4.



f. 5.



f. 6.



f. 7.



f. 8.



C. P. Holliner Med. C. delin.

f. 9.



f. 10. f. 10. Hermannstadt Götting Sculptor.







*Lichen pulmonarius saxatilis cinereus minor, umbilicis nigricantibus* VAILLANT. t. 21. f. 12.  
*Lichen pulmonarius crispus, inferne nigerrimus & glaber, superne cinereus, receptaculis floribus subobscuris* MICHELI t. 50. f. 1.  
*Lichenoides Endiviae foliis crispis & splendens, subtus nigricantibus* DILLEN. p. 192. t. 25. f. 96.  
*Lichen foliaceus depressus, lobatus, glaber, margine crispo farinaceo* LINN. p. 1615.

Ad arbores passim legi. Ab dem Kallen STÆHELIN.

Crusta orbicularis ampla, tenuius divisa, quam in paulo priori, lobis longioribus, laciniatis, etiam crispis & duplicatis. Superficies pene æquabilis, absque plicis prioris Lichenis 2005, tamen nonnunquam leviter lacunata. Color glaucus, aut subluteus, cum splendore quasi gummeo. Scutellæ parvæ, exiguo foramine. Facies inferior ad oras exalbida, inde spadicea, denique in centro scabra & nigerrima.

\*2008. LICHEN fronde rotunde lobata, glauca, polline concolore scabra, subtus hirta & atra. †

*Lichen pulmonarius, querno folio, inferne nigricans, superne cinereus, receptaculis floribus sordide virentibus* MICHELI p. 86. ord. 15. t. 45. f. 1.

Licheni Endiviae folio satis similis, laciniis rotunde lobatis, bifidis, trifidisque, cæterum albidus, subcinereus, non, ut in priori 2007. nitens & glaber, sed totus villosus, fusco erecto, undique per totam superficiem hispidus. Inferior superficies carbonaria, scabra, oris folis albis. Scutellæ in meis minimæ, albæ, in MICHELIANA icone in centro cespitis congestæ, ovatæ, leniter cavæ.

\*2009. LICHEN cartilagineus, scutellis frequentissimis cervinis, fronde brevi, rotunde lobata. †

*Lichenoides cartilagineum, scutellis fulvis planis*, DILLEN. p. 179. t. 24. f. 74. ex fide plantæ siccæ, nam icon multum est infra nostræ staturam.

Satis respondet figura MICHELII t. 48. f. 2. non perinde nomen, & crassities, subspadicea enim natura addi debuisset.

Novum cæterum esse puto, mere alpinum, ex Ormond deffus, humo adnascentem.

Cespes parum foliosus, foliis ex cinereo virentibus brevibus, rotunde & eleganter lobatis, fere ut in duobus, quas modo descripsi, Lichenibus, robustis, ad femineam crassitiam, alba natura, subtus nigra. Scutellæ copiosissimæ in centro cespitis congestæ, quem pene totum efficiunt, ora eminente cinctæ, concolores, cervinæ, in quibus viridem colorem minus, quam in fronde, adgnoscas. Humo schistose ita vehementes adhæret, ut vix separes.

\*2010. LICHEN foliis angulosis imbricatis, calcariis, spadiceis Enum. p. 82. 105. f. 7. †

*Lichen pulmonarius terrestris clypeatus minimus & indivisus virens* MICHELI t. 4. f. 3. ord. 36. & *Lichenoides* &c. DILLEN. n. 135. cum a me habuerit.

*Lichen* 133. EJUDEM. quod ad iconem, color enim recedit.

Circa Interlachen, les Plans, Enzeindaz, &c.

Foliaceus est hætenus, quod folia habeat imbricata, multangula, etiam semitriobata, castanei coloris, crassæ naturæ, tartaræ, subtus albo polline adpersa. In quoque scuto, sive folio, duo, aut plura puncta nigricantia. Nulla alia folia habet, & nuda hæc, sive scuta, seu folia, in Muscis inque terra congregantur.

Et si folia præter scuta non videtur habere, suspicor a 2009. non satis differre q).

2011. LICHEN subviridis, fronde semipinnata, rotunde lobata, lineis pulverulentis reticulata, inferne scabra carbonaria.

*Muscosungus lichenoides minor vulgatissimus* HIST. OXON. III. p. 634. t. 7. f. 6.

*Lichen pulmonarius, foliis eleganter divisis, inferne nigerrimis & cirrhosis, superne lacunatis, & glauco cinereis* MICHELI p. 92. t. 49. f. 1. & C. C. D.

*Lichenoides vulgatissimum cinereo glaucum, lacunatum & cirrhosum* DILLEN. Sylv. p. 188. t. 24. f. 83.

*Lichen imbricatus, foliolis sinuatis, scabris, lacunosis, scutellis folio concoloribus* LINN. p. 1619.

Ad arbores vulgatissimus.

Cespes, ut in hac tota classe, in margine foliosus, scutellis in centro congestis. Folia superne ex atro glauca, tota exasperata lineis asperis & albis, polline plenis, per oras in cornua quasi divisa, angulosa & varia. Scutellæ partim concolores, partim etiam

q) Emend. III. n. 22.

etiam spadicea, ora alba. Inferne carbonario villo totus adspargitur. Totus ficus est & friabilis.

Violaceo colore tingit r).

\*2012. LICHEN crispus, convolutus, fronde olivacea, scrobiculosa, marginibus polliniferis. †

Timidius propono, cuius unicum mihi exemplum sit, ex *Jura* monte.

Frons virens, obscure flava, crispa, convoluta passim, etiam scrobiculis effossa, finibus angulosis, laciniatis, acutis. Passim per extremos margines revolutos pollen albus. Inferne Lichen concolor est & levis, etiam fuliginosus & niger.

\*2013. LICHEN fronde semipinnata, rotunde lobata, olivacea; scutellis levibus. †

*Lichen pulmonarius saxatilis, subtus nigricans, desuper Olivæ condita colore, receptaculis fiorum concoloribus* MICHELI p. 89. t. 51. f. 19.

*Lichenoides olivaceum, scutellis levibus* DILLEN p. 77. t. 24. f. 77.

Ad arbores abunde.

Cum sequente multa communia habet, tamen diverfus. Multo major est, majoribusque foliis, perinde eleganter & rotunde divisis, colore ex ochreo fusco, etiam saturatiori, non sine nitore. Sed frequentissime violatur, ut albus color intercedat. Deinde in centro cespitis concolores verrucæ undique congeruntur. Scutellæ planæ, colore subfanguineo, ora alba, revoluta. Inferne albo colore est, qui tamen frequenter decedit, ut frons ex nigro & albo varius adpareat.

\*2014. LICHEN fronde semipinnata, rotunde lobata, olivacea, pulla, scutellis crenatis.

*Lichen crusta modo arboribus adnascens olivaceus* VAILLANT. t. 20. f. 8.

*Lichenoides olivaceum, scutellis amphioribus verrucosis* DILLEN. *Sylv.* p. 84. t. 24. f. 78.

*Lichen imbricatus, foliis lobatis nitidis, lividis* LINN. p. 1610.

Ad Cerasos vulgarissimus.

Concinni quid habet, planissimus, cortici accurate adglutinatus, cum prior tamen liberior sit, minor etiam, & tenerior. Color est olivaceus, ut tamen minus de viridi habeat, saturatus idem, cum nitore; lobi subrotunde incisi, & eleganter. In cespitis interiori parte verrucæ, ut in priori, copiosæ. Scutellæ magnæ, multo frequentiores, planiusculæ, etiam excavatæ, circinatæ rotunditatis, ora papillis undique perforatis eleganter aspera, aut ferrata. Inferne totus carbonarius est, & villosus.

\*2015. LICHEN fronde profunde laciniata, semipinnata, rotunde lobata, crasse villosa, scutellis peramplis.

*Lichen pulmonarius saxatilis, tenuiter laciniatus, elegantis sulfurei coloris* BUXBAUM. *Centur.* II. t. 7. f. 3.

*Lichenoides imbricatum viridans, scutellis badiis* DILLEN. p. 180. t. 24. f. 75.

*Lichen imbricatus, foliis multifidis, obsolete albis, levibus, centrifugis, scutellis rufo fuscis* LINN. p. 1609.

Ad arbores & saxa vulgo.

Habitus, quam sequentibus major, & cespites ampliores; color subviridis cum glaucedine. Lobuli longi, rotunde & eleganter laciniati. Facies inferior nigra, breviter villosa, ad oras glabra. Scutellæ amplæ, rotundæ, sanguineæ, ora virente, in centrum cespitis congestæ. In eodem centro cespitis frequenter insignis reperitur proventus cylindrorum dense stipatorum, concolorum, totam superficiem asperam reddentium. Est etiam, ubi in eodem centro elevati & imbricati brevissimi lobuli foliosi magna copia congeruntur. Id, ut puto, *centrifugi* nomini locum dedit. Sed id ipsum cum multis Lichenibus commune est.

\*2016. LICHEN fronde cinerea, profunde laciniata, rotunde lobata, scutellis nigris. †

*Lichenoides glaucum orbiculare, segmentis latiusculis, scutellis nigris* DILLEN. p. 177. t. 24. f. 71.

Ampliores facit rosulas, foliis est latioribus; color glaucus, etiam viridis, sicca natura. Lobi obtusiores, subrotundi, latiores. Scutellæ majores glaucæ, inde nigræ, margine cinereo, tumente. Passim polline virente, aut albo, in centrum cespitis congesto, demum congestis novis foliis imbricatus & squamosus exasperatur.

Nimis vicinus præcedentis, ut ex collectis DILLENIANIS exemplis confirmor.

Z 2

2017. LICHEN

\*) K. westensk. acad. handl. 1754. trim. I. Add. BOBING. diff.





Difficilis est adgnitu, quisquiliarum similis. Cauliculi longitudinem aliquam habent, paucarum linearum, toti obducti cinerea, tenera, scobe; ramis paucis & brevibus, acutis. Iis abunde insident scuta nigerrima, exigua, perfecte rotunda, plana aut nonnihil conveva.

## \*2027. LICHEN friabilis, obtuse lobatus, scutellis fuscis. †

Ad terram glareosam latos cespites facit, v. gr. à la Grande Eau bey Elen. Inter Richenau & Chur. A l'isle de Mondenis, au Tombey.

Pulposa farinacea, minus dura natura, foliolis in extremo cespite planis, latis, subrotundis. Scutellæ planissimæ, ex rubro spadiceæ, nitentes, grandiusculæ.

## \*2028. LICHEN foliis pulposis, calcariis, glauco polline villosis, scutellis atris. †

An Lichen crustaceus saxatilis farinaceus, verrucosus, alpinus, mollissimus, receptaculis florum nigricantibus majoribus, per oras tenuissime striatis MICHELI obs. 34. n. 18.

Ad rupes au Furet In rupibus prati Brük matt prope Interlachen. Etiam circa Ferrieres. Singularis pulchritudinis Lichen niveus, cum subcæruleo colore, qualis in lacte est, qui color a tenero villo fit, durissimus cæterum, natura ipsa nigra, quæ per alborum pellucet. Frons tota fit subrotundis quasi fungis imbricatis, crassis, qui in extimo cespite in undulatam foliaceam naturam conflunt. Scutellæ orbiculares, juniores villo albo tectæ, maturæ calvæ, & nigræ.

## \*2029. LICHEN saxatilis undulatus niveus. †

In alpibus legi, ad saxum adnatum.

Eleganter undosus, niveus, levis, alterne altior & depressior, non ut prior villosus, neque glaucus, sed ex crusta tenace, concolore, compositus. Scutellas non vidi.

## \*2030. LICHEN undulatus purpurascens. †

In cortice arborum.

Elegans planta purpurea, in ligneum languens, crassula, alternis undis inæqualis, perpetua tamen & coriacea.

## \*2031. LICHEN foliis pulposis, calcariis, fuscis, imbricatis, scutellis nigris. †

Lichen alpinus glaucus, squamis crassis & brevissimis Euon. T. 47. f. 3. DILLEN. Sylv. p. 228. t. 30. f. 134.

Lichen pulmonarius saxatilis viridis, chyeatus, foliis vix conspicuis, squamis sibi incumbentibus, receptaculis florum nigris MICHELI l. c. n. 4. f. 4. t. 36. obs. 36.

Non rarus in subalpinis, Interlaci, aux Plans, en Chapuis, Enzeindaz, &c.

Singulari plantæ folia pulposa, crassa, hemisphærica, sublapidea, fusca & fuliginosa, nonnunquam cum obscuro virore admisto, subtus fulva, pene cinnamea. Ejusmodi folia Agaricorum exiguorum similia sibi imbricata inponuntur. Per superficiem passim globuli nigri sparguntur, & abeunt in scutellas nigras, planasque.

Nimium vicinus priori 2028, etsi calcariis & rotundis squamis fit.

## VIII. LICHENES GELATINOSI. NOSTOCH.

Hæc classis tremula fere folia habet, potissimum post pluvias, nam iidem Lichenes ficci exarescunt, & in membranas friabiles abeunt. Difficillimi sunt, & quam maxime variables, cum frondes interiores cespitis latæ, & subrotundæ, extimi divisæ & subdivisæ esse soleant, ut sæpe ejusdem cespitis partem intimam & extimam, pro diversissimis plantis habeas, si separarentur. Quare suspicor, DILLENII nimis numerosos esse Lichenes. Sed etiam color alius est & alius, & ex virore in fuscum, atrumque demum colorem degenerat. LINNÆUS aliquos hujus ordinis Lichenes ad Tremellas refert, sed cum Lichenibus per scutellas retinentur, quæ in plusculis speciebus reperiuntur.

## \*2032. LICHEN atro cæruleus, laciniatus &amp; ciliatus.

Lichen terrestris minimus fuscus VAILLANT. t. 20. f. 15.

Muscovungus terrestris minor fuscus, foliis e latitudine crenatis, Musco innaſcens HIST. OXON. III p. 632. f. XV. t. 7. f. 4.

Lichen terrestris membranaceus mollior fuscus, receptaculis florum sordide rubris perexiguis MICHELI p. 76. t. 38.

Lichenoides







IX. LICHENES SCUTELLATI CRUSTACEI HERPETES.

His, foliorum loco, glebæ farinosæ tartaræ aut verrucosæ, in crustam coalescunt.

I. FUNGULIS PETIOLATIS.

- \*2042. LICHEN crusta tenace verrucosa, albida, fungis incarnatis.  
*Lichen granulatus incarnatus, seu non vesicus* LOESEL. p. 57.  
*Funguli incarnati coloris, minuti, Musco innati* MENZEL. pugill. rar. T. VI.  
*Lichen crustaceus terrestris, crusta granulosa, ex albo subcinerea, receptaculis florum rotundis, carneis, pediculo insidentibus* MICHELI p. 100. t. 50.  
*Coralloides fungiforme carneum, basi lignosa* DILLEN. Sylv. p. 76. t. 14. f. 1.  
*Lichen leprosus candidus, tuberculis incarnatis* LINN. p. 1608.  
 Passim circa Bernam. In semita cava, qua a *Wabern* ascenditur ad villam *der Spiegel*. In sylva *Gränholz*. J. GESNER circa *S. Gallen* & *Bischofscelle*. *Um den Gurnigel*. In paludosis *Chaux d'Abelle* & *Chaux des Brenleux*.  
 Terram macilentam obducit crusta tenera, ex glebulis calcariis minimis, inconspicuis, aliisque majoribus composita globulis, rotundis & albis. Glebulæ majores excrescunt in fungulos cylindricos, subrubellos, qui capitula dilute rosea, calcaria, & rotunda gerunt.
- \*2043. LICHEN crusta tenace verrucosa, fungis fuscis. †  
*Lichen crustaceus terrestris, crusta granulosa, ex albo subcinerea, receptaculis florum rotundis fuscis, pediculo insidentibus* MICHELI p. 100. n. 2.  
*Coralloides fungiforme fuscum, basi foliacea* DILLEN. p. 77. t. 14. f. 2.  
 Bernæ ad viam e villa *die Luzern* versus stagnum sylvæ *der Sedelbach*. In rupibus fabulosis ad dextra viæ per *Gränholz*.  
 Multa prioris, glebulæ tamen majores, fungi minus rotundi, difformes, absque splendore fusci. Crustam foliolis fieri DILLENIVS. Sed ea folia potius aliena puto, quæ Lichen noster sua crusta obduxerit.

II. SCUTELLATI.

- \*2044. LICHEN crusta tartarea verrucosa, cinerea, scutellis carneis planissimis. †  
*Lichen crustaceus, alpinus, lignis putridis adnascens, glaucus, receptaculis florum carneis & tumentibus* MICHELI p. 98. n. 38.  
 In arboribus putridis Juræ, alpium, & sylvæ *Hercyniæ*. Prope Bernam, ad dextra viæ per sylvam *Sedelbach*, *um den Gurnigel*. *A Ferriere*.  
 Crusta glauca, glebulis exiguis, pene pulverulentis. Scutellæ planæ, aut levissime concavæ, orbiculares, carneæ, sessiles, aut levissime de crusta eminentes.
2045. LICHEN crusta olivacea verrucosa, scutellis rubris ferratis. †  
 In arborum radicibus.  
 Crusta ovata adhæret, parum determinata, lobata, plana, exiguis ramulis. Scutellæ numerosæ, grandes, concolores, etiam fanguineæ, oris ferratis.
- \*2046. LICHEN crusta farinacea, verrucosa, glauca, scutellis flavis planissimis. †  
 Crusta farinacea, glebosa, non cohærens, glauca. Scuta planissima flava, ora alba.  
 In vallo Urbano ad terram.
- \*2047. LICHEN crusta farinosa, scutellis fordide rufis planissimis. †  
*Lichen crustaceus, farinaceus, arboribus adnascens, verrucosus, candidus, receptaculis florum rufescentibus* MICHELI p. 96. n. 2. Alios huc revocat DILLENIVS.  
 Ad arbores & lapides fabulosos.  
 Crusta multo tenerior, mere farinosa. Scutellæ exiguæ margo albus, natura plana, tenuis, fordide rufa; denique per maturitatem nigrae sunt, adeo confertæ, ut maturi Lichenis totam crustam tegant.  
 Varietatem totam luteam habeo.
- \*2048. LICHEN verrucosus tenax, albus, scutellis excavatis, marginatis, concoloribus. †  
*Lichenoides leprosum tinctorium, scutellis lapidum cancri figura* DILLEN. p. 130. t. 18. f. 10.  
 Ob scutellas.

Bernæ ad arbores legi. GESNERUS etiam ex alpinis misit.

Pulchellus, coriaceus, tenax, verrucis albis aut ochroleucis fit, in crustam coalescentibus. Scutellæ magnæ, sæpe ovatæ, excavatæ, margine tumente, concolores, aut ochroleucæ.

- \*2049. LICHEN crusta tenace, verrucosa, cinerea, scutellis rufis, marginatis.  
*Lichen crustaceus, arboribus adnascens, ex cinereo albicans, receptaculis florum rubris, subsuscis, limbo albo crenato cineris* MICHELI p. 97. n. 29.  
*Lichenoides crustaceum, leprosum, scutellis subsuscis* DILLEN. p. 134. t. 18. f. 16. ob tenuem crustam, scutellarumque limbum album & crenatum.  
*Lichen crustaceus albicans, scutellis subsuscis, margine cinereo subcrenato* LINN. p. 1609.  
 Crusta, quam priori, multo crassior, verrucosa. Scutellæ pariter copiosissimæ, quibus perpetuum est, habere oram tumentem, albam, crenatam cæterum, & non crenatam, rufam in tenera planta, denique fuscam. Eadem multo crassiores sunt.

- \*2050. LICHEN crustaceus tartareus, glaucus, scutis difformibus planis, ruberrimis. †  
*Lichen crustaceus verrucosus, cinereus, scutellis ruberrimis* RUPE. p. 379.  
 In rupibus alpium, & sylvæ Hercyniæ.  
 Crusta calcaria verrucosa, tenera, cinerea, elegans. Scuta ruberrima, iniquæ figuræ, varia, & difformia, plana.

- \*2051. LICHEN crusta tenace alba, scutellis sessilibus atris Enum. t. 47. f. 6. n. 113. †  
 An *Lichen crustaceus Musco* plerumque in nascens, polline cinereo veluti conflatus, receptaculis florum nigris MICHELI p. 94. n. 91?  
 Annon *Lichenoides tartareum farinaceum, scutellarum umbone fusco* DILLEN. p. 132. n. 12?  
 Circa *Interlachen*, & versus rupes glaciales *Zweylütschinen*, au *Tombey*, inter *Ælen* & *Verchier*. Versus *Yvorne*. Circa *les Plans*.  
 Crusta coriacea, verrucosa, tenax, albida, glebulis facta subrotundis, quæ non raro feminali polline efflorescunt, sessiles, ut nonnunquam, dum juniores, quasi in pulpam crassiusculæ crustæ immersæ videantur. Scutellæ nigræ planæ, ora alba, maturæ se effertur. Si planta est DILLENII, pulchre a) rubro colore tingit. Debet sicca tempestate legi, conteri, supernatans pars tenuior colligi, siccati, in urina per tres menses macerari, tunc cum filo, aut panno coqui b).

- \*2052. LICHEN ater, crustaceus, scutis inferne excavatis. †  
 Peculiarem plantam dudum inter meas haberi, locus excidit.  
 Crusta est Agarici similis, nigra, late effusa, tuberculis obtusis & planiusculis inæqualis. Inferne adparet cervina superficies, plena rotundis-foveis, quæ superne tubercula illa faciunt. Eæ foveæ nigra materie planæ sunt, qualis est in Lichenibus carbonariis ordinis decimi.

- \*2053. LICHEN crusta verrucosa, areis polygoniis punctiferis. †  
*Lichen crustaceus verrucosus; alpinus, arboribus adnascens, cinereus, receptaculis florum rufescentibus* MICHELI p. 95. obs. 32. t. 52.  
*Lichenoides verrucosum & rugosum, cinereum, glabrum* DILLEN. p. 128. t. 18. f. 9.  
 Ad saxa, circa *Interlachen*, & ad arbores.  
 Totus verrucosus, rimosus & concolor, alias cinereus, alias fuscus. In areolis rimarum punctum nigrum adparet unum in una areola, vel duo: id paulatim increfcit, donec abeat in mammillam convexam, denique in scutellam atram, marginatam, margine cinereo, quæ totam aream occupat.

- \*2054. LICHEN crusta verrucosa tenace, fusca, scutis spadiceis nitidis. †  
*Lichenoides tartareum lividum, scutellis rufis, margine exili* DILLEN. p. 133. t. 18. f. 14.  
 In muris & faxis.  
 Verrucosus est, crassus, hæcæus adfinis 2053. sed diversus. Glebulæ multo majorem partem cespitis faciunt, absque scutellis, etiam solæ, inæquales eæ, verrucosæ, magnæ, rotundæ, fuscæ, Coffeæ colore. Scuta plana, etiam difformia, cum splendore spadicea, demum nigra, plana, ora non tumente, albicante. Rimas prioris & areas non habet. A proximo scutellis planissimis, glebisque differt majoribus.

2055. LICHEN

a) K. wetensk. Acad. handl. 1745. p. 245. LINN. wästgot. ref. p. 147.

b) KALM. ref. p. 145. LINDER. färgkonst p. 45. 46.

\*2055. LICHEN crusta tenui farinosa, rimosa, punctata, scutellis atris. †

α. Scutellis solitariis *Enum. n. 119.* Huc figura MICHELI *ord. 37. n. 21. t. 54. f. 3. 7. 8.* cui nomen facit *Lichen Agarici terrestris scutati, albi*, hanc certe varietatem satis exprimit. Annon *Lichen crustaceus minimus valde rimosus, rimis & inferiori parte pullus; desuper, dum recens est, luteo viridis, per siccitatem fuscus, receptaculis florum nigris* EJUSD.

β. Scutellis & crusta conjunctis.

*Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, rimosus & veluti tessellatus, ex cinereo albicans, vulgatissimus, receptaculis florum nigris* MICHELI p. 103. n. 20. t. 54. f. 7.

Aliqua familia habet cum 2053. rimosam naturam, glebularumque punctatas, etiam scutellas nigras. Sed differt, quod absque verrucosa crusta mere farinaceus, tenuis, lapidi accurate adnatus sit, areæque, sive insulæ, planissimæ vix de lapide se efferrant. In α. scutellæ mere rotundæ sunt, margine albo. In β. areæ sunt polygoniæ, in quibus lente vitrea adhibita puncta aliquot nigra distinguas, quæ sunt futurarum scutellarum rudimenta. In γ. & receptacula matura sunt, & crusta adest polygonia. Color crustæ constanter dilute cinereus. Scutellæ ex schisti colore nigra, ora alba.

\*2056. LICHEN crusta glauca, verrucosa, tenax. †

*Lichen crustaceus & saxatilis verrucosus, cinereus, receptaculis florum nigricantibus* MICHELI p. 96. n. 8.

*Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis nigricantibus majoribus & minoribus*, DILLEN. p. 133. t. 18. f. 15.

In parietinis ad calcem.

Crusta verrucosa, alba & glauca, inæqualis, coriacea & tenax. Scutellæ magnæ, nigra, ora alba.

\*2057. LICHEN fessilis, scutellis fordide virentibus, oris albis. †

Adfinis priori, planus, scutellis fordide olivaceis, oris albis.

\*2058. LICHEN saxatilis, crusta verrucosa flava, scutellis concoloribus *Emend. III. n. 24.* †

In duro marmore prope *Yvorne.*

Crustæ late saxum tegunt, etiam ad pedis diametrum; verrucæ non densæ, neque continuæ; scuta tertiam partem lineæ lata & ultra.

\*2059. LICHEN inseparabilis, reticulatus, cinereus, scutellis nigris minutissimis. †

Minimus, crustas facit rotundas, filices obducentis. Oculo nudo vix distinguas, nisi cineream maculam; lente vero vitrea adhibita, areæ adparent polygoniæ, fordide cinereæ, rimulis circumscriptæ. In qualibet area multæ scutellæ minutissimæ & nigrae.

\*2060. LICHEN crusta tartarea albissima, scutellis nigris, marginatis. †

In duro lapide.

Crusta farinacea, tenera, verrucis minimis, albissimis, sæpe inconspicuis. In ea scuta ex schisteo nigra, oris albis. A *Lichene f. 15.* DILLENII differt tenuitate crustæ, scutellis minoribus, non atris.

\*2061. LICHEN crusta tartarea albissima, scutellis nigris. †

In lateribus faxisque.

Crusta farinacea tenera, albissima, glebulis absque vitro augente non conspicuis, rimulis sæpe distinctis, quæ a paulo priori absunt. Scutellæ perexiguæ, nigerrimæ, paulum convexæ, perfecte orbiculares, absque ora alba, quæ præcedenti cavæ & ora alba cinctæ.

\*2062. LICHEN crusta farinacea inseparabili, cinerea, scutis nigerrimis confertis. †

In faxis.

Crusta cinerea subfusca, tenerrima, & a saxo inseparabilis, rimis vix nisi lentis vitreae opere conspicuis distincta. Scuta paulo prioris Lichenis scutis satis similia, plana, eminentia, aterritima, hic adeo conferta, ut totam crustam obscurent.

2063. LICHEN crusta inseparabili flava, scutellis nigris confluentibus.

*Lichen crustaceus saxatilis luteus, nigris lineis variis* MICHELI p. 97. n. 19.

*Lichenoides nigro flavum*, tabula geographica instar pictum DILLEN. p. 126. t. 18. f. 5.

*Lichen leprosus flavescens*, lineolis nigris, mappam referens. LINN. p. 1607.

Frequens ad saxa angulosa per agros sparfa, *Wacken*.

Obiter inspecta crusta lapidi appressa, inseparabilis, late saxum tegit, & aliquam rudem similitudinem habet coloratae superficiei, per quam rotundæ vicorum notæ sparguntur. Accuratus vero inspecta, fit scutulis flavis, plerumque polygoniis, planis & glabris; inter quæ copiosissimæ sparguntur scutellæ nigræ rotundæ, ovales, etiam difformes, margine elevato, cavæ, undique verrucosæ. Eæ scutellæ non raro in lineolas nigras continuantur.

\*2064. LICHEN crusta inseparabili farinosa, cinerea, villosa, scutellis atris. †

In saxis arenosis.

Paulo priori satis similis, crusta nigra, inseparabili, farinosa, glebis vix conspicuis. In ea crusta scutellæ nigræ, ut in prioribus, planae aut modice tumentes. Inter eas scutellas tota crusta polline cinereo efflorescit, qua nota facile a congeneribus separatur.

\*2065. LICHEN crusta farinacea virescente, scutellis atris. †

An *Lichen crustaceus lateribus adnascens*, crusta tenuiori, fusco virescens, receptaculis floribus nigris MICHELI obs. 34 n. 38?

*Lichenoides leprosum*, crusta cinereo virescente, tuberculis nigerrimis DILLEN. p. 126. t. 18. f. 3.

Frequentissimus in ligno putrido.

Maculatae latae, farinaceae, glebosae, glebulis subrotundis, rima distinctis. Scuta, ut in prioribus, frequentia, nigra, perexigua, plana, sed etiam cava, & convexa & pediculata, fere ut *Pezizae*.

\*2066. LICHEN crusta verrucosa cinerea, scutellis nigerrimis planis. †

In arborum cortice crusta ex verrucis parum cohaerentibus facta, quibus scutellæ nigrae non agminatae innatant.

\*2067. LICHEN crusta tenerrima, scutellis hemisphaericis viridibus *Emend. IV. n. 27.* †

Etiam in putrescente ligno.

Crusta cinerea, tenuis, farinosa. De ea frequentia hemisphaeria efflorescunt, undique hirta, tuberculosa, fature viridia, polline adspersa.

\*2068. LICHEN crusta colliculosa, nigricante. †

In cortice.

Differt a prioribus. Asperam pellem asini Chagrin refert, ex subviridi nigram, totam plenam tuberculis conicis, depressis, subrugosis, concoloribus. Flavus brevissimus villosus passim intercedit.

\*2069. LICHEN crusta farinosa, tenuissima, albida, scutellis nigris. †

In corticibus arborum.

Crusta tenerrime farinosa, aegre visibilis, albicans. Scutellæ planae, nigerrimae, ut in priori 2066, sed minores, confertae aut sparfae.

\*2070. LICHEN crusta tenuissima, cinerea, scutellis fuscis. †

*Lichenoides leprosum*, tuberculis fuscis & ferrugineis DILLEN. p. 126. t. 18. f. 4.

Ad arborum cortices.

Scutellæ ex violaceis fuscae, caetera similia.

\*2071. LICHEN crusta tenuissima, scutellis hemisphaericis, albo polline efflorescentibus. †

In arborum corticibus.

\*2072. LICHEN crusta tenerrima farinosa alba, punctis atris notata. †

In arborum cortice.

Crusta nivea, sed tenuissima, vix nisi colore suo conspicua. Scutellæ punctis non majores, nigerrimae, ad lentem vitream anulares.

2073. LICHEN

\*2073. LICHEN crusta tenuissima, inseparabili, subcarnea, scutellis fanguineis subhirsutis. †

In marmore rubro *Rupe.*

Crusta tenuissima, subcarnea, pallens, latas faciens maculas. Scuta minima fanguinei coloris, rotunda, hirsuta, si lens vitrea adhibita fuerit.

\*2074. LICHEN crusta miniata tenuissima, inseparabili, scutellis flavis marginatis *Emend. III.* n. 26. †

Ad rupes de la *Marbrière Rupe.*

Scutellæ flavæ, grandes, planæ aut concavæ, oris revolutis, in juniore planta albis, in adulta concoloribus.

\*2075. LICHEN crusta nigerrima verrucosa, papillis maximis flavis. †

In saxo arenoso.

Crusta nigra verrucosa, aspera. Scutellæ maximæ, semilineam latæ, hemisphæricæ, subasperæ.

\*2076. LICHEN scutis in saxum immerfis nigris. †

*Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, ex albo subcinereus, receptaculis florum exiguis, concavis & nigricantibus, ac in substantia lapidis veluti defixis* MICHELI p. 97. n. 21. conf. SCOPOLI p. 84.

In durissimo lapide.

Macula alba, etiam rubella. Lapis plenus scrobibus, in quibus minimæ, subrotundæ scutellæ. Ea scuta etiam absque conspicua crusta in lapidis scrobibus vidi.

\*2077. LICHEN subrubellus, minimus, scutis in saxum immerfis. †

*Lichenoides punctatum & rugosum nigrum* DILLEN. p. 125. t. 18. f. 2.

*Lichen leprosus albicans, lineolis simplicibus, punctis que nigris confertis* LINN. p. 1607.

In durissimo lapide conf. SCOPOLI l. c.

Scutellæ hemisphæricæ, in quibus quasi anulus calcarius rubellus, crenatus, qui in scutellam abit concolorem, margine tumente, in rosulæ speciem laciniato.

2078. LICHEN scutellis flavis, lapidi immerfis. †

Abunde in duris saxis.

2079. LICHEN de rimis efflorescens, bivalvis, ater, caracteristicus.

Multiformis plantula, a MICHELIO mire multiplicata habetur.

Est *Lichenoides crusta tenuissima, peregrinis veluti litteris inscripta* DILLEN. t. 18. f. 1. p. 125.

*Lichen leprosus albicans, lineolis nigris ramosis, caracteriformibus* LINN. p. 1606.

Commune est omnibus, de fissuris minimis albi corticis arborum nigerrimam & asperam crustam emergere, quæ utrumque rimæ labium occupat. Oblongæ cum sint, si cum aliis sui similibus, ad varios angulos coiverint, aliquid faciunt literarum orientalium umile.

α. Semiovalis, labiis retorridis MICHELI ta 54 f. 2.

β. Planiori rima, & minus profunda EJUSD. ord. 37. n. 8.

γ. Simplicibus lineis & punctis mistus.

δ. Incurva rima MICHELI ibid. n. 6.

ε. Ramosior & polymorphos ibid. u. 9. Satis adfinis literarum Chinesium.

\*2080. LICHEN stigmaticus, scutellis atris. †

In cortice etiam arborum.

Ex adfinitate priorum 2079.

In cortice depressæ scrobis frequentes excavantur, ut in facie variolosa, aut in cutè stigmatibus notata. In ejusmodi aliquot lineas lata scrobe cineream crustam videas, inque ea perminutas scutellas nigras, de ejusmodi ordinis indole.

## X. CRUSTACEI

## X. CRUSTACEI

## SCUTELLIS HACTENUS INCONSPICUIS. LEPRÆ.

Hæc ultima classis propius ad Byllos accedit, hactenus diversa, quod Bylfi filamenta pro elementis habeant, Lichenes glebulas; duriores etiam fere semper, colorisque sui magis tenaces sint.

- \*2081. LICHEN crustaceus saxatilis, omnium minimus, niger. †  
Annon *Byssus pulverulentus, ater* LINN?

Hic Lichen est, qui lapides de cotis genere, in facie cardinem Mundi spectante deformat, a quo pluviae solent venire. Albissimi enim sunt lapides, quando primum ab artifice politi, humorem a lapidicina adlatum exhalant. Idem paucos post annos, nobis qua austrum & occasum spectant, toti denigrantur. Maculae sunt nigricantes, quae latissime per cinereum lapidem regnant. Lente vitrea inspectae ostendunt agmen glebularum atrarum, absque splendore, rotundarum, aut informium.

- \*2082. LICHEN minimus, atro cinereus, villosus. †

In ligno crusta nigerrima adparet, subaspera & quasi verrucosa. Lente vitrea adhibita eadem hemisphaeris nigerrimis fit, arcte congestis, & villo concolore undique exasperatis.

- \*2083. LICHEN nigerrimus asper. †

An *Lichenoides punctatum* & *rugosum nigrum* DILLEN. p. 125. t. 18. f. 2?

De cortice coni acuti, asperi, undique ascendunt, dense stipati, ad lineam longi, non veri villi.

- \*2084. LICHEN crusta aterrima, continua, glebulis subrotundis. †

In arborum corticibus.

A. Lichene nigro vetustorum lapidum differt glebulis subrotundis nigris, per superficiem sparsis.

- \*2085. LICHEN archipelagus. †

In lapide de cotis genere sunt insulae nigrae, ad lentem vitream subasperae, angulosae, mole & figura variae.

2086. LICHEN verrucosus, crustaceus, albus, orbiculis villosis concoloribus.

*Lichen crustaceus, arboribus adnascens, farinaceus, albus, superficie in acetabulis pulverulentis fere efflorescente* MICHELI p. 99. n. 54.

*Lichenoides candidum* & *farinaceum, scutellis fere planis* DILLEN. p. 131. t. 18. f. 11. sed scutellas nondum vidi.

*Lichen leprosus albus, tuberculis albis farinaceis* LINN. *skonska resa* p. 59. *Spec. II.* p. 1608.

Ad arbores frequens, late rimosum corticem occupat.

Crusta farinacea, alba, crassiuscula, glebulis facta minutis. Per eam creberrimi orbiculi feminalium villorum undique efflorescunt. Vides hujus ordinis cum Byllo nexum.

- \*2087. LICHEN verrucosus, cinereus, orbiculis villosis flavescens. †

In ligno putrido.

Huic crusta minus conspicua, cinerea est, obscura, orbiculi perinde frequentes & farinosi villosique, flavescens, etiam difformis figurae.

- \*2088. LICHEN crustaceus tenax, verrucosus, subcinereus. †

In subalpinis.

Aliqua est adfinitas cum Lichene 2053. Crusta nempe satis tenax, inaequalitates folii & Muscorum sequitur, colliculosa, inaequalis & continua. Glebulae subrotundae, majores, minoresque, absque scutellis, passim villis cinereis efflorescunt.

2089. LICHEN crustaceus, verrucosus, viridis.

*Byssus botryoides saturate virens* DILLEN. *Sylv.* p. 3. t. 1. f. 5.

*Byssus pulverulenta viridis* LINN. p. 1639.

In cavis

In cavis muris, testis, faxis.

Crusta continua, omnes suæ scrobis recessus vestiens, subaspera, glebosa, colore pulcherrime viridi; alias viride æris coloris provocante, alias cum admista flavedine. Lente vitrea adhibita putes Te obscuriuscula filamenta videre, simplicia, & ramosa, arbuscularum similia hibernarum. Sed eæ possunt exiguæ inæqualitates calcis esse, crusta obductæ.

2090. LICHEN Iridis odore, crustaceus, ruberrimus, ficcitate pallescens.

*Muscus Viola odore* AGRICOLÆ nat. fossil. L. I. p. 170.

*Jolithos*, seu lapis violaceus SCHWENKFELD. fossil. Siles. p. 382. Hirschberg bad. p. 181.

*Lapis violaceus sylvæ Hercynicæ* BRUKMAN. script. propr. & Epistol. Cent. II. p. 110.

*Byssus Germanica minima saxatilis, aurea, violam spirans*, MICHELI nov. gener. p. 210. t. 89. f. 3.

*Byssus pulverulenta sanguinea, faxis imascens* LINN. p. 1638.

Ex Lithanthrace enata juxta Granitem lapidem J. GESNER. ultra Altdorf in via ad Steg, & in valle Todtmoos beatissimæ Virginis LANGIUS lap. figurat. Helvet. p. 12. Ex sylva Martia (Schwarzwald) haud longe Scaphusia, circa S Bläsi WEPFER. cicut. p. 13. Magna copia legi in faxis per sylvas paludosas inter Oderbrücke & Andreasberg.

Crusta junior ruberrima, de duro lapide late efflorescit: per ætatem vero ex luteo viret. Filamenta, dum junior est, obscurissima, neque mihi conspicua educit; & ficcus mihi pulverulentus videtur. Odore est Violæ, vel Iridis, eoque durabili qui utique a c) Musco est, non a lapide d).

Ad morbos exanthematicos adhibetur e).

\*2091. LICHEN crustaceus, rimosus, verrucosus, cinereus. †

In arborum cortice.

Asper, inæqualis, glebulis subfoliaceis factus, ut ad lentem vitream adparet, polline cinereo conspersis, rimis separatis, multo, quam 2088, tenuior.

\*2092. LICHEN farinaceus mollis, villis efflorescens, albicans. †

An *Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, mollissimus, e cinereo glaucus, semimibus concoloribus undique refertus* MICHELI p. 100. n. 67.

Latas per terram crustas facit, friabilis, mollissima crusta, quæ glebulis fit exquisite farinosis, inorganicis. De centro tamen cespitis crassissimus & creberrimus villas cinereus efflorescit.

\*2093. LICHEN farinaceus mollis, albus, glebulis sphericis.

*Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, albus, globulis minutissimis undique refertus* MICHELI p. 99. n. 56.

*Byssus candidissima, calcis instar, Muscos vestiens* DILLEN. p. 2. t. I. f. 2.

*Byssus pulverulenta, crustacea, albissima* LINN. p. 1639.

Tenera, mollis, ut in priori, crusta ex albo subcinerea, non sine admisto virote. Lente vitrea admota adparet, meris fieri glebulis, plerumque exquisite sphericis.

2094. LICHEN farinaceus mollis, albicans, glebulis d'formibus. †

*Byssus pulverulenta incana, farinae instar strata* DILLEN. Sylv. p. 3. t. I. f. 3. LINN. p. 1637.

Passim per terram, argillam nudam, Muscosque sternitur, crusta lata, parum coherente, farinosa, friabili, glebulis modo fessilibus, modo paulum elevatis, colore albo, cinereo, glauco.

2095. LICHEN farinosus, arboreus, candicans. †

*Lichen crustaceus, arboribus adnascens, neque rimosus, neque verrucosus, candidus, pulvisculo concolore adpersus* MICHELI p. 99. t. 53. n. 4.

Candidissimus, tener, totus pulvisculo efflorescens, ut detergi possit, & late corticem obducit.

C c 2

2096. LICHEN

c) AGRICOLA. BROMEL. Lithograph. p. 55.

d) LOCHNER. t. 29. Mus. LEDERL. Epb. Nat. Cur. Dec. II. ann. 8. obs. 28. CAMERAR. Utilit. lapid. figurat. med. p. 29. Utrique inesse, nempe dari & odoratum lapidem, & odoratum Muscoda Cl. ZUCKERT Oberbars p. 295. Nostro odor in musco est.

e) LINN. Wästgöta resa p. 250.

## 2096. LICHEN crusta tenuissima flava.

*Byssus pulverulenta flava, lignis adnascens* DILLEN. *Sylv.* p. 3. t. 1. f. 4. LINN. p. 1637.

*Lichen crustaceus arboribus adnascens, tenuissimus, pulverulentus, aureus, colore elegantissimo & immutabili* MICHELI p. 180. n. 69.

Ad asseres & ligna, quæ pluvio vento exponuntur, latissimas crustas facit.

Acervi sunt informis pollinis, obque colorem immutabilem Lichenibus, quam Byssis magis familiarem, huc revoco

β. Pallide luteus, feu ochroleucus MICHELI p. 100. n. 70.

## \*2097. LICHEN crusta viridissima.

*Byssus lanuginosa æruginosa* DILLEN. p. 4. t. 1. f. 8.

Crusta continua, granulosa potius, quam foliosa, pulcherrime viridis, ut viride ærie.

## \*2098. LICHEN crusta cinnabarina. †

*Lichen crustaceus pulverulentus, ruber, arboribus adnascens* MICHELI p. 100. n. 73.

In Quercuum & Fagorum corticibus.

Glomeres cinnabarini corticem ornat, glebulis inorganicis, neque in fila fictis.

## \*2099. LICHEN læte purpureus, latissimis crustis &amp; tenuissimis. †

Pulchra planta latissima, etiam pedalis, ligna emortua vivida & durabili purpura pingit.

Adeo tenera est, ut nullas in ea glebularum distinguamus.

## \*2100. LICHEN omnium subtilissimus, late sparsus, læte purpureus. †

Diversus a priori, penitus impalpabilis, in fungis putrescentibus crustam efficiens elegantissimam, coloris vivide rosei in kermesinum tendentis. Neque fila distinguo, neque glebas.



CLASSIS XVIII.

FILAMENTOSÆ.

Ultimum locum mererentur, nisi hic a Lichenum minimorum adfinitate retinerentur, inde a Myciligine. Sed etiam LINNÆUS Fungis præposuit. Natura ea est, ut foliis filis constet, simplicibus aut ramosis, aliquando articulatis, etiam amplioribus, articulatis, spinosisve, & tubulis conspicuis. Cæterum neque floris, neque fructus ullam vestigium in hac classe reperi, præter aliquem subinde pollinem.

BYSSUS DILLEN. p. 1.

BYSSI LINN. n. 1208.

& MICHELI p. 210. plerique.

Huic natura terrestris fere durabilis; fila simplicia, aut ramosa, quibus passim secundum longitudinem globuli adherent. Ea femina vocat Cl. GLEDITSCH, & per aërem pollinis specie volitare vidit a).

\*2101. BYSSUS viridis, filamentis ramosis. †

*Byssus terrestris, viridis, herbacea, filamentis ramosis & non ramosis*, MICHELI p. 211. t. 89. f. 5.

*Byssus filamentosa viridis* LINN. p. 1638.

*Byssus tenerrima viridis, velutem referens* DILLEN. p. 7. t. 1. f. 14.

*Byssus* 3. Cl. GLEDITSCH. p. 19.

Passim ad terram & lapides.

Omnino diversa a botryoide DILLEN. Nostræ enim fila vera, pallide virentia, brevissima equidem, sed adhibita lente vitrea ramosa, & arbuscularum similia. Globuli non obscuri; filamenta sæpe serpentina.

\*2102. BYSSUS cærulea, cespitosa, crispa. †

*Byssus minima cærulea, non ramosa, Musco innascens* MICHELI p. 212. t. 90. f. 8.

*Byssus capillacea cærulea*, &c. GLEDITSCH. p. 23. b.

In lapidina derelicta supra Ostermundigen.

Filamenta majuscula, curva & crispa, latos cespites fabulorum rupium obducunt.

\*2103. BYSSUS spadicea crispa.

*Byssus sericea, fulva, perelegans, tenuissima, ramis tamen innascens*, & glebas circumvestiens MICHELI p. 211. t. 90. f. 4.

Ad lapides fabulosos, ad dextra viæ ducentis in Graubolz. In cæsa rupe & fabulosa terra supra Ostermundigen.

Color spadiceus elegans, mollities, quæ lanæ, & similes crispæ filorum cinereorum tenerimi.

\*2104. BYSSUS nigra velutina. †

*Byssus petrea, nigerrima, fibrosa* DILLEN. Sylv. p. 9. t. 1. f. 18.

*Byssus minima, saxatilis, nigra, ramosissima, viticulis nudis* MICHELI p. 212. t. 90.

*Byssus* f. e. GLEDITSCH. p. 21.

In subalpinis circa Interlachen, & per alpes, Muscis instrata.

Elegans, nigerrima, similis ferici tonfi, filamentis distinctis, erectis, dimidiam lineam longis.

Quæ in vetustis muris a GAGNEBINIO indicatur, Lichen forte fuerit.

\*2105. BYSSUS rupestris aurantia.

Misit Cl. GAGNEBIN.

In vulgari illa aurea 2106. differt. Sylvæ sunt filorum aurantiorum, distinctissimorum, quasi crinium glomeres, colore immutabili, neque cespitosorum.

\*2106. BYSSUS pulvinata, crocea. †

*Byssus petrea crocea*, & *Byssus petrea canescens* RUFF. p. 300.

*Byssus aureus Derbientis humifusus* PETIVER. Gazophylac. Dec. I. t. 15. f. 3.

Byssus

a) Mem. de l'Acad. des Sciences de Berlin ann. 1749. p. 31.

*Byssus petraea crocea, glomerulis lanuginosis* DILLEN. *Sylv.* p. 8. t. 1. f. 16.

*Byssus minima saxatilis, aurea, inodora, filamentis partim simplicibus, partim ramosis*, MICHELI p. 210. t. 89. f. 2.

*Byssus capillacea pulverulenta, fructificationibus sparsis, filamentis simplicibus & ramosis*, GLEDITSCH. *fung.* p. 1. LINN. p. 1638.

Bernæ frequens in ipsis muris urbis, in lapicidina supra *Wabern* &c.

Amat in pulvillos convexos congeri, aurantii coloris, filis valde conspicuis, erectis, sæpe ramosis. Per ficitatem eadem in cinereum degenerant. A Lichene violaceo hercynico longe remota est, cum quo DILLENIUS comparavit, & GLEDITSCHIUS conjunxit: pollinem iste habet, nostra pilos.

\*2107. BYSSUS longissima, filamentis cervinis ramosis. †

In fungis putridis. Serici similis, filis duriusculis, in aquosam tamen mollitiem degenerantibus, ramosis, uncialis, subspadicea.

\*2108. BYSSUS longissima tenerrima, nivea *Emend. III. n. 4.* †

*Byssus major speluncis & cellis vinariis innascens, latissima, primum alba, deinde aurea, postea fulva, filamentis crassioribus, & aureis, fissilibus* MICHELI p. 211. t. 90. f. 1.

*Byssus arborea, barbata, fulvi coloris* DILLEN. *Sylv.*

*Byssus evanida, floccosa, nivea* EJUSDEM p. 5. t. 1. f. 9.

*Byssus capillacea, fructificationibus sparsis, filamentis productioribus, crassis, basi latissima, &c.* GLEDITSCH. p. 22.

In subterraneis cuniculis *des Fondemens*: in cuniculis *Sylvæ Hercyniæ*.

Byssorum longissima, uncialis, filamentis, mollibus, albis, implexis, ut aquam sustineant, quæ per ficitatem in vellus *Confervarum* simillimum, cinnameum & denique fuscum degenerant.

Ex ista Byssu adpatet, *Confervas* vel cum Byssis conjungi debere, vel solo loco natali separari. Fateor, prius consilium mihi melius videri, nolo tamen a Cl. Viris recedere.

#### CONFERVA b) DILLEN. p. 11.

LINN. n. 1207.

A Byssu differt vita in aquis. Cæterum alias mero fere fit polline, in quo ægrius figuram aliquam demonstrat, alias filis teretibus, alias articulatis, denique globulis in seriem concatenatis.

\*2109. CONFERVA purpurea, aquis innatans.

*Byssus a qua aqua rubent* LINN. *Wästgöta resa* p. 14.

*Byssus aquatica purpurea subtilissima, filamentis partim ramosis, partim non ramosis* SULZER. *Schweiz. Reis.* p. 12.

Hanc stagnorum aquis & *Confervis* innatantem *Confervam* vidi, tenerum pollinem, qui tamen continuam crustam efficeret, late purpureum.

Nonne ista causa aquarum, quæ dicuntur in sanguinem conversæ fuisse, SULZERO dictæ, in lacubus prope *Andelfingen*.

Hic & in vicinissimis *Confervis* finis videtur vegetationis: cum in neutra partium ulla dissimilitudo supersit, & Lichenes decimi ordinis cum Byssis adeo inseparabili nexu cohæreant, ut omnino ægerrime separari possint. Utique debuissent Byssi & *Confervæ* ob simplicitatem ad finem hujus operis servari. Verum neque Lichenes simplicissimis crustis a reliquis scutellatis separare licuit, neque Byssos a *Confervis*, has a *Mucilagine*, istam a *Muco*. Incommode adeo factum est, ut plantulæ simplicissimæ ante alias tractandæ sint, quibus aliqua tamen partium est dissimilitudo.

\*2110. CONFERVA globosa gelatinosa *Emend. III. n. 1.* †

In fundo purissimorum fontium globulos reperio, insignis & fere pollicaris diametri racematim congestos, aqua graviore. In iis sphaerulis reperi aqueas bullas, tum tenerrimum & virescentem pollinem, & plurima gelatina hæc omnia conjungit, ut certe manu suscipere, & de aqua haurire possis. STÆHELINUS etiam inter icones habuit.

2111. CON-

b) *Conferva* alpinis fluminibus peculiaris, spongia potius, vel *Mucus*, vel herba, villosæ densitatis & fistulosæ; ad ossa fracta utilis PLIN. L. XXVII. n. 45.

- \*2111. CONFERVA crustacea gelatinosa *Emend. III. n. 2. †*  
 Ex alveis larignis aquas salvas suscipientibus, quæ de spinis stillat.  
 Latissime effloruerunt, cum primum aquæ in eos alveos immisissæ fuissent, crustæ manu ampliores, aliquot linearum crassitie, gelatinosæ, violaceo polline ebrizæ, quem plurima gelatina continebat, etiam flavescente.
- \*2112. CONFERVA natatilis tenuissîma, Iridis coloribus. †  
 Pollen est in crustas latas diffusus, aquis stagnantibus innatans. Colores sunt, extimus flavus, tunc aureus, inde ruber, porro cæruleus, centro fordide viridi.
- \*2113. CONFERVA crustacea, tenerrima, subviridis.  
*Byssus farinacea virescens, aquæ inspersa* CELSIUS *Act. Lit. Sæc. Vol. I. p. 301. GLEDITSCH. p. 25.*  
*Byssus filamentis plumosis natantibus* LINN. p. 1637.  
*Byssus latissima, papiri instar super aquam sparsa* DILLEN. p. 2. t. 1. f.  
 Mollissima, omni gossypio tenuior, suscepta tamen in chartam crassiore, & ficcata, in verum vellus abit, cujus fila nunc adparent, tenerrima, imbricata & ramosa, linea vix longiora.  
 Ejusmodi planta Porceti & Bathonii videtur in aquis thermalibus natare, & pro sulfure haberi, RAJO dicta.
- \*2114. CONFERVA cespitosa, filis rectis, undique divergentibus. †  
*Conferva minima. Byssi facie* p. 14. t. 2. f. 3.  
*Byssus palustris subobscura, filamentis non ramosis, brevibus* MICHELI p. 89. f. 10. etiam f. 8. & 11.  
 Ad lapides in rivis, in ipso Rhodano frequens. In rivo *Riederrubach*, in fonte *Häsenbrunn*.  
 Circa tophi glebas, filicesque jaspeos, quibus rivi nostri abundant, cespites crustasque facit. Fibræ sunt longiusculæ, virides, saturati coloris, & ramosæ, trium fere linearum longitudine, quæ undique ex lapide, tamquam de centro, in ambitum rigent.
- \*2115. CONFERVA filamentis simplicissimis, æqualibus, longissimis LINN. p. 1633.  
*Conferva Plinii (non male)* LOBEL. ic. II. p. 257.  
*Byssus palustris confervoides, non ramosa, viridis, sericeum referens, filamentis longis tenuissimis* MICHELI t. 89. f. 7. Non tamen citat DILLENIIUS.  
*Conferva sueviciatilis sericea vulgaris* & *fluitans* DILLEN. p. 12. t. 2. f. 1.  
 Vulgo in rivulis.  
 Fila glabra, mollissima, prælonga, parallela, teretia, simplicissima, nullo partium discrimine, fluente obsequuntur.  
 Partibus lævis imposita, & ossibus etiam fractis, adpersa aqua recente, quoties inaruit, mira celeritate etiam ossa fracta conferruminat c).  
 In aquis stagnantibus late expanditur & superficiem tegit.
- \*2116. CONFERVA filamentis simplicissimis duriusculis. †  
*Byssus palustris confervoides, non ramosa, viridis, filamentis crassioribus, fetas aprinas emulantis* MICHELI p. 210. t. 89. f. 6. citante DILLENIO.  
*Conferva palustris, sericea, crassior* & *varie extensa* DILLEN. p. 13. t. 2. f. 2.  
 Inter meas est, locum ignoro, nisi Gottingæ reperi. Fasciculos, etiam crustas facit, implexa, filis simplicibus pedalibus, viridibus, splendentibus, teretibus, crassioribus, quam pleræque Confervæ, & per ficitatem albis.
- \*2117. CONFERVA dichotoma, fetis porcinis similis DILLEN. p. 17. t. 3. f. 9.  
*Conferva filamentis æqualibus, dichotomis* LINN. p. 1635.  
 Icon *Flor. Dan. n. 358.* cum nostra non convenit.  
 Fila pedalia, in lentis rivis, crassitie setæ porcinae, aut crassiora, in ramos longos filia, & iterato divisa.
- \*2118. CONFERVA filamentis fuscis, tenuibus, ramosis, intricatis.  
*Conferva rivulorum capillacea, densissime congestis ramulis* DILLEN. p. 21. t. 4. f. 15.  
*Conferva filamentis æqualibus, basin versus ramosioribus* LINN. p. 1634.  
 Vulgo in rivis & ad molendina, lignorumque alveos, Bernæ.  
 A sequentibus, ut a prioribus differt. Pollinem efficit obscure virentem, subnigrum,  
 D d 2 cum
- c) PLIN. L. XXVII. c. 9. GARIDEL. *plantes autores à Aix* p. 151.

cum aliquo nitore, filis longitudinem sequentibus, in pelliceam crustam inplexis, fabulo adhærentibus, & ab eo sustentatis, bombycea Conferva aliquanto crassioribus, simplicibus, frequenter ramosis, unciam & paulo ultra longis.

\*2119. CONFERVA reticulata RAJ. DILLEN. p. 20. t. 4. f. 14.

*Conferva reticulata crispata* PLUKNET. t. 24. f. 2. *Hist. Oxon.* III. p. 144. t. 4. f. 4.

*Muscus aquaticus bombycinus, retiformis* LOESEL. p. 173. ic. 54.

*Conferva filamentis reticulatim adunatis* LINN. p. 1635.

In rivulis quietis innatat. Basileæ & Gottingæ reperi.

Tenera valde, sublutea e viridi, tota in speciem telæ aranæ, areolis quadrangulis & quinquangulis, vacuas areas relinquentibus, disposita, satis cohærens, ut educi possit, & obvia infecta retineat.

Puncta pro feminibus habet Cl. LEDERMULLER d).

2120. CONFERVA filis terribissimis, vellere bombycino.

*Muscus aquaticus bombycinus, tenuissimis filamentis* LOESEL. p. 173. ic. 55.

*Conferva palustris bombycina* DILLEN. p. 18. t. 3. f. 11.

*Conferva filamentis aequalibus ramosis, bullas aëreas includens* LINN. p. 1634.

Passim in aquis stagnantibus, misit etiam Cl. GAGNEBIN & STÆHELINUS.

Nomen meretur. Filamenta tenerrima, molliissima, quam maxime imbricata, ubique bombycinam telam (oratte) referentia, ut etiam ejus usus supplere queat. Viridem habeo & albam, latam, crassam, multorum stratorum, facile perennantem, cujus pars inferior compressa corii albi, chirothecarii, habitum exprimit.

\*2121. CONFERVA crusta continua, ex albo & nigro varia, filis planis stipatis. †

Misit Cl. GAGNEBIN des Combes de Valanvron.

Pellis est rhomboideis nigris lineis varia, cæterum alba, parum crassa, tonsa quasi & artificiosa, inferne sublivide viridis.

\*2122. CONFERVA filis crassiusculis, rigidioribus, subarticulatis. †

*Conferva fluviatilis sibrilloja subrigida* DILLEN. p. 21. t. 4. f. 16.

In rivis puris passim, in Dubi, Basileæ, Gottingæ, &c.

Aspera tactu, filamentis longiusculis, hætenus intextis, ut crustæ modo eximi queat, constanter pallidis, subluteis, crassiusculis, ramosis, frequentes quasi radículas brevissimas edentibus. Ad lentem vitream plerumque videntur ex alternis obscuris & pellucidis particulis constare, unde habitus nodosus; sunt tamen certissime fila, absque nodulis simplicia, tota pellucida.

Valde suspicor *Confervam filamentis longis, geniculatis, simplicibus* DILLEN. t. 5. f. 25. non differre, synonyma tamen mea omnia ex plantis a DILLENIO missis sumpta sunt.

\*2123. CONFERVA coriacea obscura. †

*Tremella palustris, vesiculis sphericis frangiformibus* DILLEN. p. 55. t. 10. f. 17.

Vesiculas non vidi, sed misit Cl. GAGNEBIN, quem cum exemplo a DILLENIO olim communicato comparavi. Crusta est nigerrima, corii similis, pene lineam crassa, in aqua mollescens, & demum longo tempore in fila discedens, nigra, sed alternis tamen pellucidis & fuscis sedibus varia. Addit DILLENIUS, producere fungulos petiolatos, spherico capite, liquore plenos. Ex ea nota non esset hujus generis; crustam possis relinquere, quæ plana sit, Pezizarum dissimilis.

*Alga fontalis trichoides* C. B. *Conferva canalicularis* LINN. non vera planta est, neque debet Confervis adnumerari. Fit a radiculis arboris alicujus vicinæ, quæ per foramen in tubulum aquæ ducendæ destinatæ aditum sibi aperuit. Ea radícula mira fecunditate fruticat, ramosque dat & ramorum ramulos, ut denique ad centum pedes producat, & aquæ ductus ab his stipatis capillitiis obturati dirumpantur.

Icon *Confervæ fontalis ramosissimæ glomeratim congestæ* DILLEN. p. 20. t. 5. f. 31. hanc spuriam plantam exquisite exprimit, sed nostra naturam ligneam nunquam deserit.

\*2124. CONFERVA gelatinosa, globulis punctatis, concatenatis.

*Conferva geniculata lubrica major* DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. append. p. 60. t. 13. f. 3.* cum spinulis loco punctorum.

*Conferva fontana nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, major & fusca*, EJUSDEM *Sylv.* p. 36. t. 7. f. 42. Etiam n. 43. 44. 45.

Corallina

d) *Frühlings-Ergösz. II. t. 72.*

*Corallina pinguis ramosa viridis* VAILLANT. p. 40. t. 7. f. 6. non optime.

*Conferva filis ramosis moniliformibus, articulis globosis, gelatinosis* LINN. p. 1635.

In rivis aquarum purarum, Gottingæ & Bernæ, illic in fonte, qui molendinum papiraceum. *Weendense* agitatur, hic in der Lorraine.

Gelatinosa tota & tremula, ramosa & cespitosa, lapides obducit, & alveos. Globuli sunt, crassiori filo conjuncti; ad lentem vitream punctis nigris distincti, colore viridi, lurido, rubro: major etiam & minor reperitur.

## TREMELLA DILLEN.

LINN. n. 1204.

Non valde bene definitus est character, & LINNÆUS multo plures plantas in suum genus recipit, quam DILLENIUS. Gelatinosa natura princeps nota videtur, & cum finis meus sit, potissimum species constituere, & de generibus peritioribus cedam, visum est cum DILLENIO manere, & plantas aquaticas solas hic retinere.

## \*2125. TREMELLA viridissima, corniculis palmatis. †

*Encus fontanus pinguis corniculatus viridis* VAILLANT. t. 10. f. 3.

*Tremella palustris gelatinosa, Damæ cornuum facie* DILLEN. Sylv. p. 51. t. 10. f. 10.

In Gyrenmoos. STÆHELINUS circa Schauenburg in fontium alveis.

In testa turbinis aquatici fedebant globuli hirsutuli viridissimi. Ex iis hinc inde ascendebat cauliculus, pariter viridissimus, in fine suo palmatus, multicornis, cornubus & brevibus obtusis. Plantula vix semuncem superat.

Comparavi cum iconibus polypi viridis. Multa certe similia. Sed iste multo minor.

Ita mea in paludosis lecta Tremella, sed aliæ plantæ multo magis ramosæ sunt, divisæ & subdivisæ, finibus acutis & difformibus. Ea videtur *Tremella terrestris tenera* & *crispa* DILLEN. p. 52. t. 10. f. 12.

Hujus plantæ nuper nascentis sphaerulæ constituunt, ut puto, florem putatitium Mnii 1856.

## \*2126. TREMELLA plana, difformis, ramosa. †

Cauliculus est, quem in charta agglutinatum inter meas reperio, ramosus, sed difformiter, ramis planis, subinde quasi capillaria filamenta emittentibus, tenerior multo, quam paulo prior.

Possit esse *Ulva palustris ramosa* & *foliosa* DILLEN. p. 514. t. 54. f. 48.

## \*2127. TREMELLA lobata &amp; rugosa.

*Linkia palustris, gelatinosa, saxis adnascens, ex obscuro fulva & concava, vesicam referens,* MICHELI t. 67. f. 2.

*Tremella saxatilis gelatinosa & utriculosa* DILLEN. Sylv. p. 54. t. 10. f. 16.

*Tremella tuberculosa solida rugosa* LINN. p. 1625.

Cl. HUBER aquis innatantem reperit, inter Ragaz & Sargans. J. GESNER in palustribus circa Wangen.

Videtur *Linkia vulgaris* ab aquis torfaceis mutata J. GESNER.

## ULVA LINN.

Cum Tremella vix potest manere, cava quæ sit, neque vere gelatinosa, scabra potius & subaspera, membranacea.

## \*2128. ULVA tubulis cylindricis, tuberosis.

*Tremella maxima tubulosa, intestinorum forma* DILLEN. p. 47. t. 9. f. 7.

*Ulva tubulosa simplex* LINN. p. 1632.

In Susa fluvio prope Renan, &c.

Membranacea, subscabra, cava, intestini similis, variæ diametri a fili crassitie ad semuncem lata, tuberibus & brevibus cæcis appendicibus passim intumescens, e luteo viridis, sæpe tota crispatur, & in rugas collecta, fatis longa, & ad pedem.

Plantæ marinæ ab Helvetia adsunt, nisi petrefactas velis, quarum magna copia & multa varietas, non impressa lapidi, sed integra, inque lapidem versa, in monte Hubel reperitur, supra Dornach, fuci certe integri cum vesiculis, Astroitesque varii; sed eas divitias filicesque indicas in fissili lapide expressas, lubentes prætermittimus.

## CLASSIS XIX.

FUNGI LINN. n. 58.

Classis naturalis est, & nemini etiam veterum prætervisa. Et tamen difficillimum fuerit, characterem classicum definire. Plerisque equidem natura mollis est, ab utriculosis aliena, fibrisque facta parallelis: sunt tamen & duri Agarici, & plantæ nullo fibrarum ordine. Sed & brevis ævi Fungi dantur, & perennes; similes alii, alii partibus diversæ fabricæ distincti: odor plurimis communis, aliis nullus. Semina conspicua, pollinea, in multis, neque tamen in omnibus: flores equidem & folia, & veri nominis radices vix ullis. A filamentosis alia distant præter fila natura, & conspicuis magis feminibus: a Lichenibus natura neque crustacea, neque tartarea, & scutellarum defectu.

## MUCILAGO.

MUCILAGINIS MICHELI spec.

MUCI LINN. spec.

Huc refero plantulas fungosæ indolis, & odoris, & brevis vitæ, sed pene filamentosas, aut cellulosas, absque capitulis crusta aliqua tectis.

## 2129. MUCILAGO alba, crustacea &amp; filamentosa.

a. *Mucilago crustacea alba* MICHELI p. 216. t. 96. f. 2.

β. *Mucilago alba, ramosa, radices arborum simulans* EJUSD. p. 215. t. 96. f. 3.  
*Mucilago filamentosa ramosa* BONANNI p. 135. ic. 3.

γ. *Agaricum luteum, radicibus arborum fibrosis simile, inter humum & ligna vel lapides innascens* MICHELI p. 125. n. 19.

*Mucor crustaceus, spongiam simulans, cortice in pulverem fatiscente* GLEDITSCH. p. 161. ex synonymo. Vix credo nostram esse.

*Mucor ramosus niveus & monstruosus* EJUSDEM ibid.

Exeunte autumnno, in terra humida, orbitis viarum, arboribus putridis, quisquiliis omnis generis, vivis demum Muscis passim extensa reperitur, odore mucido, natura tenera. Plerumque crusta æquabilis est, filis facta simplicibus, in cespitem congestis, alias reticuli similior, areolis inanibus distincta contabescentes cortices obducit. Denique per terræ humectæ glebas & per marcescentia folia protrahitur, nervosæ folii sceleti non dissimilis, eaque ætate tere in luteum colorem degenerat. Certum est autem has diversas facies ejusdem esse plantæ.

Crustaceam Cl. BATTARRA e) pro animali corpore habet. Nimis vero adfinis est Agaricorum.

## \*2130. MUCILAGO plumosa nivea. †

Diversissima priori, in fungis putridis nata.

Plumulæ sunt, imbricatim congestæ, niveæ, tenerrimæ, ramosæ, trunculis in centro cespitis liberis, plumulis in ambitum dispositis. Prima initia sunt nivei, villosi, globulosi, cespites filorum.

## \*2131. MUCILAGO cinerea, filis cespitosis ramosis, &amp; non ramosis. †

In corticibus & lignis.

Pulverulenta, cinerea, cespitosa, fruticulos efficit modo simplices, modo ramosos, quarta parte uncia non longiores.

## \*2132. MUCILAGO miniata, villosa, minima. †

In *Saxifragia alpina*, foliis integris & trifidis, & in *Carduis*.

Glebulæ rotundæ, ovatæ, & alterius figuræ, aurantiæ, succulentæ, teneræ, sessiles, totæ factæ filis concoloribus, mollibus, undique erectis. Byssum vocarem, nisi ad vitæ brevitatem respicerem.

## FULIGO.

Natura huic plantæ mollis, butyro simillima, quæ celeriter in atrum & fuliginosum pollinem dilabatur.

2133. FULIGO

e) *Fung. arimin.* t. 40. fig. G.

## 2133. FULIGO butyracea, crocea, cauliculis ramosis, laciniatis.

*Spongia fugax mollis, flava & amena, in pulvere coriario nascens Mem. de l'Acad. ann. 1727. p. 427. Edit. Batav. 1799.*

*Mucor unctuosus flavus LINN. p. 1656.*

*Mucor crustaceus, ramosissimus, mollis & fugax, crocei coloris GLEDITSCH. Fung. p. 160.*

In lignis putridis & foliis faginis tabescentibus. Arbuscularum cespes est, ad Coralloidis similitudinem, laciniatarum, bifidarum, trifidarum, crocei coloris, sponte ad butyri modum diffluentium. Eæ sibi relictae intra unam noctem ficcatae, contractae, ovalem figuram induerunt, & cellulosum spongiae habetum, quæ intra paucas horas in nigrum pollinem fatiscit.

## \*2134. FULIGO ovata, laminosa, albida. †

*Mucor primus SCHEFFER. Fung. t. 192.*

Priori vicinus, Virgultis, & Hederæ ramis aridis circumnascitur. Tota planta ovum refert, elliptica, & convexa. Tota fit laminis albis, & quasi cellulosa tela, adeo hoc in stadio fugacibus, ut in pollinem diffiliari possint. Matura etiam planta in nigrum pollinem sponte dissolvitur.

## \*2135. FULIGO flava, butyracea, capitata. †

Tamen a priori diversa, Bernæ in sylvis, & foliis putridis *im Sädelbach, im Burgdorffhölzlein.*

Fila flavissima, in butyri speciem diffluentia, in reticuli speciem intricata, primo procumbunt; deinde eriguntur eadem, & quasi capitula efferunt, rotunda, sibi proxima, in petiolo unius lineæ, etiam ad quatuor usque lineas alta, demum ita confluentia, ut Brassicæ caulifloræ capitulum imitentur, semper mollia, & in butyrum diffluxura.

EMBOLUS *Enum. plant. Helv.*MUCILAGINIS *spec. MICHELI Enum. p. 8.*

A Fuligine differt, quod perinde quidem mollissimus sit, & in pollinem nigrum pariter dilabatur; sed caput habeat determinatæ figuræ, quæ pediculi est, erecti, tenuissimi, & cylindri crassioris. A Mucore differt, quod conspicuo cortice destituatur.

## \*2136. EMBOLUS carneus. †

*Lycoperdon spurium, arboreum, barbation BUXBAUM. Enum. plant. Halens. p. 204.*

In arborum corticibus & ad terram, autumnali tempore, quo hæc tota classis viget. Brevissimæ vitæ plantula, intra horam & nascitur & perit. Pediculus tenerrimus, albus; capitulum carnei coloris. Ejus prima figura est globuli, inde typhæ succulentæ, minimis tuberculis exasperatæ. Deinde tota plantula, brevissimo tempore elapsa, atra fit, & polline fusco obducitur, quo in stadio BUXBAUMIO dicta est.

## \*2137. EMBOLUS nigerrimus, albo villo adpersus f).

*Mucor seta nigra, villo fusco LINN. p. 1655.*

In ligno putrido.

Figura pariter Typhæ. Sed ea tota nigra est, paulo firmior, minusque brevis vitæ, & tuberculis albis, subtili villo non crassioribus adpersa.

## \*2138. EMBOLUS albissimus. †

Videtur *Mucilago minima, clavæ effigie, lacteum candorem simulans, pediculo donata MICHELI p. 216. t. 96. f. 4.* nisi quod nostræ plantæ clava in medio non contrahatur.

Planta MICHELI est *Mucor petiolatus, capitulo clavato, cortice in pulverem fatiscente, GLEDITSCH. p. 159.*

In ligno putrido, clava flocculenta nivea.

BOTRYTIS MICHELI p. 212.

MONILIA HILL. *hist. of plants.*

MUCORIS *spec. LINN.*

BYSSI *spec. GLEDITSCH.*

Vita fugax, femina racemosa, vel spicata, in petiolis ramosis. Et femina in putridum melonem

E e 2

f. 1. . f. 1.

melonem delapsa germinare vidit Cl. GLEDITSCH *Mem. de l'Acad. ann. 1749.*  
p. 29. 30. Elasticam naturam, qua femina disjiciat J. HILL. *Essays* p. 396.

2139. BOTRYTIS cinerea, racemis sphaericis. †  
*Botrytis comata grisea, caule simplici crassiori, seminibus rotundis* MICHELI n. 1. t. 91. f. 1.  
*Icon MALPIGHII plant. in aliis veget. t. 25. f. 108.* L. M. N. & BONANNI p. 135. ic. 1.  
*Byssus petiolata grisea, fructificationibus in petiolo ramosissimo spicatum digestis,* GLEDITSCH.  
*Fung. p. 24. conf. abhandl. II. p. 345.*  
*Unico & duplici ramo* WRISBERG. *anim. infusor. f. 9.*

Ex plantulis sub prelo humescentibus, ut in Plantagine.

Habet & simplicia filamenta, sterilia, & ramosa, quibus tres, quatuorve rami sunt, & cuique ramo etiam tres quatuorve acinorum acervi adident.

*Botrytis capitulo quadriloculari, in medio antheras & fructus continente* HILLIUS describit *Ess.*  
p. 396. in quo elastica vi concussis antheris pollea spargitur.

- \*2140. BOTRYTIS flava, simplex & ramosa. †  
*Botrytis ramosa cinerea, seminibus rotundis* MICHELI p. 212. t. 91. f. 2.  
In Muscis autumnali tempore.  
Capitula flava ex viridibus, grandiuscula, alia in suo petiolo simplicia, alia in ramosis petiolis, aliquot, tria, quatuor, majuscula. An vere a 2139. diversa.

2141. BOTRYTIS alba, racemis sphaericis STEHELIN.  
*Botrytis non ramosa alba, seminibus rotundis* MICHELI t. 91. f. 2.  
Fila producit in putrescentibus, in cespites collecta: inter ea longiora aliqua, ramosa, racemis albis, circiter quaternis.  
Datur & racemis ovatis subatris, nondum in Helvetia visa.

#### LYCOGALA MICHELI p. 215.

BONANNI p. 136. ic. 4.

Petiolum habet, & sphaericum caput, & vitam brevem, ut Mucor, sed liquore aliquo plenum, in cellulosam naturam diffuso.

#### I. SESSILIA.

- \*2142. LYCOGALA sessile, fulvum. †  
*Lycogala globosum, granis pisi magnitudine, aris recocti colore* MICHELI p. 216. t. 95. f. 2.  
J. GESNER in sylvulis montis *Legerberg* prope *Badam*, neque ipse reperi.  
Maxima inter omnia capitula habet, colore in arida planta subluteo, rufo, dum recens, cortice subhirsuto.

- \*2143. LYCOGALA sessile, niveum *Emend. III. n. 5.* †  
In terra prope *Drakau*.  
Pulchrae plantulae sphaerulae minimae, vix dimidiam lineam latae, sessiles, niveae, tactae diffuunt, & lacteum succum effundunt.

#### II. PETIOLATA.

- \*2144. LYCOGALA petiolatum, album aquosum. †  
In cuniculis subterraneis supra *les Fondemens*, de asseribus putrescentibus undique efflorescit, praelongum, sescunciale & ultra, mollissimum, aquosum, & album. Capitula non vidi. In telas arenas confluunt.

- \*2145. LYCOGALA petiolatum, aquosum, flavescens. †  
In ossibus humanis non recte purgatis.  
Fila longissima, uncialia, aquosa, argentea, sed cum sapore inelegante admixto. Sphaerulae mollissimae, tactae diffuunt, aquam effundunt, & de toto cespite lana quaedam reticulata flava superest.

- \*2146. LYCOGALA petiolatum, niveum, opacum. †  
A prioribus differt, & in ligno putrido, autumnali tempore, a me repertum est.  
Petiolus erectus, firmus, fuscus. Capitulum sphaericum, carnei coloris, tactum in lactei cremoris similitudinem diffuit. Vacua testa spadicem colorem induit.

MUCOR



MUCOR MICHELI p. 215.  
MUCORIS LINN. n. 1218. spec.  
& GLEDITSCHII p. 158.

Ut hæ minimæ plantulæ in ordinem redeant, Mucori tribuo corticem fabricam intus cellulofam, vitam brevem, naturamque mollem. His notis ab Embolo, Mucilagina, Lycogala, & Aspergillo differt.

I. PETIOLATI.

\*2147. MUCOR petiolatus cinereus.

*Mucedo capitulo diaphano, deinde viridi, & postremo nigro MALPIGH. plant. in al. veget. t. 25. f. 108. P. Q.*

*Icon BONANNI p. 133. n. 1. HOOKE obs. 20. GRIENDEL. p. 38.*

*Mucor vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, capitulo griseo, MICHELI p. 215. t. 95. f. 1.*

*Mucor stipitatus, capsula globosa LINN. p. 1655.*

*Mucor cespitosus, capitulo spherico, petiolo setaceo, longissimo GLEDITSCH. p. 161.*

In pane fitum contrahente, aliisque putrescentibus.

Setæ cylindricæ, cavæ, duas, tres lineas altæ. Capitula levia, rotunda, simplicissima, cortice conspicuo g). Is per maturitatem, aut aqua inspersa, vi magna rumpitur, & subtilem pollinem ejicit, globulis plenum regularibus, vero procul dubio semine, ut nudæ laceræque testæ superfint. Cur ergo semen negat habere Vir Cl. & vegetationem esse mavult, quæ non ascendat ad usque animale vitam h)? Addit Cl. DE GLEICHEN alium pollinem sphericum, qui habitat in verrucis alterius speciei i).

\*2148. MUCOR petiolatus albus, minimus MICHELI p. 215. t. 95. f. 1. †

*Mucor a GLEDITSCH. p. 162.*

In humida Peziza.

Minimus, mucilaginosus, styli pariter nivei. Caputula glabra, nitentia, concolora.

\*2149. MUCOR petiolatus albus, capitulo ovali, vide *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. 7. 8. obs. 139. †*

Ex putrescente Pruno, cespitose provenit, firmulus, totus niveus, & cortice distincto & cellulosa medulla, paulo priori altior.

II. SESSILES.

\*2150. MUCOR sessilis, globosus, albus. †

Sunt acervi globulorum sessilium, albissimorum, in foliis putridis reperti. Referunt *Mucilaginam minimam, crustaceam, albam, capsulis grani panici magnitudine & forma, dense positis MICHELI p. 216. t. 96. f. 6.*

Referunt etiam *Mucorem minimum, cespitosum & candidum MICHELI p. 215. t. 95. f. 4. qui Mucor 6. GLEDITSCHII p. 162.*

\*2151. MUCOR sessilis, globosus, luteus. †

*Mucor luteus globosus, in basi tomentosa sessilis GLEDITSCH. p. 162.*

Vulgo in plantis, dum sub prelo siccantur, humectis, neque satis repetito siccatis. Tomentum flavum est, in quo concolores globuli nidulantur.

ASPERGILLUS MICHELI p. 212.

MUCORIS spec. LINN.

& GLEDITSCHII.

Non habet corticem, sed mera filamenta, ad lentem vitream articulata, plerumque in spherulæ speciem radiatim congesta, aliquando digitata, aut arbusculam ramosam referentia. Olim R. HOOKE ovalem videtur depinxisse k). Mihi minus notæ sunt, unico excepto. Vita brevi, & mollitie, a sequenti genere differunt.

\*2152. ASPER-

g) HOOKE obs. 20. GRIENDEL.

h) NESHAM nouvelles observations p. 235.

i) t. 4.

k) t. 12. f. 2.

- \*2152. ASPERGILLUS capitatus ochroleucos. †  
 In cortice querno, sub brumæ initia.  
 Tener, mollis & fugax: capitulum pro portione magnum, villis factum, a sphaeræ ambitu in unum centrum convenientibus.  
 An forte *Aspergillus capitatus*, capitulo aureo, seminibus subrotundis MICHELI p. 212? quem etiam Ill. GESNERUS scripsit, se ad radicem *Pedicularis bulbosæ* reperisse.
- \*2153. ASPERGILLUS purpureus. †  
 Non satis accurate fabricam speculatus sum. Crusta quasi byssina erat, villosa, alba.  
 In ea frequentes breves styli & capitula rubra, quasi rorida, elegantissima.
- \*2154. ASPERGILLUS capitulo pullo, seminibus subrotundis MICHELI p. 212. †  
 J. GESNER in alveo balnei pagi *Rüschliken*.
- \*2155. ASPERGILLUS albus, pediculo articulado. †
- \*2156. ASPERGILLUS petiolatus, capite cylindrico cinereo † qui forte fuerit *Embolus villo albo adpersus* p. 111.
- \*2157. & ASPERGILLUS ramosissimus, in globulos terminatus, qui *Mucor capitulis aquosis, stipite dichotomo, setaceo, procero* SCOPOLI p. 68.  
 Nomina plantarum optimus STÆHELINUS olim misit, ultimum etiam CL. GAGNEBIN, peritus & fide dignus Auctor; plantas ipsas non vidi.

## TRICHIA.

CLATHROIDES MICHELI p. 214.

CLATHROIDASTRUM EJUSD. p. 214.

MUCORIS spec. LINN.

STEMONITIS spec. GLEDITSCHII p. 140.

&amp; MUCORIS spec. EJUSD.

ARCYRIA HILL. *hist. plant.*

Possent forte hæ plantæ non incommode cum *Lycoperdis* manere, cum quibus vita durabili, cortice membranaceo, polline feminali, & cellulosa medulla hætenus conveniunt. Differunt, quod ea cellulosa tela non membranis, sed filis duriusculis intertextatur, & quod nunquam aut pulpæ humidæ similis sit, aut carnis scissilis. Fibre in *Sphærocephalo* breviores sunt; in *Clathroide*, potissimum flavo, longiores; nolim tamen separare.

## I. PETIOLATI.

## I. CAPITULIS SPHÆRICIS.

SPHÆROCEPHALOS *Enum.* p. 9.

- \*2158. TRICHIA nigra, petiolata, capitulo sphærico. †  
 An *Fungoidaster parvus*, ex spadiceo rufescens, capitulo villoso, pene fornicato, *Fungis semiputridis inascens*, semine stellato MICHELI p. 200. t. 82. f. 1? Figura accedit.  
 In ligno putrescente.  
 Totus niger est & concolor: petiolus ad quatuor lineas longus, capitulum ad dimidiam lineam; cortex niger, & medulla, quæ cortice avulso undique hirta adparet.
- \*2159. TRICHIA nigra, cespitosa, petiolis flexuosis. †  
 Iconem plantæ STÆHELINUS misit, in cortice natæ: ut tamen vere hujus potius generis, quam *Fungoidastri* MICHELI fuisse, non satis adpareat.  
 Cespites sunt ovals innumerabilium plantularum, similibus & æqualibus, altarum ad duas lineas, capitulo sphærico, petiolo flexuoso, totarum nigrarum.
- \*2160. TRICHIA petiolo brevissimo, capitulo sphærico, cortice niveo, filamentis nigris  
*Enum.* t. 48. f. 2. †

In ligno

In ligno putrescente.

Petiolus vix linearis, capitulum tamen grande, & majus, quam sequentibus. Petiolus & capillitium internum capituli aterrimum; cortex albus, villo niveo conspicuus, ut tota plantula glauca videatur.

\*2161. TRICHIA petiolata nigra, capitulo sphaerico, villo ochroleuco *Enum. t. 48. f. 3.*

*Coralloides fungiforme arborum, nigrum, vix cristosum DILLEN. Sylv. p. 78. t. 14. f. 3.*

*Mucor perennis, stipite filiformi nigro, capitulo globofo cinereo LINN. p. 1655. conf. skonska resa p. 50. MONTI Comm. Acad. Bonon. T. III. f. 5.*

LINNAEUS ab ista plantam DILLENII, ob caput lenticulare, separat, non tamen puto vere differre.

In corticibus rimosis arborum, in sudibus & asseribus vulgo, sub brumæ initia.

Petiolus niger, duas lineas altus; capitulum nigro cortice sphaericum. Cortice rupto villi ochroleuci adparent, & capitulum varium est; deinde pars superior corticis delabatur, & nudum nunc adparent capillitium, Aspergilli MICHELII simile. Eo elapso cupula de capitulo fere disci similis superest. Vidi bicipites, tricripites.

\*2162. TRICHIA flava, petiolata; capitulo sphaerico.

Num *Mucor perennis viridis, foliis fuscis, stipite filiformi, capitulo globofo LINN. p. 1655. Lycoperdon omnium minimum, splendide lutescens FABRIC. butisb. p. 28.*

In cortice Abietis, & in terra cavæ semitæ supra *Uffire* vidi. Pollinem byssaceum flavum subjectum habebat; petiolum ejusdem staturæ villosum; capitulum majusculum, totum sulfureum, qui etiam in villo capituli color est.

An iste fuerit *Aspergillus aureus capitatus, capitulo aereo, seminibus subrotundis, MICHELI p. 212. n. 2?*

\*2163. TRICHIA petiolata rufa, capitulo sphaerico *Enum. t. 48. f. 4. †*

Petiolus niger; capitulum villosum rufum, cortice & capillitio concolore.

\*2164. TRICHIA gregaria purpurea, petiolata, capitulo sphaerico *Enum. t. 48. f. 6.*

*Annon Clathroides purpuream, pediculo donatam MICHELI p. 214. t. 94. f. 2?*

*Arcyria pediculo in volvam expanso Cl. HILL. p. 47.*

In putrescente ligno elegantissima plantula. Capitulum sphaericum vivide cinnabarinum. Rupto cortice emergit elegans capillitium, & in ovi speciem se spargit, semenque pollineum excutit, ejusdem coloris. Una pars testæ superior decedit, manet in pediculo pars testæ inferior, inanis, hemisphaerica. Iconem ejus vidi ILL. SCHMIEDELII manu paratam, ab amicissimo GESNERO communicatam, in qua capitulum ovatum, inferne continuum, superne orbiculatum pingitur, filis de parte testæ inferiori exeuntibus: fila ipsa articulata, seminibus subrotundis.

In Clathroide purpureo motum elasticum vidit Cl. GUETTARD. *Stamp. p. 17.*

\*2165. TRICHIA petiolata, capitulo cylindrico, axi perforato. †

*Clathroidastrum obsolete purpureum MICHELI. Majus p. 214. t. 94. f. 1.*

& *Minus ibid. f. 2.*

*Icon OEDERI t. 216.*

*Stemonitis petiolata gregaria, volva fugaci excepta, corpore elongato GLEDITSCH. p. 141. ubi volvam pro cortice ponit.*

Petiolus niger, firmulus. Capitulum cylindricum, tres lineas altum. Cortex Magnesiæ obsolete colore, fugax & deciduus. Ruptus idem pollinem concolorem effundit, & reticulum superest, in quo septum quasi Vir Cl. vidit, nempe petiolum ad summam usque testam continuatum.

\*2166. TRICHIA gregaria cinerea, petiolata, piriformis. †

In trabibus putridis, & in sylva *Burgdorffbölzlein.*

Initia plantæ sequenti satis similia sunt, cespitosa, petiolata, capitulo piriformi, splendide cinereo, capillitio cinereo, subviolaceo. Rupta testa exit idem, & ovatum fit, inde cylindricum, ad unciam longum, flexuosum, cum sui similibus intricatum.

\*2167. TRICHIA brevissime petiolata purpurea, piriformis *Enum. t. 48. f. 5.*

An *Clathroides purpuream, pediculo carens MICHELI p. 214. t. 94. f. 2?*

Habet Cl. HILL.

In putridis lignis, & in teneriori parte rimarum corticis emarctidi.  
Gregarium est, petiolo brevissimo, capitulo piriformi, sursum latescente, supra basin contracto, fusco. Disrupto cortice dependet capillitium cylindricum, ex aurantio purpureum, polline concolore plenum, eoque delapso testa cava & inanis superest.

## II. SESSILIA.

- \*2168. TRICHIA gregaria, sessilis, piriformis, flava *Enum. t. 48. f. 7. †*  
In sylva ducente ad villam *Märklingen*.  
Minimo utique Lycoperdo simile, piriforme, sursum latius, supra basin stragulatam, sed lata ea basi & sessili. Cortex & capillitium flavi coloris. Illo rupto glomus capillorum erumpit, quem olim, anno 1735. motu quasi animali agitari vidi, & pollinem spargere, quem ipsum vitris argentibus usus reperi anulis perforatis similem esse. Frequenter dimidiæ testæ inanes reperiuntur.
- \*2169. TRICHIA gregaria, sessilis, sphaerica, glauca. †  
In Muscis.  
Globuli sunt majusculi, glauci, elegantis coloris, plerumque gregarii, terni, quaterni, etiam integri racemi, absque petiolo.  
Præter iconem olim paratam, nihil de hac plantula reperi.  
Alias adhuc species Cl. SCHMIEDELIUS depinxit, fordide luteam petioli ramis in capitulum pyriforme diffusis, & late rubentem similem, & sessilem sphaericam purpuream, capillitio semper articulado, ramofo, pleno feminibus.

LYCOPERDON LINN. p. 1217. GLEDITSCH.

LYCOPERDON MICHELI p. 217. t. 97.

LYCOPERDOIDES EJUSDEM p. 219. t. 98.

LYCOPERDASTRI spec. EJUSD. p. 219. t. 99.

TUBER EJUSD. p. 221. t. 102.

GEASTER EJUSD. p. 220. t. 100.

CARPOBOLUS EJUSD. p. 221. t. 101.

Commune est Lycoperdis, saccum esse membranaceum, sæpe corticibus distinctis concentricis factum, in nonnullis speciebus secedentibus, plenum pulpa aut molli, aut duriori, carnea, quæ in cellulosam, laminosam, naturam dissolvitur, ex qua pollen feminalis alias, & sæpe, excutitur per ostium supremi sacci, alias cum ipsa pulpa diffluit.

## I. PETIOLATA.


- \*2170. LYCOPERDON petiolo gracili, capite sphaerico, levi, papillato, perforato.  
*Lycoperdon Parisiense minimum, pediculo donatum* L. R. H. t. 331. E. F. MICHELI p. 217.  
*Lycoperdon stipite longo, capitulo globofo glabro, ore cylindrico integerrimo* LINN. p. 1654.  
*Lycoperdon sphaericopapillatum, petiolo longissimo* GLEDITSCH. p. 151.  
Passim reperi, Basileæ ad *Robthaus*, versus *Michelfeldensia* paludosa. J. GESNER ad vallos urbis minoris. Gottingæ non raro.  
Petiolus uncialis, tenuis, albus, levis. Capitulum album, rotundum, de quo ex media convexitate papilla eminet, quæ orbiculari osculo in medio aperitur, quod torus undique eminens ambit.
- \*2171. LYCOPERDON totum exasperatum, cylindrico petiolo, capitulo sphaerico.  
*Lycoperdon album totum asperum* MICHELI p. 217.  
J. GESNER in monte *Uetliberg*, qui nomen ad me misit.

## II. SESSILE.

## CORTICIBUS CONJUNCTIS.

2172. LYCOPERDON faccatum, cinereum, polline obscure viridi.  
Mutabilis planta præter priorem plurimas alias varietates habet.

α. Pyramidalibus



f. 1.



f. 2.



f. 3.



f. 3.



f. 4.



f. 5.



f. 6.



f. 7.



f. 8.



C. S. Reilmar Med. C. delin.

G. D. Heuman sc. Acad. Götting. Sculptor. 1740.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Sixth block of faint, illegible text.

Seventh block of faint, illegible text.

Eighth block of faint, illegible text.

A. Pyramidalibus verrucis exasperatum, simplicibus, & quaternis adunatis; post quas decussas granula manent.

I. Quasi petiolatum, sive longi colli.

*Lycoperdon album*, totum aculeatum, altiori basi donatum, MICHELI p. 217. t. 97. f. 1. & VAILLANT. t. XII. f. 16.

Cortex undique majoribus & minoribus pyramidibus acutis exasperatus. Pars inferior facci petiolum refert, cylindrica quæ sit, & capitulo gracilior. Id ovato conicum, acuminatum. Membranacea intus natura mollis, & pollen niger.

II. Collo aliquo MICHELI t. 97. f. 5. SCHÆFFER. t. 186.

*Fungus carnosus*, nivens, adamantinus, in montibus Feltrinis BOCCONE *mus. di fific.* p. 306.

Utraque varietas nobis non rara est. Etiam exiguus cernuus, durior fungus, acutis verrucis asper passim provenit.

β. Verrucosus, non adeo accurate mucronatis verrucis.

I. Collo longo SCHÆFFER. t. 187.

*Fungus lupinus cucurbitinus*, cervice longa scabra grisea BOCCONE *ibid.*

*Lycoperdon excipuli chymici forma* VAILLANT. t. XII. f. 15.

& *Lycoperdon verrucosum sphericum*, pedunculo donatum, e flavo rufescens, punctulis fuscis notatum VAILLANT. t. XVI. f. 7.

Icon BATARRÆ t. 31. f. 2.

II. Partim sessile & partim petiolatum, verrucis subrotundis spadiceis oblitum.

III. Sessile, capite in transversum lato VAILLANT. t. 16. f. 5. 6. & MICHELI t. 97. f. 4. SCHÆFFER. t. 184. f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. rotundum VAILLANT. f. 8. t. 8.

γ. Reticulatum, reticulis elegantibus stellatis, exasperatis VAILLANT. T. XVI. f. 4. MICHELI t. 97. f. 3. SCHÆFFER. t. 189. 190. Etiam cinereum, aurantium & purpureum inter nostra est.

B. Leve.

I. Collo longo, levi.

II. Collo aspero.

III. Collo brevi, maximum ad capitis infantilis magnitudinem, etiam ad duos pedes, pondere 25. librar. & duarum ubiarum ambitu 1) conf. Hanow. *Seltenheit.* II. p. 368.

*Fungorum perniciosorum genus* XXVI. *Spec.* III. CLUS. p. CCLXXXVIII.

STERBEEK. icon 28. e. SCHÆFFER. t. 191.

*Fungus non vescaus* XII. LOESEL. 190.

*Fungus Carrariensis* Cl. MARSIGLI.

Misit ea magnitudine Cl. GAGNEBIN.

IV. Mediocre, quo pleræque vulgares species pertinent VAILLANT. T. XVI. f. 9.

V. Minimum leve SCHÆFFER. t. 185. f. 1. 2. 3.

Minimum, transversum latum, leve VAILLANT. t. XVI. f. 9.

Etiam spadiceum, flavum SCHÆFFER. t. 184. f. 6. 7. t. 185. f. 4. 5. An & t. 188?

Huc etiam Icon TOURNEFORTII t. 331. e.

C. Non distinguo *Lycoperdon semiorbiculare* I. R. H.

*Lycoperdon obverse conicum*, in summa parte intus pulverulentum GLEDITSCH. p. 149.

*Fungum calycis forma magnum*, ex genere crepitis lupi MENZEL. pugill. t. 6.

Icon SCHÆFFERI t. 189. f. 4. 5. 6.

J. GESNER reperit, tum ego, & inter icones meas retuli.

Huic figuta globosa, aut transversum lata, pars inferior pene dimidia carnosæ, alba, non pulverulenta: superior semielliptica, in fuliginem diffluit.

D. Fasciculatus.

*Fungus ollularius vel botryoides fumarius* I. B. III. p. 848.

Ad ripam Rheni.

Figura mali & magnitudinem, substantiam lubricam & mollem, apice perforatam suo

Fango tribuit I. B.

Confer cum istis varietates a Cl. GLEDITSCHIO recensas p. 143. sqq. & BOCCONE *mus. di fific.* p. 301. f. 6. 7. 8. p. 305. 306.

A. D. Est *Lycoperdon subrotundum*, lacerato debiscens LINN. p. 1653.

& *Lycoperdon spheroidale*, basi rugosum, stipitatum, laciniis obtuse emarginatis debiscens, LINN. *ibid.* Conf. DALIBARD. p. 390.

Multiformis planta, in terra macilenta, in pratis, arvis, macilentis subalpinis ubique.

In uni-

1) K. *wetensk. acad. ann.* 1763. trim. 4.

In univcrsum faccus est, inferne radicans, cujus involucra tria sunt, quæ plerumque possis separare; epidermis, cutis callosa alba, & liber interior, ægrius a medulla separabilis. Intus medulla est, in juniore planta flavescens, solida, quæ in cellulofam telam fatescit, obscure viridi polline plenam, quem per ostium effundit, quod in suprema convexitate aperitur, & cujus lacinia se in nonnullis speciebus revolvunt, ut in alpina maxima. Is pollen particulis fit sphericis *m*), in acutam caudam terminatis. Figura incerta est. Aliæ plantæ sessiles sunt, sacco orbiculari, in transversum lato, aut rotundo, inferne contracto & plicato, ut brevis quasi ad radicem pediculus sit. Is excrescit alias, & in cylindrum collum abit, quod rotundum & latius caput profert, alias Fungus sessilis manet. Deinde cortex iste alias levissimus est, aut certe polline brevi & obscuro conspersus: alias exasperatur maculis, tuberculis, squamis, verrucis, aculeis, pyramidibus, vario omnino modo, qui aculei fere delabuntur, ut matura planta calvescat. Color naturalis albidus est, aut cinereus & plumbeus, tamen etiam flavus, aurantius cum rubore admisto, & spadiceus.

Pulvis Lycoperdi neque cum lixivo sale fervet, neque cum acore, neque syrupum violaceum viridi colore tingit *n*). Extractum fervida factum amarum est *o*). Veteres eo polline ad supprimendas sanguinis jacturas utebantur, totumque Fungum vulnere imponebant, Germani etiam potissimum, & RAVIUS *p*) eo multum utebatur: monebat tamen, non debere removeri, sibique jubeat permitti, ut sponte delabatur, avulsam enim nocere. Non recusaverim in leviori hæmorrhagia usui *q*) esse posse, nostro tamen ævo totus obsolevit.

Itali juniora Lycoperda, etiam maximum illud alpinum, frixum, & in tessellas incisum cum sale & oleo, in cibum recipiunt *r*). Nostris incolis ignota sunt.

Denique Fungum maximum pulverulentum in Anglia in prelo elidunt, in fornace post coctum panem torrent, ita in fomitem parant, qui flammam concipit, & apes intoxicat *s*).

\*2173. LYCOPERDON leve, sphericum, miniatum.

Fungus non vesicus XXXI. LOESEL.

Lycoperdastrion autumnale flavescens, cortice tenuiori levi, pulpa sordide purpurea, MICHELI p. 220. & plures ejus viri plantæ.

Fungus sanguineus sphericus BOCCONE *mus. di. fisic.* p. 304. *ic.*

Lycoperdon sanguineum sphericum BUXBAUM. *Centur. V. t. 29. f. 2.*

Lycoperdon IV. GLEDITSCH. p. 151.

In lignis putrescentibus & asseribus vulgo.

Sphericum est, leve, obscuri coloris, molle, corticibus duobus, intus pulpa mollissima, miniata, humida. Per ætatem ipse cortex purpureus fit, & pulpa in aurantium pollinem contabescit.

\*2174. LYCOPERDON cortice exteriori revoluta stellato *Emend. III. n. 11.*

Geastrum MICHELIANÆ figuræ multæ cum nostro consentiunt t. 100. f. 1. 2. 3. 4.

Fungus &c. *Eph. Nat. Cur. I. ann. 4. obs. 90.* SCHEFFER. t. 182. BOCCONE p. 305. f. 4. MYLI in *Hamburg. Magaz.*

Icon TOURNEFORTII t. 331. G. H.

Lycoperdon globosum & sessile, volva radiata, patente, ore acuminato, dentato LINN. p. 1653. GLEDITSCH. p. 151.

Icon OEDERI t. 360.

In sylva *Bremgarten*, zwischen dem *Neuenbrühlwege* und der *Enge* legi. STÆHELINUS *Basileæ.* J. GESNER in *Silbholzlein.* GAGNEBIN circa *Ferrière.*

In his plantis duo cortices separantur. Interior globulus manet, Lycoperdi prioris globosi similis, sphericus, linearis, & per osculum laciniis eminentibus cinctum pollinem explodit. Exterior cortex, crassus & solidus, fere ad Pezizarum modum coriaceus, se revolvit, & in radios decem & ultra, etiam quinque & sex, revolutus versus terram reflectitur.

Varietatem radiis dentatis MICHELI f. 5. aliam radiis reticulatis, a Cl. GAGNEBIN missam f. 6. aliam stella duplici, altera sursum versa, altera deorsum BATTARRA habet t. 39. f. 1. ad 5.

*m*) DURHAM. *phys. theol.* p. 415. BAKER. *microsc.* p. 255.

*n*) BRYNE *fung. offic.*

*o*) *ibid.*

*p*) *ibid.*

*q*) Commendat ad nimios sanguinis fluxus CRATO *Consil.* L. V. n. 25.

*r*) MARSIGLI l. c.

*s*) *Gentleman's Magaz.* ann. 1766. m. Jul.



f. r. ad 5. tum WATSON. *Phil. Transf.* n. 474. t. 2. f. 11. 12. BLAKSTONE in *Spec. SCHÆFFER.* t. 183. Istam nondum reperi.

Hic idem, demta fabula, est *Fungus anthropomorphus* SEGERI *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obs. 55.*

\*2175. LYCOPERDON corticibus revolutis, stellatis, globulo projectili.

*Carpobolus aureus, volva alba, fructu obscuro, seminibus subrotundis albicantibus*, MICHELI t. 101. n. 2.

*Lycoperdon volva multifida, fructu globoso, ex seminibus combinato* LINN. p. 1654.

*Carpobolus segmentis longioribus* HILL. *hist.* p. 54.

In ligno putrido plantulam reperi, motum elasticum non vidi. Supra *Kohlholz.*

Volva quasi foliacea, sicca, apice in tres quatuorve partes incisa, in ligno sessilis. In medio rosulæ globulus albus, qui per ætatem fuscus & asper factus est. Addit MICHELIUS, & Cl. FORSKAL, duos esse cortices exteriores, qui globulum comprehendant. Per maturitatem eos cortices in aliquot lacinias findi, fere ut in *Geastro* revolutas, & interiorem globulum elastica vi expellere. In eo humorem esse, seminibus mistum tenuissimis.

Tota planta minima est, linea paulo latior.

\*2176. LYCOPERDON faccatum, nigerrimum, pulpa flava, cellulis fimbriatis. †

Id *Lycoperdoides* MICHELI p. 219. t. 89. ad nullam autem Cl. Viri speciem referri potest.

Plantam ipse non vidi, sed iconem Basileæ lectæ ad me STÆHELINUS misit.

Tota planta ollam fere refert, cylindricam, latam, inferne ventricosam. Cortex exterior nigerrimus, villosus, interior aurantius, pariter villosus. Pulpa flava. In ea cellula rotundæ, ornamento denticulato cinctæ (*orle fleuromé*). In singula cellula aliquot semina sphaerica nigricantia contineatur, filamentis serpentinis interstincta. Racices aurantiæ, ex ligno sparsæ. Plantam nunquam visam, video me obscure describere.

Ad hanc adfinitatem *Boletum ramosum Coralloidem fetidum* Cl. DE REAUMUR †) pertinere credo.

### III. SUBTERRANEA.

\*2177. LYCOPERDON subterraneum, conglomeratum, cortice nigro exasperato.

*Tubera* MATTHIOL. p. 544. TOURNEFORT. t. 333. CICARELLI in propr. libr. & omnium Auctorum.

*Tuber brionale, pulpa obscura odora* MICHELI p. 221. t. 102.

*Lycoperdon globosum, subterraneum, solidum & scabrum, basi & radice carent, capsulis seminalibus magnis* GLEDITSCH. p. 157. qui tamen a MICHELIANO suum separat: sed color speciem non distinguit.

*Lycoperdon globosum solidum, muricatum, radice destitutum* LINN. p. 1055. conf. *Mem. de l'Acad.* ann. 1711.

Nunquam reperi, sed vulgo notum est, in sylvis supra vineta de la Côte legi. Supra *Fontaine André* DIVERNOI.

Subterraneæ, omni radice destitutæ sphaerulæ, aut certe rotunda & conglomerata corpora, cortice exasperato v), primo albo x), deinde nigro, pulpa carnosa solida, fibris quibusdam serpentinis distincta y), quasi marmorea, seminibus rotundis intra pulpam plena z). Enormi mole reperiuntur, ad libras a) octo b), & quatuordecim c).

Odor fatuus, sed vere feminalis natura, volatilis urinosa, qualia etiam tuber clemente igne actum fundit. Edule est, etiam Romanæ gulæ notissimum, & pro Aphrodisiaco medicamento habetur, detracto cortice, neque tamen prius in mensas recipitur, quam nigrum d) colorem conceperit, album enim insipidum est e). In Italia & magis odorata & sapidiora proveniunt, quam in Germania f): & odorem satis acrem spargunt, ut a canibus g), ad eum laborem exercitatis, odore detegi possint atque excuti b).

G g 2

Neque

†) *Mem. de l'Acad. des Sciences* ann. 1713. p. 71.

v) MICHELI potius nimis.

x) PENNIER de LONGCHAMP des *Trufes* p. 12. sqq.

Vere effodiuntur & flavescunt DIOSCORID. L. II. c. 139.

Tuber album *Bresl. Saml.* 1719. m. Nov. GLEDITSCH.

Hinc *Tuber æstivum, pulpam subobscura, minus sapida & odora* MICHELI.

y) Cellulæ & in iis semina GROFFI *Mem. de l'Acad.* 1712.

z) Conf. HILL. *veget. system.* t. 15.

a) PLIN. L. XIX. c. 2.

b) *Bresl. Saml.* 1725. m. Mart.

c) KRISLER *Reif.* I. p. 332.

d) MARANTA p. 64.

e) PENNIER.

f) SCHREBER. *Saml.* I. p. 98. sqq.

g) *Bresl. Saml.* 1719. m. Novemb.

h) Tamen & in Borussia BRUKMAN, & in Comitatu Castell. Franconiæ *Eph. Nat. Cur. Vol. VIII. obs. 3.* demum in *Specia* LINN. *Wäsig.* p. 36.

Neque *i*) radices *k*) habere, neque caulem *l*) satis certum est. Num vero tubera radicibus Quercuum & Carpinorum innascantur, iisque per fila aliqua adhærescant *m*)? neque negare ausim, neque recipere. Aliis corporibus circumnasci, & in iis calculos, neque raro *n*) repertos esse, etiam denarios *o*), veteres reliquerunt.

\*2178. LYCOPERDON subterraneum, rugosum, congestum. †

*Fungi Brassicæ putrescentis* GLEICHEN, *Reich der pflanz. t. 6. Comm. Lit. Nor. ann. 1741. n. 22. HANOW. II. p. 396. Leipzig. Saml. I. p. 612. sq.*

Passim reperiuntur ad caules & nervos Brassicæ, hieme defossæ, & experimentum etiam mulieribus notum est. Pro semine Brassicæ aliqui habuerunt *p*). Sed Funguli sunt, tuberibus proximi, minimi equidem, etsi integra eorum historia non cognita est. Exiguæ sunt, Coriandri femini æquales, subrotundi, nigri, undique rugosi, duriusculi, quibusdam rimis in lobulos obscure divisi.

S P H Æ R I A.

LICHENAGARICUS MICHELI p. 103.

AECIDIUM HILL p. 62.

Lichenibus conspicuæ scutellæ sunt, planæ aut subrotundæ. Sphæriæ fructus, non flores, sphærici sunt, pulvere carbonario pleni, quem per orificium suum effundunt. Eæ sphærulæ plerumque sub cortice aliquo latent, solo ostio conspicuo.

I. SOLITARIIS SPHÆRULIS.

\*2179. SPHÆRIA atrata, solitaria, minima. †

In virgultis aridis.

Superficies corticis simillima est agmini Lichenum atris asperisque scutellis n. 2082. 2083. Remota vero epidermide, reperi sphærulæ atræ, quarum oscula erant, quæ scutellæ videbantur.

\*2180. SPHÆRIA solitaria, scutellis nudis, atris, obtuse conicis. †

*a. Lichen crustaceus arboribus adnascens & veluti densus, receptaculis florum exiguis mammiformibus* MICHELI ord. 37. n. 4. t. 54. f. 4.

*β. & Lichen crustaceus tartareus, arboribus adnascens, niger, & veluti densus, receptaculis florum rotundis, per siccitatem nonnihil adpressis & umbilicatis* MICHELI ibid. n. 5.

Scutellæ quavis mamma magis convexæ, obtuse conicæ, atræ, rugosæ; in illa *a*. minores, puncto in apice notatæ; in ista *β*. majores, perforatæ.

\*2181. SPHÆRIA solitaria, mammiformis olivacea. †

*Lichenagaricus crustaceus, initio subhirsutus, & oleæ condita colore, per siccitatem glaber, niger & veluti densus, receptaculis florum mammiformibus elegantissimis* MICHELI t. 55. f. 1. p. 104. n. 2.

Agmina, sed distinctarum sphæricularum, in cortice non magna reperi. Tubercula sunt hemisphærica, mammiformia, etiam ovata, agminata, puncto pertusa, quod suo margine ambitur, aciculæ mediocris capite vix majora, sordide flava, cum virore, villosa; cortice detricto reliquum ficcum, pulveri crassiori carbonis simile est. Matura planta villum dejicit, & nigerrima adparet.

\*2182. SPHÆRIA tenuissima, cinerea, sphærulæ miniatis. †

A J. GESNERO accepti.

Hemisphærica & ipsa est, ostiolo suo in convexitate perforata.

Has plantulas MICHELIUS *Lichenoides* vocat, non satis a Lichenagarico suo distinctas.

\*2183. SPHÆRIA

*i*) Recte PLIN.

*k*) Habere BORRELLUS *Cent. III. obs. 92.*

*l*) Habere SCALIGER. *exerc. 180. Folia saligna EJUSD. Comment. in ARISTOTEL. de plant. p. 179.*

*m*) LA HIRE *anc. mem. I. p. 379. Du HAMEL. bist. Acad. p. 215.*

*n*) DE LA BROUSSE *natur. plant. p. 174.*

*o*) PLIN.

*p*) WIEDIG. *med. spir. p. 31. Conf. HANOW. l. c.*

- \*2183. SPHÆRIA obscura, tuberculosa, fessilis. †  
In ligno putrescente, gregaria & solitaria sunt tubercula obscuri coloris, non nigri, sed ex terreo spadicei, inelegantis, ovata, rotunde de cortice surgentia, etiam gregaria, & in agmina coalescentia.

## II. CRUSTACEÆ POLYSPHÆRIÆ.

- \*2184. SPHÆRIA nivea, plana, punctis nigricantibus.  
*Peziza turbinata, truncata, disco punctato* LINN. p. 1650.  
*Icon OEDERI t. 288.*  
Plani disci, ovati, albissimi, trium linearum diametro, pleni punctis nigris, intusque sphaerulis atris, per ea puncta se evacuantibus. Pedunculus disci niger unicus.  
In stercore equino.
- \*2185. SPHÆRIA obscura minima. †  
In virgultis aridis.  
Similis Lichenibus glaucis, crusta destitutis, sub epidermide vero sphaerulae minimae, quarum pori in superficie superiori sunt.
- \*2186. SPHÆRIA atra, plana, carne alba *Enum. p. 90. n. 8. t. 47. f. 9* †  
*Lichenoides tuberculosa, compressum, nigrum, lignis putridis adnascens* DILLEN. *Sylv. p. 127. t. 18. f. 7.*  
*Fungus disciformis, punctatus* BOCCONE *mus. di piant. t. 107.*  
*Elvela turbinata patula, disco foraminulis pertuso, basi brevissima* GLEDITSCH. p. 44.  
*Aecidium tuberosum reniforme* HILL. p. 64.  
In ficcis virgultis frequens.  
Per rimas rupti corticis erumpunt disci planissimi, orbiculati, diametro trium linearum, ex fusco nigri. Superficies disci plana, tota punctata est, punctis ad minimas sphaerulas ducentibus, nigro polline plenas, nidulantes in dura, & albissima, disci quasi carne.  
Spinulis quasi de superficie exasperatam & agminatam varietatem Cl. WILlich descripsit & depinxit q).
- \*2187. SPHÆRIA atra, convexa, carne nigra. †  
*Lichenagaricus bullatus, parvus, ex obscuro nigricans, sub cute arborum exsiccatarum erumpens* MICHELI p. 105. n. 8. t. 54. f. 2.  
An iste sit *Fungus lignosus, disco punctato* BOCCONE p. 149. t. 107?  
A paulo priori Fungo differt carne totius nidi obscure fusca, superficie convexa, hemisphaerica.
- \*2188. SPHÆRIA crustacea nigerrima, tuberculosa, foliis innascens *Enum. p. 90. n. 7. t. 47. f. 8.* †  
Iconem habet GLEICHEN. *Reich der Pflanz. append. t. 5.*  
In foliis faginis, exeunte autumno.  
Tumores unciales, quasi conglomerati, ex lobis globosis acervati, modice convexi, coriaceae tenacitatis. Dissecti medullam albam ostendunt, & tenacem, in qua sphaerulae nigrae nidulantur, quae in totius crustae tumores abeunt. Semina Cl. v. GLEICHEN depinxit.
- \*2189. SPHÆRIA convexa, miniata, hirsuta. †  
*Lichen agaricus acaulos, cespitosus, ruber, in Abietis corticibus innascens, receptaculis florum sphaericis & nitidis* MICHELI p. 105. n. 3.  
*Lichenoides tuberculosa amara purpureum* DILLEN. *Sylv. p. 127. t. 18. n. 6.*  
Passim in virgultis arescentibus reperi. In Malo STÄHELINUS, in Aria majori GÄGNERIN.  
De fillo cortice erumpunt tumores spongiosi, aurantii, rosei, aut adfinium colorum; rotundi aut angulosi, convexi, neque tamen hemisphaerici, subvillosi, miniati, punctati. Intus inter septula aliqua sphaerulae. Totus caeterum miniatus est.
- \*2190. SPHÆRIA rubra, Fragi similis *Enum. p. 91. t. 47. f. 10.* †  
Ex corticibus arborum erumpentem legi.  
q) In *disq. in angur.*

Rotundae

H h

Rotundæ pilæ & ovales de cortice arboris erumpunt, ex sanguineo aurantiæ, asperæ, undique granulis exasperatæ. Dissectum Fragum cavum est, & corticem crassum, durumque habet, totum nigrum, in quo spherulæ nigerrimæ nidulantur; & per quemque porum alicujus grani corticalis pollen ater effunditur. Intus medulla est cellulosa, nigerrima, solida.

\*2191. SPHÆRIA subrotunda, spherulis minimis, medulla atra, pulverulenta.

*Tubera cervina* LOBEL. ic. p. 276.

*Lycoperdastrum tuberosum*, arrizon, fulvum, cortice duriore crasso & granulato, medulla ex albo purpurascente, semine nigro crassiore MICHELI p. 299. t. 99. f. 4. non bene.

In Valesia abunde. A la Ferrière & au Pruat; à Chetelat, dans le petit Val.

Nescio quid virium aphrodisiacarum ei tribuunt r).

Summa adfinitas facit, ut huc reponam. Tubera & supra terram nascentia s) & infra, aurantia, tuberculis undique punctatis exasperata, durissima, quæ dissecta instar spherularum aperiuntur; subest caro alba, coriacea, prædura. Aperta continerunt cinereum, lanatum & mucidum velamentum, cui succedit colorans lanugo, seu cellulosa tela, araneosa, plena polline feminali.

A priori 2190. differt spherularum corticalium exigua ad totum tuber ratione, carne alba, distincta a cortice, tum araneosa, pollinea, natura medullæ.

\*2192. SPHÆRIA maxima, convexa, nigerrima.†

*Lichenagaricus crustaceus crassus*, bovilium quasi venem representans, niger & veluti deustus, MICHELI p. 104. t. 54. f. 1.

In dejectis arborum truncis frequens.

Nunquam vidi, nisi nigrum & aridum. Magnum sessilem, tumidumque Agaricum refert, convexum, inæqualem, in colliculos depressos intumescens, superficie punctata. Ea punctula sunt ostiola spherularum ampliorum, inter septula propria nidulantium, sub punctato cortice. Spherulas pollen carbonarius replet.

### III. SPHÆRIÆ CAULESCENTES.

#### XYLARIA HILL.

2193. SPHÆRIA nigerrima, aspera, petiolata, conica.

Icon ALDROVANDI p. 118. f. 6. 7.

*Fungus monstruosus in alveario natus* Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obs. 54.

*Lithophytoides terrestre digitatum*, nigrum MARCHAND Mem. de l'Acad. ann. 1711. p. 100. fqq.

*Fungus hypoxylon digitatus* BRUKMAN. in Diss. & Cent. II. t. 9. cum multis varietatibus.

*Fungus lignosus nigricans, rostratus, Antverpiensis*, BOCCONE Mus. di ff. p. 295. T. V. n. 12. non bene.

*Lichenagaricus* Sc. MICHELI p. 104. t. 54. f. 4 & 5.

β. Varietas difformibus, amplissimis, quasi filiquis, articulatis & non articulatis.

*Hypoxylon seu excrementum ligni putridi fungosum* MENZEL. pugill. rar. 1. t. 6.

γ. Petiolatus, longe conica, simplici, etiam bifida aut trifida, filiqua.

Dux Xylariæ teretes HILL. p. 63.

*Lichenagaricus nigricans, cupressiformis, ramosus, aut non ramosus, lignis nudis adnascens*; MICHELI p. 104. t. 55. f. 2.

In aridis lignis, asperibusque.

Commune est huic plantæ, cortice obduci aspero, nigerrimo, toto rimoso, & in hemisphæria perforata, paulum eminentia, diviso. Sub villoso eo nigroque cortice spherulæ innumerabiles, atræ, plenæ polline carbonario. Natura alba, dura, ut corii duritatem superet. Figura universæ plantæ etiam in universum longa, & petiolo suo crassior, sæpe conica, alias ad filiquarum modum obtusa, etiam septulis intercepta, ut in papilionaceis, alias difformis, ovata, & varia.

\*2194. SPHÆRIA nigerrima, aspera, palmata, cornubus planis, carnosus, pulverulentis.

*Fungus alter* HILDAN. Cent. II. obs. 92.

*Lichenagaricus nigricans, ligno adnascens, plerumque multifidus & compressus, ima parte villosus, superna vero glaber, albidus & pulverulentus* MICHELI p. 104. t. 55. f. 1.

β. Cornubus non planis, sed teretibus, tamen aut pariter cinereis & levibus, aut etiam scabris.

r) MATTIOL. p. 252.

s) BUCHNER. mater. medic. p. 575.

Lichena-

*Lichenagaricus terrestris, digitatus, niger, apicibus alborosis, seminibus griseis, tandem compressis* &c. MICHELI p. 104. n. 4. t. 55. f. 5.

7. Radices hujus Sphæræ intricatæ, prolixæ, nigrae.

*Plante nouvelle* DODART. *Journal des Savans* ann. 1675. *Anc. Mem.* T. X. p. 557. t. 4. f. 3.

*Agaricum nigrum reticulatum, compressum* MICHELI p. 125.

*Fungus niger compressus, varie implexus & divaricatus, inter lignum & corticem* RAJ. *Syn.* III. p. 15.

*Clavaria ramosa, cornuta, compressa* LINN. p. 1652. qui priorem Sphæriam 2193. huic adnumerat.

Abunde in dejectis arborum & putrescentibus truncis.

Radix prolixa, complanata, nigra, lignosa, inter corticem & emortua ligna reticula facit. Inde conii ascendunt nigri, tuberculis atris perforatis asperi, quibus, ut in paulo priori specie, sphaerulae nigrae cavæ subjiciuntur, in alba & dura carne sessiles. Sed in hac specie summi conii expanduntur in palmata, plana, acuta cornua, loco atrorum tuberculorum nunc tenera rubella cute tecta, de quibus pollen concolor facile avolat.

CLAVARIA LINN. n. 1216.

& GLEDITSCH. p. 26.

CLAVARIA MICHELI p. 207.

& CORALLOIDES MICHELI p. 208.

quod MERISMA HILLII p. 61.

Nomen paucioribus speciebus convenit; iis vero quam optime. Omnibus natura peculiaris sebacea, fungosa, flexilis, solida & similis, nulla intus diversi generis natura conspicua, præter fibras, quibus constat, & quas alii fistulas esse addunt, nullo, præter pollinem per epidermidem sparsum, partium discrimine. LINNÆUS superficiem unicam facit, situm perpendicularem, sed iste abest a 2196.

#### I. RAMOSÆ.

CORALLOIDES MICHELI p. 209.

MERISMA HILL.

\*2195. CLAVARIA simplex & ramosa, subulata, vellere albo. †

Singularem plantam reperi, & siccam servo, &, nisi fallor, etiam a Cl. LUDWIGIO habui.

In ligno putrescente cornua longa, peracuta, alia simplicia, alia etiam repetito ramosa, tecta vellere villosa, albo, pilis longis. Truncus & rami cavi, obliniti carne tenera, fordide purpurea, qualis in Peziza est, tenuiter villosa.

\*2196. CLAVARIA caule ramisque cylindricis, sine crassescente. †

Ab omnibus aliis distincta.

In ligno putrido subterraneo reperta, & cum eo intertexta.

Natura, quæ sebi, & color, figura teres, ramis perinde teretibus, simplicibus, obtusis & cylindricis. Tota planta semuncem vix superat.

Posset esse *Muscus clavatus, ceranoides, segmentis latioribus compressis*, PLUKNET. t. 47. f. 2. quod ad iconem.

\*2197. CLAVARIA vertice multifido, ramis acutissimis. †

*Corallofungus ornithopodioides* VAILLANT. p. 41. t. 8. f. 4. Magis conferta cornua habet, quam nostra planta.

*Clavaria omnium minima, fordide alba* MICHELI p. 208. t. 87. f. 9. pro exemplo simplici.

*Fungus ramosus ceranoides, seu digitatus, minutus, nunquam corniculatus* PLOT. *Staffordshir.* p. 200.

In ligno putrescente humido, nobis vulgaris. *Um Binningen* †).

Cornua ex ligno scaturiant, minima, simplicia, acuta, alba, flavo apice. Eadem, dum crescunt, flavum colorem induunt, & in ramos pauciores, peracutos, finduntur.

H h 2

2198. CLA-

†) *Basil. merkwürd.* IV. p. 385.

- \*2198. CLAVARIA caule dichotomo, ramis breviter bicornibus. †  
*Coralloides dilute luteum, ramis expansis brevioribus & ramosioribus, in summitate bifidis,*  
 MICHELI p. 209. t. 88. f. 4. non penitus bene.  
 In gramineis adclivibus, circa Bernam; etiam circa Roche; Basilea STÆHELINUS iconem  
 misit. Circa Ferrieres GAGNEBIN.  
 Cauliculi simplices, non confusi in massam, cespites integros effusuram; ramosi sunt, &  
 flexuosi, ad Corallii modum, ramis iterum ramosis, furculis ultimis brevissime bi-  
 cornibus, crassulis.
- \*2199. CLAVARIA caule ramofo, ramis incurvis acutis.  
 Huc icones Cl. SCHÆFFERI t. 173.  
*Clavaria ramis paucioribus, laxioribus, longioribus* REYGER. *Gedan.* p. 180.  
*Fungus parvus luteus, ramosus* RAJ. *Syn. III.* t. 24. f. 7.  
*Clavaria ramis ramosis, acuminatis, inequalibus, luteis* LINN. p. 1652.  
 Etiam ista Clavaria nulla ex communi radicali massa proficiscitur, tota undique ejusdem  
 latitudinis, flava & concolor. Difformius dividitur, & ultimi rami, non ut in 2198.  
 breves, sed alicujus longitudinis, trium etiam & ultra linearum sunt, sine curvo.
- \*2200. CLAVARIA caule plano, fulcato, ramis ferratis. †  
*Coralloides minor cristata* BUXBAUM. *Centur. IV.* p. 39. t. 66. f. 1.  
*Coralloides ramosum, ex risso carneum, platyceron, seu latis cornibus, apicibus brevioribus,*  
 MICHELI t. 89. f. 3. non vero non.  
*Coralloides amethystina* BATTARRA T. I. C.  
 Videtur *Fungus* t. 172. Cl. SCHÆFFERI, noster tamen latior est.  
 Passim in viarum orbitis, sylvisque reperi. HUBERUS etiam circa Gundeldingen reperit,  
 & in patria Cl. GAGNEBIN.  
 Vera planta cespitosa, humilis, ramis planis, per longum plicatis, etiam durioribus,  
 quam aliquæ hujus classis plantæ. Rami etiam plani, cespitosi: ultimi furculi sine  
 lato, obtuse ferrato, denticulis quatuor, quinque. Violaceus color est; fines ulti-  
 mi fere albicant.
- β. Cespites densi corniculorum simplicium subulorum, acutorum, violaceorum.  
 Est *Coralloides minimum capillare, dilute violaceum* MICHELI p. 210.
- γ. Alia varietas pro violaceo colore flava. Videtur huc f. 5. *Syn. III.* RAJ. t. 24.
- δ. Etiam ex flavo rubella. *Emend. III.* n. 17.
2201. CLAVARIA caule crassissimo, ramis innumerabilibus, cespitosis, breviter dentatis.
- α. Flavum *Coralloides* MICHELI n. 1. TOURNEFORT. t. 332. β.  
*Esculentorum Fungorum genus XIX. Spec. I.* CLUS. *hist.* p. CCLXXIV.  
*Fungus ramosus comosus* BARRELIER. *ic.* 1266.  
 Eo *Corallofungus flavus* VAILLANT. t. 8. f. 4. SCHÆFFER. t. 174. 175.
- β. Albidum MICHELI n. 2.  
*Esculentorum Fungorum genus XIX. Spec. 3.* CLUS. p. CCLXXV.  
*Fungus Abietinus Coralloides niveus* BOCCONE *ff.* p. 304.  
*Coralloides* A. B. BATTARRA t. 1.  
 Icones SCHÆFFERI t. 170. 176.  
 & STERBEKII t. 11.  
*Clavaria ramis confertis, ramosissimis, inequalibus* LINN. p. 1652.  
*Coralloides albidum* TOURNEFORT. *ibid.* A. ut videtur.
- γ. Subrubellum MICHELI n. 3. & 4.  
*Fungorum esculentorum XIX. Spec. 2.* CLUS. p. CCLXXV.  
*Fungus ramosus, Coralloides purpureus* BARRELIER. *ic.* 1262.  
 & *roseus* *ic.* 1260.  
 SCHÆFFERI t. 177.
- In sylvis abiegnis & adclivibus maxima copia, im Sedelbach, Siechenbölzlein & Brem-  
 garten prope Bernam. In sylva Plantour, &c. Circa Gundeldingen v). Im Kä-  
 ferhölzlein Cl. GESNER, ad lacum Felinum, circa Wyl Thurgoviæ. Circa Ferrie-  
 res abunde.
- Commune est omnibus, habere tuber ad terram magnum, in universum teres, pollicare  
 & multo crassius: inde ramos emittere ad peracutos angulos divisos, in cespitem,  
 numerosissimos,
- v) *Bäcker merk.* p. 573.

numerofissimos, qui divisi & subdivisi ascendunt, paralleli, & vix se deserunt, teretes, aut compressi. Fines ultimi per breviter divisi, & fere ferrati, tridentati, bidentati, etiam obtusi & emarginati, ut vix initia ramorum adpareant. Caro alba.

- δ. Singularem varietatem misit ad me Cl. GAGNEBIN. Ei caulis pedem altus erat, tres pollices latus, planus. ut fasciatæ plantæ solent, ramis perinde fasciatis & planis. Ex superficie tota innumerabiles aculei, plerique simplices, etiam bifidi & trifidi prodibant, ut tota planta erinacei similis esset. Idem aculei in ultimis ramis congesti, erecti, denique reflexi, peregrinum habitum Sphagni palustris cauliferi exprimebant x). Aliam varietatem foliosam REYGERUS habet p. 181. Edulis est, & inter optimos Fungos, Germani vocant *Ziegenbart*.

\*2202. CLAVARIA rugosa & tuberculosa, ramis obtusis. †

α. Caule simplici.

*Clavaria vermiculata fistulosa, candida* MICHELI p. 209. t. 87. f. 13.

*Corallofungus candidissimus* VAILLANT. t. 8. f. 2.

Simplicem Cl. STÆHELINUS circa *S. Jacob*, & in pratis circa *Gundeldingen* reperit; ego in sylvis circa Bernam.

β. Ramosum, ramis paucis, obtusis, simplicibus, ramis difformibus, clavatis.

γ. Ramis numerosis divisis & subdivisis.

An *Clavaria* MICHELI t. 87. f. 12?

& alia t. 88. f. 6?

In sylva *Bremgarten* &c. *Pantigerbubel*.

Natura ei ceracea, fragilis, tuberculis minimis, & sulcis ad sebi deliquescentis modum varia, crispa superficie, subtiliter villosa. Anguli, quam priori, majores esse solent, rami ultimi digitis obtusis terminantur, etiam simplices sunt. Tota lente vitrea adspecta subhirsuta est.

II. NON RAMOSE.

\*2203. CLAVARIA alba, longe petiolata *Emend III. n. 13.*

*Clavaria cepitosa major candida* MICHELI t. 87. f. 10.

*Coralloides teres fistulosa* SCHMIEDEL. t. 15.

*Icon Fungi albi* BOCCONE *fig.* p. 307.

*Clavaria claviformis simplicissima* LINN. p. 1651.

*Clavaria ex una basi multiplex fistulosa, &c.* GLEDITSCH. p. 30.

Circa *Chamoseire Aquilejensium*. GAGNEBIN à *Sonvilliers*

Nitide alba, pene pellucens, mucrone subflavescente, caule pollicari, simplici; sub mucrone intumescente; & clavam imitante, sed graciliorem, quam sequenti, neque raro obiter divisam. In fila fungosa distrahi potest.

Non videtur ILL. SCHMIEDELI t. 15.

\*2204. CLAVARIA indivisa, flavescens plicata.

*Fungus clavatus, ficion referens* BUXBAUM. *plant. circa Hal. nasc.* p. 102.

*Clavaria major lutea* MICHELI p. 208. t. 87. f. 1.

Huc t. 169. Cl. SCHEFFERI.

β. Varietas fordide rubens.

*Clavaria major atrofuscens crispa* MICHELI p. 208. t. 87. f. 2.

*Clavaria clavata integerrima, capite squamoso* LINN. p. 1652. casu, si unquam ejusmodi.

In sylva *Bremgarten* & alibi.

Dum primum provenit, tenera, lutea, clava albida, polline adpersa, cava est. Inde in piri aut ficus speciem intumescit, & cortex secundum longitudinem plicatur, carne alba, etiam rubra, ambitu solidiori, centro fibroso, epidermide cervina, sanguinea, nigricante. Intus cellulosa natura est.

\*2205. CLAVARIA indivisa, viridis, rugosa & compressa. †

An *Clavaria* γ. MICHELI?

In sylvis *Sedelbach* & *Bremgarten*, in illa ad sinistra semitæ cavæ, quæ a villa *die Luzern* ascenditur.

Aliquanto minor est, unciali caule, clava paulo unciali minore, sæpe compressa, rugosa, plicata. Viror in pediculo pulcherrimus, in clava paulo obscurior.

x) *Emend. III. n. 16.*

I i

2205. CLA

\*2206. CLAVARIA indivisa, nigra, compressa.

*Clavaria Ophioglossoides nigra* VAILLANT. p. 39. t. 9. f. 3. MICHELI p. 208. t. 87. f. 4.

*Clavaria clava integerrima compressa, obtusa* LINN. p. 1652.

*Muscus clavatus ceranoides, nigredine splendens* PLUKNET. t. 47. f. 3.

J. GESNER circa lacum Felinum, in Musco palustri candicante torfaceorum. Circa Spiez  
Cl. DICK.

Uncialis & ultra, gracili petiolo, clava rugosa, plicata, difformi, excavata. Superficies hirsuta & glabra, & interior fistula.

\*2207. CLAVARIA lutea minima MICHELI p. 208. t. 87. f. 5. quæ nostram multum superat. †

*Clavaria minima sordide alba Basler merkwürd.* p. 386.

Exeunte autumnno reperi, saturate flavam, uncia brevior, petiolo pertenui. A Boï-  
nodz GAGNEBIN.

Cl. GLEDITSCHIUS Clavarias veras omnes conjungit 1). Verum periculosum est, ad  
varietatum ordinem plantas relegere, in quibus tamen notas ad discrimen definiendum  
reperias. Sic etiam ramosas omnes conjungit 2).

#### P U C C I N I A MICHELI p. 213.

#### I S A R I A HILLII.

Mallem de rebus non visis tacere: sed imperfectum opus fieret, cum plantæ a STÆHELINO  
depictæ, quarum descriptæ icones apud me sunt, certæ fiat cives, quæ merito de-  
siderarentur, si ab opere meo abessent. Puccinia adeo planta est Clavariæ fere ha-  
bitu, simplici & ramoso, sed globulis in ambitu caudatis, folisque filamentis in  
transversum dispositis constat, quæ videntur in centro colligi.

\*2208. P U C C I N I A minima, candidissima, ramosa, bifurcata MICHELI p. 213. t. 92. f. 2. †  
In dejecto ligno vidi, & depictam dedi.

Minima plantula, cujus cespes in orbem dispositus non superat quatuor linearum dia-  
metrum, ut quisque cauliculus vix duarum fit. Albi sunt, ramosi, ejusdem ubique  
latitudinis, ramulis ultimis simplicibus, aut breviter bifurcatis.

\*2209. P U C C I N I A flava, conica, fistulosa. †

In Sabina nascentis iconem STÆHELINUS misit, sed absque interpretatione.

Ex cortice orbiculi flavi gregatim, quisque tamen seorsim prodeunt, depressi & plani.  
Idem excrescunt in conos ex flavo cinnamomeos, avellana paulo minores, paulum  
rugosos & plicatos, ad apicem punctatos, etiam gemellos connatos. Intus cavi  
sunt & gemelli, quasi biloculares. Aliquam similitudinem habet cum *Puccinia non  
ramosa, majori, pyramidata* MICHELI l. c. & t. 92. f. 1.

\*2210. P U C C I N I A flava depressa STÆHELIN. †

Iconem misit Vir Cl. quam hoc modo interpretor. Funguli pallide lutei, solitarii, gre-  
garii, tamen sub cortice se efferunt, ovales, reniformes, circulares. Ii intus toti  
pleni sunt granis ovatis caudatis. Deinde in corticis interiori facie radicum adpin-  
gitur fasciculus, promissarum, biuncialium, ex albo flaventium.

\*2211. P U C C I N I A nivea, granis coccineis. †

Etiam hujus plantulæ iconem Cl. STÆHELINUS misit. Tota tegitur albis, pellucidis, el-  
lipticis, leniter convexis tumoribus, utrinque acuminatis. Gregariæ sunt, solitariæ  
tamen, nisi quod subinde aliquæ, ut in *Puccinia Sabinæ*, gemellæ sint, & acute  
cordiformes. Intus in alba natura grana coccinea agminata STÆHELINUS expressit.

#### C E R A T O S P E R M U M MICHELI p. 123. t. 56.

Lichen Agarico proximum, feminibus lunatis P. ANTONIUS MICHELI  
distinguit.

\*2212. C E R A T O S P E R M U M nigrum, discoides, minimum, e diversarum arborum corti-  
cibus, imprimis Corylo erumpens MICHELI p. 125. t. 56. f. 1. †

1) p. 27.

2) p. 31.

J. GESNER



J GESNER passim ex arborum corticibus. Etiam Cl. GAGNEBIN in Fagis.  
Valde simile Sphæriæ, ovatum, de cortice erumpens, disciforme, punctatum, femi-  
nibus, ut MICHELIUS pingit, lunatis plenum.

\*2213. CERATOSPERMUM minimum cornucopioides, album & subhirsutum, feminibus  
incarnati coloris, autumnali tempore Lauri caudicibus adhærens MICHELI p. 125.  
t. 36. f. 3. †

Cl. GAGNEBIN in variarum arborum cortice.

Petiolus cylindricus gerit penicillum feminum lunatorum, miniato colore. Neutrum reperi.

C Y A T H U S .

CYATHOIDES MICHELI p. 222.

PEZIZÆ spec. LINN. n. 1215.

PEZIZA GLEDITSCH. p. 136.

Cum Peziza convenit, quod cavum sursum latefcens intercipiat. Differt, quod ea cavea  
plena sit feminibus, lenticulatis, compressis, de pediculo suspentis: in eo cum Puc-  
cinea proxima adfinitate conjunctus. Ea semina fata non provenerunt a), mihi que  
manifestissimæ juniores plantulæ videntur, vivipara generatione ex planta matre pro-  
ductæ. Junior Cyathus velo gossypiaceo quasi clausum b) ostium habet, deinde  
aperitur. Semina non sinunt cum Peziza relinquere.

\*2214. CYATHUS hirsutus, intus striatus.

Fungi non vesci 41. icon inf. LOESEL. n. 16.

Fungus exilis discifer Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. 6. obs. 110.

Fungillus minimus feminifer I. Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. 9. obs. 107.

Fungus spermaticus calycularis BOCCONE mus. di. jf. p. 301. f. 1.

Fungoides infundibuliforme, semine fetum, interne striatum, externe hirsutum VAILLANT. p. 57.  
t. 11. f. 4. 5.

Cyathoides cyathiforme obscurum, externe hirsutum, interne plumbeum, glabrum & striatum,  
MICHELI p. 222. t. 101. f. 2.

Fungus &c. SCHÆFFER. t. 178.

Icones etiam hujus & alterius NIGRISOLIUS dedit t. 4. f. 2. 3.

GLEDITSCHIUS & LINNÆUS cum sequente conjungunt: nomen iste fecit Pezizæ campanu-  
late lentifera p. 1649. Conf. SCOPOLI p. 58.

Multis locis Bernæ; circa Ferrière, Tiguri &c. Circa Pantingen, in sylvis, inter Mus-  
cos, ad terram.

Radix alba, magna, prima facies subrotunda, vita gregaria. Adultæ plantæ figura est  
infundibuli sursum aperti; natura coriacea; vellus extus villosum fuscum; interior  
superficies levis, albida, a circulo maximo ad basin striata. Semina ex imo in-  
fundibulo acervata.

\*2215. CYATHUS sericeus, intus levis.

Fungus minimus avampus CLUS. hist. p. CCLXXXVII.

Fungus pyxioides feminifer LOESEL. p. 90. ic. 16. ic. sup.

Fungi calyciformes, feminiferi MENZEL. pugill. rar. t. 6. MARSIGLI de fung. p. 17. 20. t. 1. f. 1. ad 6.

Fungus minimus feminifer II. STERBEEK I. c.

Fungus campaniformis niger parvus, multa semina plana in se continens PLUKNET. t. 184. ic. 9.

Fungoides infundibuliforme, semine fetum VAILLANT. p. 56. t. 11. f. 6. 7.

Ic. Comm. Petrop. T. IV. t. 29. f. 1.

Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti sericeum MICHELI p. 222. t. 102. f. 1.

Ic. BATTARÆ T. III. f. 1. k. & SCHÆFFERI t. 180. & OEDERI t. 105.

In sudibus iste & asseribus provenit, aliquanto minor; circa Bernam passim; Tiguri &c.  
Juniori plantulæ globulus est fulvus, villosus, Lycoperdi similis. Paulatim secedit su-  
perne membrana villosa, quæ infundibulum claudebat, & nudat glabram caveam,  
in qua semina, ut in priori Color dilute cinereus est; villus multo brevior, seri-  
ceus, & striæ interiores nullæ, & tota planta aliquanto minor est.

Flava species SCHÆFFERI t. 179. & 181. mihi nondum occurrit.

l i 2

P E Z I Z A

a) CAMERAR. Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. 7. obs. 3. Conf. Dec. III. ann. 6. obs. 274. VALIGNERI apud MARSIGLI,  
& in Giorn. de Letter. Supplem. 3. p. 296.

b) BATTARÆ t. 3. l.

PEZIZA c) DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 194.

FUNGOIDES MICHELI p. 204.

& aliqui FUNGOIDASTRI EJUSD.

PEZIZÆ LINN. *spec.*

ELVELÆ GLEDITSCHII *spec.*

ENCOELIA HILL. *pro* Pezizis cavis.

Caro plerisque propria, fragilis, crassa, tamen etiam membranacea, & gelatinosa, plerumque villo subtili tecta, caveam fere aliquam continens, qua nota ab Agaricis diffidet, etfi sunt inter ista ægre separabilia aliqua. Cæterum præter rugas aliquas natura Pezizæ similis est.

#### I. PEZIZÆ CAVÆ.

##### ENCOELIA HILL.

#### I. PEZIZÆ MEMBRANACEÆ.

##### \*2216. PEZIZA membranacea, tubæ fimilis, marginibus replicatis.

*Fungoidaster* MICHELI t. 82. f. 5. 6.

*Peziza infundibuliformis*, disco patente, sinuato, punctato LINN. p. 1650. ob VAILLANTII nomen, sed nostra non punctata est.

*Elvela petiolata* corpore excavato infundibuliformi GLEDITSCH. p. 41. varietas b.

*Fungoides nigricans* majus cornucopia forma VAILLANT. t. 13. f. 22.

Tab. SCHÆFFERI 165. & 166.

In Querceto die Hardt. In sylva Sedelbach.

Cespitosa planta, membranacea, lacunata, sursum concinne dilatata, labro tumente, replicato, alias simplici, quasi resecto, alias in lacinias quasi floris alicujus dissecto. Campanula terrea cum aliquo rubore, labri pars reflexa umbrina, intus & extus lineis percurritur.

Huc *Fungoidaster*, ut puto, MICHELI t. 82. f. 7.

An *Agaricum tubæ fallopianæ simile* LIND. *hort.* p. 272. 273?

##### \*2217. PEZIZA membranacea, tubæ fimilis, marginibus erectis laceris. †

*Fungoides tubulosum laciniatum fuscum* BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 130.

*Elvela petiolata tubulosa*, margine inequali, lacero & multifido GLEDITSCH. p. 40.

Bernæ reperi. STÆHELINUS versus *Arlesheim*.

Membranacea ei natura est.

Cespitosæ tubæ ascendunt, violaceo, deinde calcario extus colore, intus fuliginoso, squamis decedentibus. Orificium lacerum, difformiter multifidum, nullo labro.

#### II. PEZIZÆ GELATINOSÆ.

##### \*2218. PEZIZA bracteata, petiolo rugoso, fronde sanguinea, intus villosa.

*Fungus non vesicus* XVII. LOESEL. p. 92.

An *Fungoides auriculam Judæ referens*, intus rufescens, extus candidans & farinosum VAILLANT. p. 57. t. 11. f. 8?

*Peziza infundibuli forma rufa*, extus albescens *Suppl. Pruss.* p. 24.

Sæpe reperi, misit etiam STÆHELINUS & GAGNEBINUS. *Um das obere Fundament, montis falsi.* Circa Bex, Ferriere.

Natura gelatinosa, color purpureus inelegans, utrinque concolor. Stipitis quoddam rugosum, planum, aut quasi tubulosum pulverulentum genus habet, quo ad Boletos accedit, inde nascuntur auriculæ varia figura, bracteate, hinc convexæ intus cavæ, extus rugosæ, rugis versus ambitum productis & ramosis, deinde rugis exiguis, ad retis modum Fungum percurrentibus, intus villo velutino adspersis. Variat, colore ex flavo & sanguineo puro. Non rarum autem est, veras aurículas producere petiolo rugoso, hinc convexo, inde flavo, ex cujus quasi hilo frons bracteata prodeat, quæ ex ellipfi sursum decrescat. Ita coram video.

##### \*2219. PEZIZA sessilis, infundibuliformis, extus hirsuta umbrina, intus nigerrima.

Bernæ & Gottingæ ad arbores, & in semitis cavis & umbrosis.

c) Peziza in Fungorum genere, qui sine radice nascuntur PLIN. L. XIX. c. 3.

Pediculi

Pediculi similitudinem habet, rugosam & brevem, inde dilatatur cylindri similior, deinde in conici speciem sursum latiore abit, quæ operculo multarum hedrarum quasi tegitur: paulatim superficies deprimitur, & cava species Pezizæ subit ad imum, vasculo theæ bibendæ destinato similis. Vidi etiam oram vasculi undique plicatam fuisse & rugosam. Junior dissecta, fere ut in Lycoperdo, corticem habet villosum, interior rem carnem gelatinosam, in areolas fere divisam. Tota planta carbonis atrorem habet, præter petiolum, qui fuscus est. Ambigit Lycoperdon inter & Pezizam.

\*2220. PEZIZA bracteata, cespitosa, plana, extus fericea.

*Fungorum perniciosorum I. genus* CLUS. p. CCLXXVI.

*Agaricum auriculæ forma* MICHELI p. 124. t. 66. f. 1.

*Tremella sessilis membranacea, rugosa & crispa, in formam griseam & concavam varie complicata* GLEDITSCH. p. 39.

*Auricula Jude* BLAKWELL. t. 334. BARRA t. 3. F.

Ad vetustas arbores passim, potissimum ad Sambucos, Oxyacanthas.

Auriculam minus refert, quam purpurea, & coccinea Peziza, quas diximus.

Frons cespitosa, in universum equidem hinc semielliptica, inde quasi incisa, ex quo hilo, ut in humana aure, plicæ in cavam faciem Fungi exeunt; totus etiam ad modum bracteati nummi hinc eminentias habet, inde sulcos, & valles eminentiis respondententes, eaque juga inordinata varie serpentino more producuntur. Facies convexa tota villo brevi nitet, ex cinereo obscure viridi. Facies interior obscurior est, & levis. Siccatus Fungus durefcit, & siccus tamen naturam gelatinosam in aqua recuperat c).

In officinas recipitur, sapore fungoso, sed parcissimi tamen usus est: infusa cum eo aqua ad gargarismos in angina d), adque oculorum simplices defluxus utuntur. Suspectam plantam præsterit omittere e). Spurium pro eo Fungum vendi HILLIUS f).

\*2221. PEZIZA gelatinosa, coccinea, scyphis conicis, simplicibus & gregariis. †

In lignis putridis non infrequens.

Natura ei tremula, gelatinosa, pubes exterior levissima, ut in priori, sed color purpureus; figura incerta. Est ubi crusta, Agarici similis, late super lignum expanditur: est ubi difformis petiolus excavatum calycem gerit; est ubi scyphi loco varia aut auriculæ forma est, plerumque tamen integri sunt sessilesque scyphi, simplices aut multiplices.

III. PEZIZÆ CERACEÆ.

\*2222. PEZIZA cava, albida, intus coccinea ALDROVAND. ic. p. 116.

*Fungorum perniciosorum XXIV. species II.* CLUS. p. CCLXXXVII.

*Fungus III. C. D.* STERBEEK. p. 241. 242.

*Fungoides coccineum, acetabuli forma* MICHELI p. 207. n. 13.

Tabula SCHÆFFERI t. 148. sed color nostri multo elegantior est, nihilque flavi habet admixtum.

Pulchra planta ad orbitas viarum, & in terra argillacea non rara.

Variabili etiam figura est. Natura cartilaginea, fragilis, cerea, extus subhirsuta; figura varia; in acetabula lata & auriculas ficta bracteatas, rugosas; etiam simplices in calyces, plerumque imperfectos & hilo incisos. Color extus albidus, intus pulchre cinnabarinus.

*Fungoides pyxidatum intus coccineum, externe albidum, pediculo prorsus albo* MICHELI p. 205. t. 86. f. 5. & Icon 4. t. 29. *Comm. Petrop. T. IV.* mera varietas est, in qua junior planta videtur petiolo inniti, scyphumque eo tempore exiguum habet, qui paulatim explanatur, & concha intus pulcherrime rubens subnascitur.

Non distinguo similem plantam, pulchre croceam & aurantiam, qualem SCHÆFFERUS depinxit.

\*2223. PEZIZA bracteata, fordide lutea, subvillosa.

*Fungi Peziza Plinii* COLUMN. *Ephraf. I.* p. 335.

*Fungoides fuscum, acetabuli forma, externe ramificationem, seu Fungoides maximum pyxidatum,* VAILLANT. p. 57. t. 13. f. 1. MICHELI p. 165.

& *Fungoides* VAILLANT. t. 11. f. 8.

*Fungus tenuis, cereæ flavæ similis, ventricosum mortarium referens* BOCCONE *Mus. di fis.* p. 300.

Fungoi-

c) BREYNE *Fung. Officin.*

d) Certum esse auxilium LOBEL. *advers.* p. 434.

e) HOFMAN. *delic. flor. Aldorf.*

f) *Mater. medic.* p. 237.

*Fungoidis alia species* MICHELI p. 206. n. 1. 2. 3. p. 207. t. 86. f. 1.  
*Fungoides fuscum majus* BUXBAUM. *Conn. Acad. Petrop.* T. IV. p. 283. t. 29. f. 1. five 6.  
*Fungoides lutescens*, *ollam referens* EJUSD. *ibid.* f. 2. s. 7.  
*Fungi* SCHÆFFER. t. 155.  
 & *Auricula forma* t. 156.  
 & *paulo letius flavus* t. 150.  
*Etela corpore hemisphærico*, excavato, *exteriori costis ramosis*, & *sibi inuicem implexis circumdata*, basi brevissima GLEDITSCH. p. 42. cum multis varietatibus,  
*Peziza cyathiformis*, extus angulata, *venis ramosis* LINN. p. 1650.  
 & *Peziza turbinata*, *cochleata* p. 1651.  
 Describitur etiam in *Swensk. wetensk. Acad. handl.* 1763. *tr. 4.*

Ad terram, viarum orbitas, & margines viarum cavarum adclives. *A la Ferrière.*  
 Natura, quæ miniato 2222. ceræ albæ, fragilis, cartilaginosa, villus in cava superficie tenuissimus. Figura valde variabilis; hinc convexa semper, & inde cava, bracteati nummi similis, rugis ramosis & respondentibus jugis percurfa. Frons incerta, auriculæ, ex petiolo rugoso subrectæ, hinc convexæ, inde concavæ, ex elliptica acuminatæ g): aut undosi Agarici in crustæ speciem expansi, semper tamen concavi, vasisque adeo lati, parumque profundi (*en Soucoupe*): porro vasis latissimi cylindrici; difformis modii; calycis bibendæ theæ destinati, vel glandis cupulæ, cochleæ, acetabuli plani, perfecti. Color albus, cinereus, fulvus, flavus, fuliginosus, ex rufo fuscus, sanguineus, semper semipellucidus.

In varietate, quæ hypocraterem refert, vidi motum elasticum vividissimum, & alterno subfultu pollinem subtilem, ad aliquot pollicum altitudinem, in aerem propulsum, ut fumum ascendere putares. Vidit etiam CL. POPOWITSCH *h*).

\*2224. PEZIZA terrea, petiolo rugoso, acetabulo hemisphærico gracili. †

*Fungoides fuscum*, *pediculo longiori donatum* BUXBAUM. l. c. p. 282. t. 29. f. 3. sed petiolus gracilior est.

An BATARRA T. III. ic. C.

In sylva *Sedelbach.*

Caro ceræ modo fragilis; pediculus crassus, rugosus, albus, latiusculus, gerit acetabulum frequenter ita parum cavum, ut pene plane non cavum sit, etiam deliquio interruptum. Color albidus vel terreus, superficies exterior granulis adpersa (*chagriné*) rugosa, & plicata.

\*2225. PEZIZA fordide lutea, longissime petiolata, cupula parabolica. †

*Icon* BUXBAUM. l. c. f. 2. accedit.

Tota concolor, ex terreo lutea, petiolo gracili, sescunciali, calyce quam hemisphærium profundiori, parabolico, semuncis diametro & ultra, per oram subtiliter serrato, quasi punctato.

\*2226. PEZIZA fusca, petiolo longissimo, cupula hemisphærica reticulata Cl. HOFER. *Alt.*

*Helvet.* T. I. p. 50. *Basler merkwürd.* T. III. p. 271. †

In sylva *die Hardt.*

Natura tenera, fugax, altitudine spithamali, petiolo cavo, capitulo hemisphærico; toto reticulato.

Ad proximum accedit, reticulo solo diversus.

\*2227. PEZIZA terrea, petiolo longo gracili, acetabulo extus subaspero, plano aut concavo. †

Posset etiam esse *Fungoides fuscum*, *pediculo longiori donatum* BUXBAUM. l. c. p. 282. t. 29. f. 3. Est *Fungus* *Esc.* SCHÆFFERI t. 167.

Passim in sylvis reperi.

Petiulus semper gracilis, in planta matura uncialis & altior. Petiulus sæpe fungiformis, cinereus, extus subvillosus, deprimitur, vel oblique in auriculæ figuram abit, ovatum, hinc brevi margine terminatam, inde longa quasi epiglottide: alias acetabulum sit naviculæ simile, ovale, ora inæquabili, profunde cavum. Color intus semper terreus, exterius concolorem vidi, aut niveum.

\*2228. PEZIZA petiolata, hemisphærica, ora dentata, extus villosa spadicea, intus alba & levis.

*Fungoides*

g) SCHÆFFER. T. 156.

h) *Vom Meere* p. 391.

*Fungoides glandis cupulam referens, margine dentato* VAILLANT. p. 57. t. 11. f. 1. 2. 3.  
*Fungoides piri inversi forma, ore lacero, & veluti coronato, ex albo griseo* MICHELI p. 207.  
t. 86. f. 2. etli petiolum non habet.

*Peziza globoso campanulata margine crenato* LINN. p. 1651.

In sylvis. Ad abietes à la Ferrière.

Caro ut in prioribus cerea & fragilis; petiolus brevis & gracilis. Calyx hemisphæricus, etiam paulo profundior: vellus exterius hirsutum, colore spadiceo, intus albet, & levis est. Margo supremus totus triangularibus dentibus inciditur.

\*2229. PEZIZA sessilis, hemisphærica, ora subdentata. †

*Fungoides parvum nigrum, interne leve, externe rugosum vel striatum* MICHELI p. 207. t. 86. f. 18.

Valde accedit ad sequentem, sed sessilis est. Extus ex flavo albat, intus albo rufa; calyx hemisphæricus, ora dentata, minus accurate, quam prior 2228.

Puto huc SCHÆFFER. t. 167.

\*2230. PEZIZA atra, cupula hemisphærica, sessili. †

Hemisphærica est, theiformi vasculo similis, femunce altior, tota concolor & nigra.

\*2231. PEZIZA sessilis, hemisphærica, extus villosa, spadicea. †

*Fungoides scutellatum, intus album, externe obscurum & subhirsutum* MICHELI p. 208. t. 86. f. 4.  
*Elvela hemisphærica excavata & sessilis, intus candida glabra, extus pilosa & subobscura* GLEDITSCH. p. 46.

SCHÆFFER. t. 151. optime.

Icon BATARRÆ T. III. E.

In sylvis non infrequens.

Magnitudo glandis cupulæ, & fere figura. Exterius ex spadiceo luteum vasculum est, villis longiusculis hirsutum; intus glabrum est, & albidum, cum levi adpersa Violæ tinctura.

\*2232. PEZIZA sessilis, tota alba, hemisphærica, extus villosa. †

An *Fungoides scutellatum album, foris hirsutum* MICHELI p. 206. ?  
*Elvela hemisphærica excavata & sessilis, radice longa* GLEDITSCH. p. 46.

Similibus locis, semuncis diametro, duriuscula, cavea hemisphærica, colore intus & extus albo, villo exterius tenero, quasi mucido.

\*2233. PEZIZA infundibuliformis, umbrina. †

*Fungoides cespitosum infundibuli forma, fulvum, radice longa tuberosa, perenni*, MICHELI p. 205. t. 86. f. 10.

STÄHELINUS iconem misit.

Calyx infundibuli forma, extus saturate rubet, intus croceus est, cum obscuro rubore; extus per longitudinem striis percurritur.

\*2234. PEZIZA brevissime petiolata, viridis. †

In sylvâ Bremgarten ad terram putridam.

A præcedente differt colore flavescente, etiam viridi obscuro; natura sessili, acetabulo parum profundo, sæpe imperfecto.

Albicantem dicit MICHELI t. 86. f. 15. cujus cæterum similis icon est.

\*2235. PEZIZA flavescens, petiolata, scypho infundibuliformi. †

An *Fungoides griseum, infundibuli forma, pendulum, pediculo donatum* MICHELI t. 86. f. 13 ?

Ex cortice virgultorum ficcorum frequens provenit.

Multo priori minor, petiolo in juniori planta brevissimo, in adulta aliquot linearum. Scyphus infundibuliformis, conicus, sursum patens, erectus plerumque, tamen & inclinatus, naturæ coriaceæ, durabilis: figura tota vitrei scyphi, qualis vulgo ad vinum adhibetur. Color flavescens, tamen etiam cervinus & albidus. Diameter scyphi sesquilineæ & lineæ.

\*2236. PEZIZA viridissima, petiolata, scypho infundibuliformi. †

In ligno querno frequens nascitur.

Summa cum priori similitudo, sed color vividissime viridis, qualis est in viridi æris. Posses esse prioris varietas, quam natura ligno querno propria viridi colore tinxit.

- \*2237. PEZIZA minima fusca, petiolata, scypho infundibuliformi. †  
In Carlinæ disco.  
Multo prioribus minor, vix cæterum fatis simili figura, sed colore fusco subumbrino, petiolo a scypho minus distincto.
- \*2238. PEZIZA minima, alba, petiolata, scypho infundibuliformi. †  
*Fungoides infundibuliforme, pediculo incurvo donatum* MICHELI p. 205. n. 14.  
Omnium minima, linea minor, fungina, tenera, alba, subaquosa, scyphum ex infundibulo, & petiolo distincto compositum perfecte refert.
- \*2239. PEZIZA nivea, infundibuliformis, brevissime petiolata. †  
*Fungoides minimum pyxidatum album, externe hirsutum, pediculo donatum* MICHELI p. 205. t. 86. f. 15.  
*Peziza parvula candida, &c.* FABRIC. *butisb.* p. 28.  
In virgultis ficcis vulgo.  
Junior plantula in globum contracta, villo suo niveo Trichiam refert. Paulatim subnascitur petioli species, a scypho non distincta, brevis, cæterum Fungus est glaber, tremulus. Scyphus non profundus, villum adultus dejicit, & obiter inspectus planus anulus videtur, intus perforatus. Natura plantulæ ceracea, firmula, color undique niveus, diameter intra lineam.  
Ea est *Ekvela* GLEDITSCHII p. 46. n. c.
- \*2240. PEZIZA minima, petiolata, coccinea, hirsuta. †  
*Fungoides minimum cernuum, coccineum totum, pediculo donatum* MICHELI p. 205. t. 86. f. 12.  
In cortice putrescente, ptimo vere.  
Priori potius minus hirsuta, scypho hemisphærico, aut parabolico, petiolo distincto. Totus carnei elegantis coloris, cæterum aciculæ capite non major.

## I. II. PEZIZÆ PLANÆ.

- \*2241. PEZIZA flava, brevissime petiolata, plana. †  
*An Fungoides scutellatum patulum minimum, auratum, externe subhirsutum* MICHELI p. 207. n. 25? videtur.  
*Peziza lutea minima verna* DILLEN. *Catal. plant. Gieß.* p. 195.  
In ligno putrescente, inque terra gregaria nascitur, lataque agmina efficit.  
Petioli breves, rugosi, minus distincti; scyphi planiores, vix depressi, transversim sæpe latiores, diametro ad duas lineas, extus hirsuti, maturi glabri, colore undique aureo, etiam extus fusco aut albido.
- \*2242. PEZIZA sessilis, aurantia, plana, anulata.  
*An Fungi, qui in vinaceis nascuntur* MARSIGLI *gener. fung.* p. 18. n. 36. f. VII?  
*Fungus finosus, bracteolatus, croceus* PETIVER. n. 56.  
*Fungoides minimum scutellatum aureum, externe polline concolore adpersum* MICHELI p. 207. n. 24.  
*Peziza disciformis sessilis & plana* GLEDITSCH. p. 45.  
*Peziza plana, margine convexo piloso* LINN. p. 1651.  
*Icon* VAILLANT. t. 13. f. 14.  
*Peziza Basler merkw.* III. p. 274. cum icone.  
Primo vere ad terram, in vallis urbium.  
Discus aurantius planus, aut levissime excavatus, ubique extus anulo minus saturati coloris cinctus, cavus, tener, diametro lineæ, aut paulo ultra.
- \*2243. PEZIZA planissima, e glauco nigricans. †  
Humilis, in ligno putrido, orbicularis, plana, ægre visibilis ob colorem, absque splendore, e livido nigra, a putrescente ligno vix diversa. Diameter intea lineam.
- \*2244. PEZIZA sessilis, glauca, extus albissima.  
Unius lineæ diameter, fedes in Polyporo putrido.
- \*2245. PEZIZA sessilis, miniata, plana, ora ciliata. †  
*Fungoides coccineum lentiforme, oris pilosis* MICHELI p. 207. t. 86. f. 19. DILLEN. l. c. f. 3.  
*Fungus minimus scutellatus, coloris aurantii* VAILLANT. t. 13. f. 11.

Pro varietate prioris 2242. GLEDITSCH.

In orbitis viarum, autumnno, etiam in lignis putridis.

Orbicularis est, sessilis, plana, aut vix quidquam cava. Junior oblonga, cylindrica, alba, pilosa, extus pilis fuscis, etiam albis, undique villosa est: adultior pilos robustos, recta protensos, fuscos, undique tamquam radios expandit. Diameter duarum linearum.

β. Varietatem spadiceam non separo.

γ. Nec flavam, in sylvis a Cl. GAGNEBIN lectam.

? 2245. PEZIZA humida, exilis, late rubicunda *Basler merkwürd. III. p. 384*

In alveo fontis.

Descriptio non sufficit. Fueritne nostra?

## BOLETUS MICHELI.

PHALLI spec. LINN. n. 1212.

ELVELÆ spec. GLEDITSCH.

Cum Pezizarum ordine III. convenit carne ceracea, fragili, subtremula: petiolum etiam rugosum, ut nonnullæ Pezizæ habet, sed differt capitulo. Id enim non cavum est, acetabuli figura; sed convexum, alias bracteatum planum, multiforme, alias omnino rugosum, cancellatum, cylindricum, conicum, aut ovatum. Character fere in petiolo est, carnisque natura, quare cum Peziza a Cl. GLEDITSCHIO conjungitur.

\*2246. BOLETUS capitulo explanato laciniato.

Icon BATTARÆ t. II. G. MICHELI f. 8. SCHÆFFER. t. 154.

α. Fungus autumnalis, velut apex flammis MENZEL. pugill. rar. t. 6. i)

& Fungoides fungiforme, crispum & varie complicatum, pediculo tenuiori non fistuloso MICHELI p. 204. t. 86. f. 9.

Icon BATTARÆ H. SCHÆFFER. t. 159. 160. 161. 162.

Helvela pileo deslexo, adnato, lobato, difformi LINN. p. 1649.

Elvela petioli lamina in formam capituli deorsum plicata, laciniata & crispa, petiolo fistuloso, striato & rimoso GLEDITSCH. p. 36.

β. Fungoides fungiforme crispum, laciniatum, & varie complicatum, pediculo crasso, striato, ramoso & fistuloso MICHELI p. 204. t. 86. f. 7.

& plures plantæ ejus loci.

Passim in sylvis reperi, tum STAEN. in sylva die Hardt & Gundeldingen, autumnali tempore. A la Ferrière.

Petiulus simplex, rugosus, aliquot uncias altus; sulcatus & plicatus, gracilior k) quam sequenti. Capitulum in α. simplex & planum, aut fastigiatum, aut bicolle, Episcopalis mitræ non dissimile, semper simplex & parum divisum. Albidus est & brevi villo serico toño simili adpersus. In β. pediculus saepe latissimus, difformis, quasi ex coalescentibus Fungis factus, perforatus & rugosus, planus. Pileolus est lamina ampla, planiuscula, plicata, varie laciniata, semper simplex, neque perforata. Vidi petiolum absque capitulo, palmato sine defuisse. Pars terræ propior saepe fuliginosa.

Eduis est.

2247. BOLETUS capite terete, reticulato.

α. Ovato pileolo *Tuber* TRAG. p. 939.

Fungorum esculentorum genus I. CLUS. hist. p. CCLXIII.

Boletus esculentus rugosus albicans, quasi fuligine infectus L. R. H. t. 229. A. MICHELI p. 202 t. 85. f. 2. & 6.

Icon STERBEEKII n. 10. B. G. D.

β. Pileo vastissimo, sphaerico, flavo SCHÆFFER. T. 199. f. 5. 6. STERBEEK. I.

γ. Pileo conico.

Fungorum

i) An iste, quem maximum candidum, apici flammis comparat, insignibus pediculis P. LINN. L. XXII. c. 23?

k) MICHELI f. 9.

*Fungorum esculentorum* I. gen. Spec. IV. CLUS. l. c.  
SCHEFFERI f. 1. 3. 4. STERBEEK. A. H. OEDER. t. 53.

3. Pileo bicolli OEDER. t. 53.

α. γ. *Phallus pileo ovato, cellulato, nudo, rugoso* LINN. p. 1648.

*Phallus capitulo fastigiato, subtus operculato, petiolo nudo* GLEDITSCH. p. 59.

Planta variabilis, verno tempore per sylvas emicat, Ulmorum amans. In sylvis ad *Vervai* pertinentibus: sub Ulmis supra les prés novés cis Bex, &c.

Caro similis & tenerrimus villus, & petiolus latus, rugosus, cavernosus, cavus. Capitulum aliter se habet. Ab ejus basi laminæ elevatæ ad apicem ascendunt, deviatæ & undulatæ: earum intervalla rugæ transversæ, humiliores, perambulant, eaque juga majora conjungunt. Color albidus, etiam luteus, juga & totus fungus non raro fuliginosus. Figura variabilis, nam capitulum modo sphericum est, modo ovatum, modo in conum fastigiatum.

Odor fatuus est, sapor siccorum Boletorum egregius, inque culinis notissimus, & innocens, nisi forte ex insectorum corruptela periculum natum fuerit a).

Numerosas varietates CLUSIUS habet, & MICHELIUS, tum BRADLEY b).

Non est Boletus veterum, qui manifesto ex volva erumpat.

#### PHALLUS MICHELI.

\*2248. PHALLUS volva exceptus, capituli apice patulo GLEDITSCH. p. 55.

*Fungorum noxiorum generis* XXIII. Spec. 5. CLUS. p. CCLXXXVI.

*Phallus vulgaris totus albus, volva rotunda, pileolo cellulato, ac fiamma parte umbilici pervio,* MICHELI p. 201. t. 83.

*Phalli impudici* LINN. species p. 1648.

Tabule 196. 197. 198. SCHEFFERI.

Non reperi in Helvetia, sed Cl. GAGNEBIN scripsit, se legisse in Comitatu Burgundiæ, vix semihoræ distantia ab Episcopatus Basileensis parte foedere cum Bernensibus unita.

Descriptionem plantæ non visæ illubenter addo. Volva ovata, radicata, initia fungi continet, viscido succo plena. Inde rupta volva Phallus erumpit, & ad veretri similitudinem riget, odore Brassicæ putridæ, cum qua Cl. GAGNEBIN comparat: dum volva basin Phalli amplectitur. Caro, quæ Boleti, cerea, cellulosa, cellulis exiguis. Capitulum glandi penis simile, parvum, ovato conicum, concavum, in apice umbilico perviam, quasi urethra, visco obductum, cæterum reticulatum, reticulo, quam corpus, crassiori, margine glandis libero, ferrato, revoluta.

Ita Cl. GLEDITSCH. Non satis vero certum est, hunc potius quam priorem GLEDITSCHII Phallum a GAGNEBINIO lectum esse.

Igni subjecto de Phallo sal volatilis ascendit: Vires ei urinæ tribuuntur c).

#### AGARICUM.

AGARICORUM ord. VIII. MICHELI p. 124.

& FUNGOIDASTER MICHELI p. 200.

ELVELÆ spec. LINN.

TREMELLÆ spec. LINN.

ELVELA LINN. n. 1214. cujus unicam speciem facit.

Accedimus ad classem copiosam Fungorum veriorum: difficilem eam reddit inconstantia colorum, figuræ, duritatis: paucitas partium, a quibus discrimen sumas. Summam etiam difficultatem facit, quod plerosque omnino exsiccare nequeas: neque fervare, ut comparando distinguas. Delineatos equidem hactenus conferre possis, & ipse circa quadringentas icones describi curavi d): etiam tunc tamen difficultatem facit plantarum in dies mutatio, quarum prima ætas ab ultima diffideat.

Genera paulo plura, quam LINNÆUS recepi, pauciora, quam MICHELIUS. Agaricum utrinque sibi similem, natura ipsa separavit. Merulium ab Amanita, facillime

a) LISTER. travels. p. 154.

b) Farmer. direct. p. 65.

c) BUCHNER. Miscell. 1730. p. 1023. 1024.

d) Colores in libro fervare docet Cl. POPOWITSCH, vom meere p. 322. sed non succedit in omnibus.



facillime separet, & perutile est certe, si genera alioquin vastissima aliquantum sublevare licuerit.

Sessiles & petiolatos Fungos olim separavi, & facile e) possunt, cum in petiolatis petiolus naturam a pileo aliam habeat, undique semper teres & levis, neque laminatus, neque venosus, neque tubulosus, neque echinatus: cum in sessilibus autem fungis nulla pars sit, quæ inferne non perinde laminis, poris, tubulis, venisque se distinguat. Interim tamen consilium mutare melius visum est, & retinere quidem genera a diversa faciei inferioris fabrica definita: cæterum sessiles fungos cum petiolatis conjungere. Non videtur cum natura consentire, ut sessiles a petiolatis separentur, quorum utriusque simillimis modis inferne per poros, tubulos, aculeos, laminas a se invicem distinguantur: omitto quod aliqui eodem fungos alias petiolatos provenire ajant, alias in arboribus sessiles nasci.

Erunt ergo nobis Agarica, sive petiolata fuerint, sive sessilia, quibus inferior superficies levis & simplex est, nullis poris, tubulis, aculeis, venis, laminisve varia. Plana superficie a Clavariis differunt, a Peziza, quod in cavum non deprimantur, a Lichene, quod nulla granula, floremve, aut fructuum imitamenta proferant f).

## I. SESSILIA.

## I. SUPERFICIE UNICA.

Hi plantarum seriem ordiuntur, cum a succis arborum concretis uno gradu differant.

## \*2249. AGARICUM lenticulare. †

In sylva reperi ad terram sessilem massam, fungosam, albam, undique ejusdem naturæ, perfecte solidam, convexam & pulvinatam, natura extus concolore, cinerea.

## \*2250. AGARICUM sebaceum, undulatum, ex albo spadiceum. †

Ad lignum putridum late expansa crusta, quasi sebum effudisses, in grana coactum, lineis & fulcis distinctum, duritie fere sebi, colore albo, cum spadiceo & livido. Fætor acris.

## \*2251. AGARICUM crustaceum, flavum, resinæ simile. †

Fungus non vesicus XXX. LOESEL. p. 56.

An Agaricum, Lichenis facie, aureum MICHELI p. 124. n. 11.

Fungiformis materies flava, crusta rubente SCHEUCHZER. in posth.

In corticibus putrescentibus passim reperi. Circa Glanzenberg SCHEUCHZERUS. STAHELINUS in Bruderholz.

Similis Galbani lacrimis, varie contorti, tuberculosi, colore aurantio, & sanguineo pulchro: tenax & vegetabilis.

## \*2252. AGARICUM purpureum, undulatum. †

Pulchram plantam non dudum in cortice reperi, colore amene purpureo, lata & adherente crusta, undis & jugis varia, rotunde semper inæquali.

## \*2253. AGARICUM crustaceum, laciniatum, ochroleucum. †

Amplissima crusta, etiam pedalis, super Gramina & Muscos effusa, ad Stalactitis modum, tuberculosa, ochroleuca, mollis, nulla certa figura, nisi quod gramina & plantulas teretibus vaginis obducatur, terram vero crusta obtuse & obscure lobata tegat.

## \*2254. AGARICUM crustaceum, subcalcarium, acute laciniatum, stercoris humani odore. †

Annon Agaricon lichenosum album, eleganter laciniatum MICHELI p. 125. n. 15.

Lichenem imitatur crusta, non coriacea, late expansa, etiam acute laciniata, inque aliqua quasi cornua protuberans, tenuis, albo calcis colore. Recens fungus inodorus est, ficcus fætores stercoris humani imitatur.

## \*2255. AGARICUM crustaceum, acute laciniatum, albissimum, coriaceum. †

Multis locis reperi in Muscis & graminibus, Gottingæ & Bernæ.

Late maculæ sunt & crustæ, etiam pedales, non ineleganter laciniatæ, palmatæ, lobis

L 1 2

ex

e) Bona signa dat, quibus Fungi ab Agaricis separentur, Cl. MULLER swamper. p. 44.

f) WAHLBOM nupt. plant.

ex centro latefcentibus, per extremam latitudinem acute & varie incisis, etiam erectis & imbricatis, natura coriacea.

- \*2256. AGARICUM crustaceum, rotunde lobatum, superne villosum. †  
Faciem Agaricorum verorum incipit imitari; ejus crustæ lobis fiunt semiellipticis, imbricatis, etiam superioris faciei convexitate, ejusque natura villosa est. Sed nullam superficiem inferiorem habet, & Graminibus Mucisque nudis incumbit. Color albus, concolor.

## II. DUPLICI SUPERFICIE.

### I. AGARICA GELATINOSA.

- \*2257. AGARICUM gelatinosum, granulofum, flavo rufum. †  
Annon *Nothoch granulofus coccineus, arboribus immascens* VAILLANT. p. 144?  
J. GESNERUS ad trabes, ego in corticibus arborum passim reperi.  
Caro gelatinosa, tremula: tubercula pene sessilia, colore mali armeniaci.
- \*2258. AGARICUM gelatinosum, coccineum, lobis crassis, dentatis. †  
Crusta gelatinosa, planiuscula, per terram putridam & arborum tabescentia folia spargitur. Ex ea quasi clavæ eriguntur, sed inæquales, dentatæ & difformes. Color undique coccineus, elegans.
- \*2259. AGARICUM gelatinosum, scutatum, obscure flavum. †  
Ad ramos arborum integros cespites vidi; iconem etiam STÆHELINUS olim misit.  
Modo sessilia sunt, modo imaginem aliquam pedunculi habent, scuta orbiculata, convexa, lineata, margine plerumque integro, aliquando inciso, unciali diametro. Color obscure ex flavo spadiceus; caro tota gelatinosa & tremula.
- \*2260. AGARICUM gelatinosum, flavorufum, superne tuberculofum.  
*Fungi juniperini* HOFMAN. *delic. flor. Altdorf.*  
Annon *Agaricus luteus viscidus & mollis* BUXBAUM. *Cent. V. t. 2. f. 2?*  
*Agaricum gelatinosum & cespitosum, infundibulum dimidiatum referens, sordide aureum* MICHELI p. 124. n. 4.  
*Tremella sessilis, membranacea, auriformis, fulva* LINN. p. 1625.  
Ad Juniperos frequens, reperi in valle *Emmia*, supra Biennam, &c. STÆHELINUS supra *Dornach*, GAGNEBIN ad fabinas hortenses.  
Verna planta utcumque auriculæ figuram exprimit, aut renis fere, aut ellipseos transversim latæ, hinc convexæ. Natura mollissima, pene diffuens; convexa facies tuberculis aspera, inferne levis. Color sordide aurantius.  
Aquam stillatitiam aliqui ad oculorum mala, & ad paralyfin ex arthritide superstitem laudarunt g).
- \*2261. AGARICUM gelatinosum, intortum & mesenteriforme. †  
*Fungus mesentericus* STERBEEK. p. 259. n. 129. t. 26.  
*Nothoch luteum, mesenterii forma* VAILLANT. t. 14. f. 4.  
*Exvela membranacea multiplex, membranis sessilibus, fimbriate plicatis* GLEDITSCH. p. 51.  
*Agaricus membranofus, gelatinosus, sinuosus, aurantii coloris* FABRIC. *butisb.* p. 26.  
Ad ligna demortua non infrequens. *Um Binningen.*  
Radix ex ligno prodeus, colore tinctâ saturatori, & quasi verissimo adipe perfusa. Initia refert vulgaris Agarici elliptici & imbricati. Inde in plicas contorquetur multiplices, mesenterii similes, potissimum cocti; nullum enim animal adeo numerosas lactes habuerit. Caro gelatinosa, tremula, villus brevis; color in juniore albus; inde luteus, porro leoninus obscurior.  
Edule est b).
- \*2262. AGARICUM gelatinosum, imbricatum, villosum, zonis superne diversicoloribus, inferne unicolor, rugosum.  
*Agaricum squamosum & lichenosum, substantia gelatinosa, superne variegatum & villosum, inferne primum violaceum, postea griseum, & mesenterii instar corrugatum*, MICHELI p. 124. t. 66. f. 5. SCHÆFFERI t. 168.

Agaricus

g) *Epb. Nat. Cur. Dec. I. append. ad ann. 6. 7.*

b) *SEYFFERT. p. 23. Breitl. Saml. ann. 1719. p. 348. 1*

*Agaricus gelatinosus, membranaceus, sinuosus, obsolete purpurascens* FABRIC. *hists.* p. 245.

Elegans planta passim nascitur ad trabes humidas & arbores emortuas, Tiguri, &c. CL GAGNEBIN.

A paulo præcedente longissime differt. Agaricorum verorum modo, ex arboribus pro-  
dit squamis ellipticis, imbricatis, superne convexis. Convexa superficies arcibus  
ellipticis, concentricis, diversicoloribus pingitur, villo adspersis fericeo, in aliis zonis  
longo, in aliis perbrevis. Vidi fuscum concolorem fuisse, sed etiam albidum, alias  
varicolorem, ut sibi succederet viridis zona, cinerea, nigra, glauca, nigerrima,  
albida, cinereæ aliquæ, albida, fulva, alba, cinnabarina. Inferior facies ad Peziza-  
rum modum rugis ramosis percurritur, continuo violaceo & spadiceo colore, villo  
tenerrimo, quasi polline. Caro tremula, quæ Pezizæ.

Præcedens non subtus, sed totum crispatur, neque supernam convexitatem ab inferiori  
venosa distinctam habet, neque adeo conspicuum villum.

II. AGARICA CORIACEA.

\*2263. AGARICUM coriaceum, squamis ellipticis imbricatis, superne villosis & diversicoloribus †  
*Lignosus aureus Quercus Fungus* STERBEEK. p. 245. n. 116.

*Agaricum squamosum & lichenoform, membranaceum, superne hirsutum & variegatum, inferne  
subobscurum & instar fericeæ villi nitens* MICHELI p. 124. n. 8. & forte n. 7. t. 66. f. 2.

Ad ligna emarcida.

Satis præcedentis simile, inferna superficie, etiam initiis venarum modo rugosis, minus  
tamen longe progressarum; cæterum brevi villo nitet; superior superficies villo-  
sa, zonis diversorum colorum, tota flava, tota fusca, albicans & hirsuta; & in-  
ferne color carneus est, aut purpureus; aut fuscus; aut superne varius, inferne  
ex violaceo fuscus. Duritate, & longioribus rugis, a priori differt.

\*2264. AGARICUM squamis ellipticis imbricatis, sinuatis, superne album & hirsutum,  
inferne violaceum †

An non idem *Agaricus membranaceus tenuis, superne albicans, villosus, fasciculatus, inferne  
nigricans, levis* Basler merkwürd. p. 2095.

Pulchrum Fungum ad terram reperi.

Magnus est, semipedalis, non crassus, superne albus, subluteus, inferne violaceus, abs-  
que venis, ora flavescente, levis absque rugis, paulum plicatus. Natura dura, sublignosa.

\*2265. AGARICUM imbricatum, squamis ellipticis, superne villosis cervinis, inferne glabris  
flavisque. †

In ligno emortuo.

Squamæ longæ, graciles, ut unciam vix superent, obtusissime lobatæ, non crassæ.  
Superior superficies villosa, villis per anulos concentricos dispositis, cervinis. Inferior  
superficies flava, levissima.

\*2266. AGARICUM durum, crassissimum, ambitu elliptico, superne villosum & fulvum,  
inferne albidum. †

*Agarico pedis equini facie* I. R. H. RAJI, &c. ad fine, nisi iste ad polyporos pertineret.  
*Stereum crassissimum durum* HILL. *hisl. plant.* p. 35.

Ad arborum truncos.

Sectionem conii elliptici refert, cujus altitudo arbori adhæret, ambitus liber est, & con-  
vexus, infima facies plana, albida; superna declivis, villosa, leonini coloris. Ca-  
ro dura, filamentosa, sublignosa.

Suspicio esse initium Polypori *Brossardiani*.

\*2267. AGARICUM durum, cespitosum, infundibulis imperfectis, intus aculeatum. †

SCHÆFFER. t. 164 & 145. forte & 146.

In sylva *Bremgarten*.

Dura planta, coriacea, pene lignea, Musco innascitur, multiformis, ut vix possis ejus  
fabricam verbis definire. Lata est, gregaria, Coralloidis palmati utcunque similis,  
tamen diversa, & infundibulis fit imperfectis, quorum pedes confluent; ambitus undu-  
latus, & pene æque resectus est. Ea infundibula fere aperta hiant, neque unquam  
formam veram infundibuli servant. Intus qua cavitas est, parietes lineis descenden-  
tibus

tibus parallelis percurruntur, & infra eas lineas cutaneis aculeis squamisve ejusdem, cum tota planta naturæ, de fundo infundibuli surgentibus. Color terreus, subrubellus, facies exterior levis, cum tenero aliquo villo, fere pollinis similiori.

\*2268. AGARICUM anulare, atrum, laciniatum. †

*Agaricus sericeus fuscus* VAILLANT. p. 3. t. 1. f. 4.

*Agaricus, luteus chypeiformis, transfixus* PLUMIER. *Fougér.* p. 145. t. 168. nostram plantam exprimit.

*Agaricus porosus, flabellum referens* BUXBAUM. *Enum. plant. circa Halam,* etiam nostram exprimit.

Circa virgulta arida Fagi.

Anuli ramulum circumdant, longo ordine imbricati. Tæniæ sunt, quarum series totum ramum ambit, ad lignum planæ & integræ, versus ambitum peracute incisæ, wie *seidene Quasten*. Facies convexa, tuberculis inæqualis, concava subhirsuta est. Color fordidus spadiceus, & pene niger.

II. PETIOLATA.

\*2269. AGARICUM gelatinosum, petiolatum, capitatum, flavum. †

*Fungoidaster parvus, gelatinosus, lubricus, pileolo subviridi, oris subtus repandis, pediculo aureo fistuloso* MICHELI p. 201. t. 82. f. 2.

*Fungus gelatinosus flavus* VAILLANT. t. 13. f. 7. 8. 9.

Tabula SCHÆFFERI t. 149.

*Leotia gelatinosa, capitulo subviridi* HILL. p. 43.

In sylvis frequens, tremulus & debilis, cespitosus, petiolo fere flexuoso. Capitulum convexum, oris deflexis, laciniatis, circa petiolum contractis. Flavus est, etiam subfuscus, subviridis, denique totus viridis, etiam superne tuberculifus. Odor gratus Merulii.

In der Enge, im Bremgarten. Au marais de l'Echelette.

\*2270. AGARICUM petiolatum, gelatinosum, corallinum, capitulo sphaerico. †

*Fungus non vesicus 32. aut granulofus corallinus* LOESEL. *flor.* p. 69.

*Fungus omnium minimus turbinatus croceus* BOCCONE *mus. di piant.* p. 150. t. 110.

*Funguli incarnati coloris, &c.* Basler merkwürd. T. IV. p. 383.

Inter Muscos, qua ascenditur ad cacumen montis Pantigen: in sylva pone piscinam Alschwylensem.

Cespitosus, petiolo duas lineas alto, pergracili, pileo dimidiam lineam lato, gelatinosus, chartam corallino rubore tingens, non tamen eo minus durabilis.

\*2271. AGARICUM carneum, gelatinosum, petiolatum, capitulo sphaerico. †

*Fungi parvi globosi, ex ungue equino putrescente nati* DILLEN *Syn. III.* p. 13. t. 1. f. 3.

*Coralloides fungiforme, ex ungula equina, livide rufescens* EJUSD. *Sylv. Musc.* p. 72. t. 14. f. 5.

A priori diversus est, inelegante colore, pallido, inconstante, petiolo ad terram crassiori, sursum angustato.

POLYPORUS.

POLYPORUS MICHELI.

& AGARICORUM EJUSDEM Ordines 2. 3. 4. 5.

& SUILLUS EJUSD. Ord. I. p. 126.

PORIUM HILL.

& SOLENIA HILLII.

BOLETI LINN. n. 1210. & GLEDITSCHII spec.

Bonum nomen, & characteristicum, novare non adinet, & debetur MICHELII memorie, post tot de plantis minimis merita, ut, quæ feliciter constituit, auctoritatem retineant.

Num a Suillis Polyporos oporteat separare, diu dubitavi: nonnullos facillime separe, cum Polypori dentur poris simplicissimis, neque conspicuis tubulis, quos facile separe a Suillis, quorum tubulosam carnem ab inorganica facillime separe. Cum tamen in plurimis Polyporis veri tubuli sint, non visum est genera ex majori, aut minori, facilitate constituere, qua caro de tubulis secedat.

In primo

In primo nostro Polyporum ordine fateor, initia forte aliarum plantarum contineri, & suspicor, qui superne porosi sunt, per ætatem perfectiores reddi, liberoque, & poros suos in legitima facie habere, quæ terram respicit. Quoad tamen hæc suspicio per accurata experimenta confirmata fuerit, utilius visum est, stirpes distinctissimi habitus, cum distinctis nominibus proponere.

I. CARNE NON SEPARABILI.

I. SESSILES.

I. UNICA SUPERFICIE.

- \*2272. POLYPORUS crustaceus effusus, farinosus, albus. †  
*Agaricum terrestre medullam panis referens* MICHELI p. 121. t. 65. f. 2.  
*An Boletus crustaceus inversus, tubulis connexis* GLEDITSCH. n. 11. p. 77k qui certe hujus est ordinis.  
 Brumali tempore, in sylva Brengarten, GESNERUS etiam reperit. In cisternis GAGNEBIN Crusta difformis late lignum putridum obducit, terramve; colore ex flavo albido. Tubuli superne adparent, porique. Odor dulcis est, ut edulem plantam promittat.
- \*2273. POLYPORUS crustaceus, albus, undis crispatis. †  
*Corallofungus argenteus, Omenti forma* VAILLANT. p. 41. t. 8. f. 1.  
*Agaricum squamosum crispum, superne album & lanuginosum, inferne primum ejusdem coloris, deinde rufescit, tenuissime, eleganter & varie perforatum* MICHELI p. 120. n. 7.  
 Omentum vituli aut ovis expansum egregie refert. Crusta lata lignum aut corticem obducit, passim in juga crispa eleganter revoluta, planitie alba, jugis flavescentibus, pinguedinosas strias Omenti referentibus. Superior facies porosa, nam inferior latet. In resectis arboribus reperi, tum Cl. GAGNEBIN.
- \*2274. POLYPORUS crustaceus purpureus. †  
 Lignis resectis, & in sectione uvidis adhæret. STEHELINUS etiam iconem misit. Crusta multiformis, plana, rotunde lobata, superne purpurea, poris subtilibus plena, qui tubulos terminant, ex brevissimis laminis factos; color purpureus est, aut albus, limbo purpureo, etiam cæruleus. Si a ligno detraxeris, ea superficies simplex est.
- \*2275. POLYPORUS crustaceus, albilimus, poris maximis. †  
 In ligno putridissimo reperi.  
 Crusta albissima, mucilaginis facie, sed poris magnis, ad favi modum, superne perforata;

II. SUPERFICIE DUPLICI

SUPERNE LEVES, INFERNE POROSI.

- \*2276. POLYPORUS frondosus, cespitosus, imbricatus, spadiceus, poris albidis. †  
*Florun fasciculus* STERBEEK. p. 269. n. 130. t. 28. A.  
*An Fungus foliaceus major, carnosior, dendroides, cristatus* BARRELIER. ic. 1268.  
*Fungus major carnosior, dendroides, cristatus* BOCCONE *mus. di. fisic.* ad p. 302.  
*Agaricum squamosum cespitosum, esculentum, cristatum & laciniatum, superne obscurum, inferne album, foraminulis brevissimis, rotundis, exiguis* MICHELI p. 119. n. 13.  
 Tabula 129. SCHEFFERI & forte 128.  
*Boletus imbricatus squamosus & sessilis, tubulis minutissimis connexis, lobis fimbriatis, ramose foliaceis* GLEDITSCH. p. 245.  
 Passim pulcherrimum Fungum reperi, potissimum ad dextra viæ ducentis ad Pontem novum.  
 Cespites sesquipedales, densissimi, similes ornamentis foliaceis, quæ de cassidibus insignium dependentia pinguntur: totus fit lobis planis, divisis & subdivisis, imbricatis, sæpe reflexis. Superficies superior fusca, sæpe cum admista flavedine, lineata, levis. Inferne juniore in fungo plana & albida superficies. Paulatim pori, & laminæ, conspiciuntur, sine inæquali, poris amplis. Etiam tunc alias albicat, alias terreo colore est. Caro succulenta, fragilis, Fungorum lamellatorum.  
 In Allatia edi Cl. GAGNEBIN.

- \*2277. POLYPORUS sessilis, carnosus, flavus, digitatus, maximus. †  
*Fungus casearius ex Campenhout* STERBEEK. p. 170. n. 79. t. 12. lit. A.

- Fungus ramosus major aureus, nuda membrana superne testus* DILLEN. in Syn. III. p. 22. n. 5.  
Tabula SCHÆFFERI 109. & conf. RITTER. Eph. Nat. Cur. Vol. X. append.
- In horto meo ad lapidem, in auditorio ex pariete, in sylvis palliam legi. STÄHELINUS  
ad Juglandem.
- Nostratum Fungorum maximus, quem bipedalibus squamis viderim. Aliæ semiellipticæ sunt, & imbricatim sibi imminet, aliæ digitatæ & laciniatæ, crassæ semper & obtusæ. Color utrinque flavus, superne magis aurantius, inferne flavus, citrinus, palearis, albidus. Lamellæ laceræ, poros relinquunt, ipsæ ab una linea ad sex longæ. Caro cucurbitacea est mollitie, & celeriter putrescit, succumque croceum stillat.
- \*2278. POLYPORUS fessilis, convexo planus, poris amplissimis albidis. †  
SCHÆFFER. t. 101. & 102.  
Etiam ex amplissimis est, pede longior, pariter mollis, cæterum diversissimæ fabricæ: superficies convexa fere conica, ochroleuca, cute lacera, in squamas efflorescente nigricantes, & reflexas. Pori perampli, quadrangulares, ochroleuci, marginibus ferratis, sæpe etiam imbricati, & reticulati.  
Ad arbores & in sylvis.
- \*2279. POLYPORUS fessilis, convexo planus, spadiceus, poris fulvis, latioribus, angulosis. †  
In caudicibus arborum. In acere Cl. GAGNEBIN.  
Ex iis est, quibus squamæ crassæ, semiellipticæ, de ligno prodeunt. Superne spadiceus & color est. Pori inferne laceri, ampli: quos sæpe obturat gummi de Fungo effluens, pariter spadiceum.
- \*2280. POLYPORUS fessilis, convexo planus, albissimus, superne hirsutus, poris latioribus. †  
*Agaricus villosus & porosus candidus* DILLEN. Catal. Gieß. p. 193. *Salignus* BUXBAUM. Cent. V. t. 5.  
Ad arbores frequens.  
Squamæ semiellipticæ grandes, de more in marginem acutum declives exeunt. Convexa facies villosa, alba, aut ochroleuca: caro dura, mollem tamen circa *Panax* vidi. Inferior facies alba, poris terminatur multilateris, difformibus, variæ magnitudinis, qui ex amplioribus sunt.
- \*2281. POLYPORUS fessilis, hirsutus, superne fuscus, poris albis tenuissimis. †  
Annon *Agaricus cinereus, margine albo* BATARRA t. 35.  
Multo priori minor, squamis longis, parum latis, minime crassis, superne hirsutus, in fuscum languens, poris tenuibus & albis, vidij subviolaceos fuisse.  
Ad arbores.
2282. POLYPORUS fessilis, cespitosus, planus, hirsutus, anulis versicoloribus.  
*Fungorum perniciosorum genus V.* CLUS. p. CCLXXVII.  
*Agaricus, seu Fungus mesentericus* STERBEEK. t. 27. K.  
*Agaricus squamis iridiformibus* BATARRA t. 35.  
*Agaricum squamosum, superne sericeum, inferne album, foraminulis brevibus densissimis, angulissimis, & quasi pentagonis* MICHELI p. 119. n. 11.  
*Fungus lignosus roseus variegatus* BOCCONE p. 295. t. 8. n. 5.  
*Boletus coriaceus squamosus fessilis & multiplex, lobis variis divisus & expansis, tubulis tenuissimis, connexis, angulosis* GLEDITSCH. p. 70.  
*Boletus acaulis, fasciis dicoloribus, poris albis* LINN. p. 1645.  
Ad siccos arborum truncos vulgo.  
Squamæ ellipticæ, undulatæ, longæ, parum latæ, imbricatæ, planæ, siccæ, coriaceæ, superne villosæ sunt, variis coloribus. Viridis sæpe color solus regnat, & certe aliquis viror nunquam ab ea planta abest: intercedunt autem zonæ concentricæ luteæ, e rubro spadiceæ, subcæruleæ. Vidi totum flavum, totum cinereum. Inferior superficies alba, cervina, xerampelina, obscurior, ut Fungus vetustior est: poris parvis laceris, qui, detritis per vetustatem imis tubulorum ostiis, denique nudas laminas relinquunt, ut ad Echinum accedat.  
Huc etiam *Agaricus speciosus* BATARRA t. 34. B.
- \*2283. POLYPORUS fessilis, convexo planus, anulis versicoloribus, poris albis tenuissimis. †  
Icon 330. B. TOURNEFORT. I. R. H.  
*Agaricus imbricatus laciniatus major* BUXBAUM. Cent. V. p. 1. t. 1.  
Icon SCHÆFFERI t. 106. & 136.

Etsi cum paulo priori communes habet lineas versicolores, diversissimus tamen est. Ad arbores frequens.

Nempe squamæ convexæ sunt, in marginem acutum declives, quarum sectio sit triangulum rectangulum, cæterum latæ sunt & ellipticæ, natura durissima & inmarcescibili. Superne fungus zonis discoloribus variatur, etiam cum gummeo splendore conjunctis, cætera glaber. Vidi intimam zonam ochroleucam fuisse, alteram pallentem, tertiam flavam quasi gummi oblitam, quartam ex flavo rubram, nitentem, quintam pullam, sextam subcæruleam. Hi colores per ætatem in fuscum, & nigrum fieri, degenerant. Caro crassa, alba, spongiosa. Inferius inter hirsutas lamellas tubuli sequuntur, poris terminati tenuissimis. Pori parvi, albi, in senio fusci.

2284. POLYPORUS sessilis, convexo planus, anulis discoloribus fulvis, poris ochroleucis.

*Agaricus p) omnium Auctorum.*

*Agaricus seu Fungus Laricis C. B. MICHELI p. 119. n. 1.*

Ipsæ de laricibus decerpit in *Jorogne*, etsi rarum esse, & vix in decem q) millesima arbore nasci BELLONIUS scribit. Quare adeo NEUMANN, Agaricum nasci, nisi arbor incidatur q\*).

Squamæ pedis equini figura r), nempe breves, sed altæ, crassæ, ut triangulum, quod ex fungi sectione nascitur, altitudinem latitudini parem habeat, hanc minus, quam præcedenti, latam. Facies superna diversicolor, ex anulis ochroleucis, aurantiis & fuscis varia. Caro tenacissima, fomitis naturæ similis, & ochroleuca. Tubuli quatuor linearum longitudine & ultra, poris ochroleucis, tenuibus.

Larigno solo passim utuntur, qui ex *Valle Tellina*, tum ex *Pedemontio*, *Valisia*, *Rbatia*, *Tridentina*, & ex *Norico* in officinas mittitur s), etsi etiam albus Fungus in *Illice t)* natus alvum ducit. Debiliorem tamen larignum esse, & ex oriente officinas sibi prospicere Cl. LIEUTAUD v). Diversitatem maris x) mali, longi, nigri, gravis, feminae albi, levis, porosi, fragilis, aut flavi maris duri compacti, feminae albi, levis, cavi, variæ figuræ y), referrem ad diversas Agarici species, Quernum lethalem esse FALLOPIUS z).

Noster siccatus in pulverem album abit, qui sternutationem s\*) acrimonia sua ciet. Siccus idem, ut multa acria vegetabilia, in farinaceum inertem saporem transit, tamen ut ultimo nauseosissimum quid a) & diuturnum linguæ inhæreat b). Ipsum halitum immaturi Agarici carpti venenatum esse BELLONIUS c), ut autumno legere suadeat, non vere, quando succi plenus est. Cum spiritu vini dat tincturam rubicundam, Agarici sapore, quæ in frigore concrevit in substantiam olei gelati similem, in igne d) liquecentem, extractum, ut puto, resinofum, cujus dimidia portio ex Agarico obtinetur d\*). Tinctura spirituosa vomitum movet, tota deterior e). Extractum aquosum amarum e\*) mitius f) est, & deorsum alvum ducit, cumque sale tartari g) paratum commodè purgat. Ex tinctura spirituosa etiam refina Jalapinæ similis, magnaque copia, per alembicum ascendit, valde volatilis h), quam non male vir Cl. Terebinthinæ tribuit. Alpicolæ didicerunt, per experimenta, alvum ducere, & familiare sibi medicamentum ad pecoris morbos adhibuerunt i). Hirudinis alpinæ deglutitæ, intra 24. horas occisuræ, pessimos effectus dato sicco cum pipere Agarico in *Pedemontio* superant k). Vomitum etiam ciet l).

Veteres inter purgantia receperunt m), bilemque ducere scripserunt, si ad duas drachmas daretur.

p) Agaricum radix fertur *Lasertitii* similis, facie summa solutiori, rariori, contextu fungoso. Femina præfertur, quæ rectis inus venarum discursibus constat, mas rotundus & compactus; utriusque gustus initio dulcis, inde amarus. Sunt qui Fungum esse adfirmant, & in arborum caudicibus nasci *Diosc. L. III. c. 1.*

*Agaricum* Fungus circa *Bosporum* nascitur, colore albo. Ad obolos 4. sumitur. In *Gallia* infirmus est. Mas amarius, femina initio dulcis, ubi in amaritatem Plin. L. XXI. n. 57. Glandiferæ arbores in *Gallia* Agaricum ferunt, Fungum candidum adnatum, nocte lucentem Plin. L. XVI. c. 8. Agaricum *RHAZE* ad *MANSOR. L. III. c. 54.* Agaricus *SALADIN p. 259.*

*Agaricum* *RUSI purg.* Agaricum radix est trunco innascens, laxa, fungosa *SUIDAS p. 23.*

q) *BELLON. Conifer. p. 26.* q\*) *T. I. P. II. p. 377.*

r) Convexa esse projectione *ALDROVAND. dendrol. p. 179.*

s) *MATTHIOL. p. 637.* *FALLOP. purg. p. 50.*

t) *BRASSAVOLA exam. simplic. p. 534.*

v) *Præcis de la matiere medic. p. 299.*

x) *MESUE p. 51.*

y) *CHARAS thériac. p. 117. ex Delphinatu.*

z) *purg. p. 50.* z\*) *NEUMAN.*

a) *LEWIS mater. medic. p. 338.*

b) *BRYNE.*

c) *l. c. p. 26. b.*

d) *BRYNE Fung. offic. p. 20.*

d\*) *Unciæ sex ex libra semis NEUMAN. p. 546.*

e) *CARTHEUSER. mater. medic. p. 546.* *Unicum guttam vomitum movere NEUMAN. Vol. II. P. I. p. 13.*

e\*) *Multo parcius NEUMAN.*

f) *CARTHEUSER.*

g) *BOULDU. Hist. de l'Acad. ann. 1714.*

h) *J. C. GMELIN. Comm. Lit. Noric. ann. 1733. n. 2.*

i) *Vaccas ægrotas BOCCONE obsl. p. 186.*

k) *Miscell. Taurin. III. p. 203. 204.*

l) *In MESUEN. p. III. b.*

m) *RUSI purg.*

daretur. Segniter tamen purgare jam JOHANNES MESUE *n*) monuit; superiores penitus de officinis eliminare malunt *o*), neque multo in usu est, nisi ad tingendum nigro *p*) colore sericum. Antidoti laudes *q*), & cardiaci *r*) medicamenti, & alexipharmaci *s*), eductis forte venenatis plantis meruit, si quas imprudens aliquis devorasset. In obstructis visceribus *t*), in arthritide *v*), ad acidas cruditates *x*) vidi laudatum fuisse. Multis a DIOSCORIDE commendatur.

\*2285. POLYPORUS *seffilis*, convexo planus, miniatus. †

Ex albis Cl. RAMSPEK retulit, & ex America septentrionali habui.

Convexo planus est, & de genere, quod cum equino pede comparatur, cui nempe crassities ad latitudinem & longitudinem magnam rationem habet; ceterum minor, vix triuncialis. Pori tenues, natura lignosa; color utrinque miniatus.

\*2286. POLYPORUS *seffilis*, cespitosus, convexo planus, hirsutus, fulvus.

Ad terram cum quisquiliis intricata massa, innumerabilibus squamis, non magnis, imbricatis, superne hirsutis & fulvo colore subvaccino, inferne poris tenuibus & albis, carne dura, ad fomitem apta.

\*2287. POLYPORUS *seffilis*, convexo planus, farinosus. †

*Agaricum igniarium*, *Agarici officinalis facie* MICHELI p. 118. n. 1.

*Fungus non vesicus* XXXVI. LOESEL. p. 97.

In Cerasis non infrequens. Paulo ultra *Muri*.

Ambitus semicircularis, sed per ætatem difformis, amplissimus: facies superna convexa, glabra, alba. Succedit multa caro farinosa, friabilis, albissima, subamara, subætida. Inde tubuli incipiunt, laminis facti subfuscis, terminati in poros tenuissimos, fuscis.

Ad Igniarium Cl. GLEDITSCHIUS *y*) revocat, sed nullo modo videtur ex hoc Fungo fomes posse parari, cui nulla sit tenacitas.

\*2288. POLYPORUS convexo planus, durissimus, cinereus, inferne albidus.

*Fungi arbori ad elychmia* I. P. III. p. 840.

*Agaricus pedis equini facie* I. R. H.

*Agaricum igniarium*, &c. MICHELI p. 117.

*Boletus subrotundus*, petiolo horizontali brevissimo, tubulis subtilissimis GLEDITSCH. p. 68.

*Boletus acaulis*, pulvinatus, levis, poris tenuissimis LINN. p. 1645.

*Subviridem* pingit SCHÆFFER. t. 137.

Ad arborum truncis. Ad fomitem parandum præfertur tiliaceus, deinde faginus, juglandinus deterior est.

Brevis, non latus, crassus, ambitu arcum circuli describit, ex suprema crassitie in aciem declivis, inferne planus; suprema facies levis est, umbrino colore, aut albo, etiam cinereo, inferna albida, etiam purpurea. Caro fulva valde tenax, ad fomitem apta: tubuli unciales; pori omnium minimi albi, per quos tamen tubulorum subfuscus color pelluceat. Pori inde subcrescunt tenuissimi. Remota cortice, & superficiali carne, reliquus fungus contunditur, dissecatur per taleolas, aut etiam integer cum lixivio aut cinere coquitur, malleo iterum contunditur, siccatur, dat fomitem, quo vulgo ad ignem conservandum utimur. Is idem fomes ad sanguinem suppressendum *z*) vulneribus utiliter imponitur: a Chirurgis paulum dissimili modo paratur, qui omnino *a*) hunc ipsum Fungum adhibent, neque ab eo quercinus *b*) hæmatodes differt *c*). Hujus fomitis impositi usu speraverunt Chirurghi posse periculi plenam artuum extirpationem evitari; cum etiam post amputationes ejus taleolis impositis, in multis exemplis, etiam summis Chirurgis *d*) testibus, sanguinis jactura subpressa fuerit; ut etiam

*n*) p. 51.

*o*) D. LUDOVICI oper. p. 64. NEUMANNUS.

*p*) *Art de teindre en soye* p. 63.

*q*) PLIN. L. XVI. c. 8.

*r*) AVICENNA *cardiac*. T. II.

*s*) *ibid*.

*t*) SUIDAS L. C.

*v*) LISTER. *de arthritide*.

*x*) *Idem* *ibid*.

*y*) p. 79.

*z*) BERGIUS *forsök* 1755. p. 69. *De Fagino Hist. de P.A. cad.* ann. 1762. p. 74.

*a*) PALLAS *Chirurg.* p. 59. WATSON *Phil. Transf.* Vol. XLIX. P. I. n. 7. Etiam nostro Cl. KUHNIIUS utitur. Fagino VERDIER. L. C.

*b*) WATSON. *Phil. Transf.* Vol. 48. P. II. n. 98.

*c*) BREYNE *Dec. I. ann. 4.* obs. 150.

*d*) MORAND. *Mem. de Chirurg.* II. p. 225. PALLAS L. C. GASPARETTI obs. 4. fungo fagino: WARNER. *Phil. Transf.* T. 48. P. II. n. 78: THORNHILL. *Philos. Transf.* ann. 1755. n. 43: BERGIUS L. C. etiam QUER. *Flor. Eßan.* II. p. 192. Etiam alius in cellis vinariis repertus sanguinem post amputationem continet *Phil. Transf.* XLIX. P. I.



etiam in putridis vulneribus, quæ vinculi usum excludant, feliciter adhibitus fuerit e); & post aneurysmatis operationem f). Vulnera celeriter sanat f\*).

Non tamen debent hæc nimium laudari, cum noster quidem fungus nihil possit, nisi adpressus g) retineatur, & etiam tunc ad majora vulnera h), adque cruris amputationem non sufficiat, ut magni Chirurghi nondum ei fidem i) dederint. Aliquando etiam æger interiit, cum Chirurgus Agarico fufus esset k). Quare post aliquam famam usus hujus remedii obsolevit l), in minorum arteriarum vulneribus non spernendum. Paulo aliter autem ad vulnera præparatur. Dissecatur in tres quatuorve partes, malleo tunditur, quoad fibræ lignosæ in pulverem redactæ dispereant, & fungus mollescat, lixivio vero non incoquitur m).

Etiam internus usus in dysenteria salubris fuisse dicitur n).

2289. POLYPORUS sessilis, convexo planus, inferne albidus, superne fulvis discoloribus zonis. †

Icon TOURNEFORT. t. 330. hunc exprimit.

Agaricus pedis equini facie BATTARRA t. 37. E.

Agaricum 2. 3. 4. MICHELI.

Agaricus ferruginosus viridis BATTARRA t. 33. D. E. F. G.

SCHÆFFER. t. 138.

Ad ficcas arbores.

Aliquanto planior est; anulis discoloribus superne pictus, ex flavo & terreo varie tinctus, variis zonis & fericeis: maturus calvescit, totusque fit spadiceus, vel fuscus, sæpe tuberculofus. Pori albi, tenues. Succum fundit purpureum, durus cæterum & tenax, aptusque parando fomiti.

Insecta miram huic Fungo faciem impertiant. Minuti enim pori, in ampullas grandes, sphericas, abeunt, perforatas & gummeum humorem stillantes.

Vidi petiolatum, egregie pedem equinum referentem, fulvum, concolorem, inferne album, sectione carnis tota purpurea.

Quam etiam inferne album fuisse vidi, absque poris.

?2290. AGARICUS coriaceus faginus hæmatoides GAGNEBIN. †

Cognomini Querno BREYNI & GARIDELLI similem esse, inque truncis fossis arborum abunde reperiri CL. GAGNEBIN.

Pellicula albæ Chirothecæ corio similis, pariter tenera. An diversus a 2289.

\*2291. POLYPORUS sessilis, convexo planus, laciniatus, flavus, imbricatus & cespitosus. †

Agaricum squamosum, ilicibus lauris, & Oxyacantha plerumque adnascens MICHELI n. 6.

An Agaricus porosus, coloris sature aurantii DILLEN. Catal. Gieß. p. 192?

Fungus quernus insule Monæ Eph. Nat. Car. Vol. I. obs. 119.

Agaricus igniarius heteroclitus BATTARRA t. 37. G.

SCHÆFFER. t. 110. f. 10.

Passim in cavis arboribus reperi. Au Saignelet de la Ferrière.

Figura priorum; & durities, & spongiola caro, & pori pariter pertenues, ex tubulis tenuissimis. Vidi laciniatum fuisse; & amat imbricatus provenire, æque ut priores convexo planus, sed modice pulvinatus esse. Superne colore læte flavo est, sub-hirsutus, inferne flavus & concolor. In centro amat nigricare, anthracino colore.

\*2292. AGARICUM sessile, petiolo horizontali. †

An Agaricum squamosum durum, totum album, superficialiter in filamenta tenuissima, serici insiar veluti scissum, inferne argutissime & varie perforatum MICHELI p. 120. n. 16.

Agaricus aureus, stabelli effigie BATTARRA t. 37. E. Refert SCHÆFFERI t. 110.

Ad arborum truncos non infrequens.

Siccus, ut priores, & immarcescibilis. Petioli genus habet, hilo centrali insertum: & per hanc plantam Agarici sessiles cum petiolatis conjunguntur. Nam nostro verus petiolus, duas tamen de sessili natura notas habet. Nam & horizontali est ductu, &

N n 2

poris

e) Phil. Transf. T. 48. P. II.

f) Journal de Medec. T. II. n. 5. VERDIER. angiol. p. 35 ed 3.

f\*) Verb. der Holl. Maatsch. VI.

g) WARNER. conf. PARKER. the ligature preferable to Agaris.

b) WARNER. HAEN. rat. med. T. V. p. 205. 206. Dubitat SCHWENKE Holl. Maatsch. l. c.

i) Journal de Medec. II. n. 5.

k) SHARPE Phil. Transf. T. 48. P. II.

l) Chirurg. pharn. p. 73. 74.

m) BAUME Elem. de Pharn. p. 81.

n) Journal de Medec. ann. 1757. m. Mars.

poris perterebratus, uti ipsa Fungi inferior planities. Non perinde convexus est, ut igniaria Agarica, pulvinatus tamen, ambitu reniformi, superne cervinus, etiam striatus, ex cervino & luteo varius: pori albi, aliquando lutei & sabvirides. Præcedenti 2291. proximus.

## I. CARNE INDIVISA.

## II. PETIOLATI.

## POLYPORI MICHELI p. 129.

- \*2293. POLYPORUS petiolo laterali, pileo cervino, poris cinnameis. †  
Cl. GAGNEBIN misit, suam circa patriam lectum.  
Petiolus niger, uncialis, quasi vernice oblitus, calamo æqualis, altero extremo sui Fungi infertus. Pileus levis, oris undulatis & contractis, cervinus, seu avellaneus, oris albis. Pori subtilissimi, obscure cinnamei; natura dura & perennis.
- \*2294. POLYPORUS petiolatus, amplissimus, albidus, alveolis subtus quadrangulis. †  
In sylvis.  
Ex maximis Fungis. Pediculus crassus, umbrinus, semipedalis. Petasus amplissimus, dodrantis diametro, carne amanitæ tenera, planus, orbiculatus, ex albo ineleganter flavescens. Inferne alveoli quadrati, perampli, jugis dentatis albidis cincti.
- \*2295. POLYPORUS petiolatus niveus, alveolis subtus quadrangulis. †  
In monte *Gurten*.  
Pediculus brevis, ut Fungus sessilis sit. Pileus crassus, convexus, triunciali diametro, planus; inferius alveoli seu foramina perampla. In nigram putredinem continuo dissolvitur.
- \*2296. POLYPORUS petiolo & pileo reticulatis, albo viridis, alveolis subtus reticulatis terreis. †  
*Polyporus alpinus cinereus, pileolo superna parte lacero & veluti tessellato, inferne instar fori ample perforato MICHELI p. 130. t. 71. f. 2.*  
Præter colores ad priorem accedit icon a STÆHELINO missa, lecti o) in sylvula Fungi, pone villam inter eas remotissimam, quæ *Gundeldingen* dicuntur, tum à *la Ferrière*.  
Petiolus brevis, umbrinis lineis reticulatis pictus. Petasus convexus, semipedalis, ex albo viridis, reticulatus. Inferius alveoli magni, difformes, terrei, quadrati, angulosi, reticulati. Tres istæ plantæ sibi valde vicinæ sunt.
- \*2297. POLYPORUS petiolatus, cespitosus, ramosus, lobatus, spadiceus, inferne albidus. †  
In sylvis abiignis. Circa *Ferrières* Cl. GAGNEBIN.  
Petiolus niger, cavus, ramosus. Pileus lacer, elegans, lobatus, excavatus, spadiceus oris luteis, carne pauca, poris & tubulis brevibus, albidis.
- \*2298. POLYPORUS petiolatus, infundibuli forma, cespitosus, intus nigricans, extus albus. †  
*Polyporus lignosus & cespitosus, infundibulum imitans, superne nigricans, inferne cum pediculo albus, areolis carbonariis innascens MICHELI p. 20. f. 6.*  
Icon SCHÆFFERI t. 125.  
*Boletus* 2. p. 67. GLEDITSCH.  
Ad ligna putrida.  
Ligneus, immarcescibilis, cespitosus, figura infundibuli, inferne albidus, poris tenuissimis, laminis brevibus, petiolo infundibuliformi, etiam poroso. Intus cavus, lineis concentricis pictus, sature fulvus, ut per ætatem in nigrum degeneret.
- \*2299. POLYPORUS petiolatus, pileo fusco, depresso. †  
*Polyporus exiguus, coriaceus fulvus, pileolo concavo, ac in medio nonnihil umbilicato MICHELI p. 130. t. 70. f. 9. sed gracilis huic petiolus.*  
*Boletus tubulis tenuissimis connexis, pileolo orbiculari, ad oras fornicato, centro depresso, petiolo gracili, radice bulbosa GLEDITSCH. p. 73.*  
In sylva *Sedelbach*.  
Radix bulbosa, crassa. Petiolus fuscus, uncialis. Pileus planus aut depressus, orbiculatus, fuscus. Pori creberrimi, minuti.

o) Etiam in *Basler merkwürd.*

\*2300. POLYPORUS petiolatus, petiolo curvo, pileo pulvinato albo. †

*Polyporus exiguus coriaceus albus, lignis adnascens* MICHELI p. 130. t. 70. f. 7.

J. GESNER. ad lignum putridum.

Petiolus ex ligno curvus, uncialis. Pileolus pulvinatus, rotundus, oris contractis.  
Pori subtus majusculi.

## II. CARNE SEPARABILI.

### I. PETIOLATI.

SUILLI p) MICHELI p. 126.

& AGARICORUM Ordo I.

BOLETI spec. LINN. GLEDITSCH.

Suilli MICHELI a Polyporis reliquis differunt, quod spongiosa medulla superior a tubulosa inferiori parte integre separari possit. Molles etiam sunt omnes, & pulposi.

\*2301. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, anulatus.

*Boletus luteus* DILLEN. *Catal. Gieß.* p. 18. t. 10. n. 1.

*Solenia petiolo bulbofo* HILL. p. 38.

*Fungus porosus autumnalis viscidus* BUXBAUM. *Cent. V. t. 14.* cui anulum tribuit.

*Boletus stipitatus, pileo pulvinato, subviscido, poris rotundis confertis, flavissimis, stipite albedo* LINN. p. 1646.

SCHÆFFERI *Fungus* t. 114.

Minime rarus in sylvis *Dählbölzlein, Bremgarten, & Burgdorffbölzlein.*

Petiolus gracilis, terrei coloris, etiam superne flavus aut sanguineus. Pileolus mollis, pulvinatus, colore leonino, terreo & fusco q). Inferne luteus est, absque admixto virore, colore saepe eleganti. Pori ampli, laceri, oris reflexis. In summo petiolo anulus membranaceus fuscus. Caro trita caerulefcit, & fungus fere viscidus est.

\*2302. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, fulvus, inferne virescens.

Nonne *Icon TOURNEFORTII* t. 328.

*Suillus esculentus crassius, superne fulvus, inferne initio albidus, deinde ex flavo virescens, pediculo ventricoso, & superne parti pilei concolore* MICHELI p. 127.

*Boletus stipitatus, pileo glabro pulvinato, marginato, poris compositis acutis, porulis angulatis brevioribus* LINN. p. 1646.

*Boletus pileo hemisphaerico, tubulis angulatis, petiolo ventricoso* GLEDITSCH. p. 63. qui plures alios huc refert.

Huc forte *Cerionomyces phragmites rufus* BATARRA p. 63. t. 30. A. B.

*Welsmagende Pilze* MULLER. in libello *Hafnia* ann. 1763. edito.

In sylvis toto autumnno frequens.

Pediculus juniori fungo bulbosus, adulto longior, gracilior, modo terreus, modo lineis sanguineis varius, denique purpureus. Pileus amplus, pulvinatus & parabolicus, superne fulvus, etiam flavus, leoninus, terreus, virescens, fuscus. Caro mollis & flava: tubuli flavi plerumque cum virore, pori ampliusculi, laceri. Pollen feminalis viridis r).

Edulis est Cl. MULLERO teste, bonique saporis; omnibus etiam Suillis vaccae pascuntur. Paucos Boletos GLEDITSCHIUS facit, etiam duos solos BUXBAUMIUS s), quorum prior est anulatus 2301. tum iste, ut puto. Verum si colores his in plantis non valent, nihil porro superest, ex quo distinguas.

β. Capite eleganter reticulato, fusco, lineis distincto luteis.

SCHÆFFER. t. 108. 112. 130. 135.

*Fungus porosus medius, superficie sordide alba, tuberculis castaneis variegata* VAILLANT. p. 59. n. 6.

An differt *Suillus castaneus inferne citrinus* GAGNEBIN.

*Fungus porosus maximus, crassius, luteus, lacer, pediculo longissimo virescente* VAILLANT. t. 14. f. 6. 7. 8. & p. 19.

Petiolus albus, fartus, quinque unciarum, lignei fit coloris, dum adolescit Caro multa, a sectione rubescens. Pileus lobatus, rotunde multifidus, ad hepatis alicujus animalis similitudinem, subspadiceus, umbrinus. Tubuli citrini.

Annon

p) Suilli venenis accommodatissimi FLIN. L. XXII. c. 23.

q) Spadiceo SCHÆFFER.

r) MULLER. p. 54. Habet LISTER. *Phil. Transf.* n. 110. & PICKERING. n. 473. s) *Nov. Eyb. Nat. Cur.* Vol. I. p. 34.

Annon idem *Boletus superne fusco castaneus*, inferne pallide fuscus, pediculo obsolete albicans?  
*Arch. Helvet. T. IV. p. 54?*

2303. POLYPORUS carne secedente, subviridis, inferne aurantius.  
 In sylvis abiegnis.  
 Petiolus brevis, fungosus, fartus, plicatus, uncialis, reticulo venoso pictus. Pori aurantii. Pileus ex luteo subviridis.
2304. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, leoninus, inferne cinnameus.  
*Fungus porosus, petiolo ovali, pileoli superficie splendide crocea* VAILLANT. p. 60.  
 Huc puto BATTARRE *Cerionmyces crassus* p. 63. t. 29. A. B.  
*Fungus t. 107. 115. 123. & 134. SCHÆFFERI.*  
 In sylvis, Augusto mense.  
 Petiolus crassus, bulbosus, fartus, eleganter sæpe purpureus, aut venis rubentibus varius. Pileus superne leoninus, aut cervinus, etiam flavus & terreus, demum inferne cinnamomeus, aut tabaci hispanici colore. Laminae subluteæ, caro alba, contrita subcærulea: pori tenues, reticulati, moles in tota gente maxima.
- \*2305. POLYPORUS carne secedente, purpureus, inferne flavus. †  
*Panis bufonis magnus* STERBEEK. p. 136. n. 27.  
 F. SCHÆFFER. t. 133.  
 An *Cerionmyces jugubinus* BATTARRA p. 64. t. 30. F. G.?  
 An *Suillus esculentus crassus*, superne sordide rubens, inferne dilute luteus MICHELI p. 127.  
 STÆHELINUS in monte Crenzach, ego in Burgdorffbölzlein.  
 Firmus, ut proxime sequens, & solidus, pediculo inferne paulum crassiori, flavo, reticulato. Pileus pulvinatus, cupreus, aut læte purpureus. Caro flava, alba: tubuli breves: pori subtilissimi, pulchre citrini, lacte flavo aut ochroleuco manantibus: vix tres uncias superat.
- \*2306. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, pileolo albido, poris violaceis. †  
 STÆHELINUS pulchri Fungi iconem misit, qui ex minoribus est, fere ad duos pollices latus.  
 Petiolus bulbosus, crassus, terreus, brevis. Pileolus pulvinatus, crassus, superne albus in terreum declinans, inferne violaceus. Caro alba. Tubuli terrei.
- \*2307. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, pileolo terreo, inferne aurantio. †  
 STÆHELINUS in monte Muteto: ipse etiam legi.  
 Petiolus bulbosus, crassus, purpureus, superficie reticulata. Pileus ex amplissimis, terreus, fuscus, spadiceus. Caro alba, adtrita cærulea. Pori oblongi lacerti, subtilissimi, aurantii, in centro miniati. Lamellæ flavæ.
- \*2308. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, pileo spadiceo, inferne pallido. †  
*Fungus tertius bufonis* STERBEEK. p. 183. n. 18.  
*Fungorum esculentorum gen. XVI. Spec. I. CLUS. p. CCLXXII.*  
*Fungus porosus, magnus, crassus* I. B. III. p. 333. ex coloribus.  
 SCHÆFFER. t. 105. forte & 104. & 126.  
 In sylvis Basileæ, in der Hardt, & Bernæ, im Sedelbach.  
 Bulbus crassus, terreus, obductus venarum fuscæ reticulo, etiam purpureus. Pileus convexus, campanulatus, crassus, etiam reticulatus. Caro alba, firmior, edulis. Tubuli ochroleuci, etiam pulchre citrini, cæterum subtilissimi, qua nota a 2302. differt.
- \*2309. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, terreus, concolor. †  
 An *Cerionmyces cinereus* BATTARRA p. 53. t. 30. C. D.?  
 Ad vias frequens.  
 Petiolus conicus, superne angustior, longus, villis fuscis notatus. Pileus pulvinatus, campanulatus, per ætatem planior. Caro mollis. Foramina magna & lacera. Tota planta cinerea & fusca, concolor.
- \*2310. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, pileo ovato miniato, poris ochroleucis. †  
*Suillus esculentus crassus, superne ex rubro ferrugineus, inferne albidus, petiolo concolore rimoso seu striato* MICHELI p. 127. forte & proximus, ex aureo fulvus.

Fungus

*Fungus porosus magnus, crassus, tuberculis minimis exasperatus, colore aurantii exsiccati* VAILLANT. p. 59.

An *Fungorum esculentorum genus XVI. Spec. 3.* CLUS. p. CCLXXII?

*Fungus vesicus XVII.* LOESEL. p. 84.

*Fungus aurantius, pileolo longo* STERBEEK. p. 119. t. 16. f. A. & alii plures.

Tabula 103. SCHÆFFERI.

Ineunte autumno, in sylvis non rarus.

Junior Phallum refert: pileolus nempe ad petiolum adtractus, ovatus, glandem penis exprimit. Petiolus cæterum villosus, terrei coloris, ochroleucus, fulvus, sæpe rimis transversis distinctus. Pileus amplus, junior adprime convexus, miniatus, etiam violaceus, aut vaccinus. Pori magni, laceri, albidus, ochroleuci.

Eduis est, neque facile putrescit.

- \*2311. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, pileo villosus, cervino, poris albidis. Annon *Suillus parvus crassus, pediculus, & superna parte pilei fulvis, sericea perbrevisque lamina infectis, inferne vero ochroleuca* MICHELI p. 128. t. 68. f. 2<sup>a</sup> videtur. *Fungus porosus tenuis coriaceus* BUXBAUM. Cent. V. t. 15. f. 1. & Nov. Eph. Nat. Cur. 1. c. *Fungus T. 121.* SCHÆFFERI, etiam petiolus crassus est.

Verno tempore, Bernæ, Gottingæ, Basileæ in sylva die Hardt.

Natura ficcior, ut minime, sicuti priores 2301. 2302, putrescat. Petiolus tenuis, brevis. Pileus planus, terreus, aut avellaneus, plerumque villis pubescens: pori magni, hexagoni, colore albo vel ochroleuco.

- \*2312. POLYPORUS carne secedente, spadiceus, inferne albidus, poris minimis. In sylvis abiegnis. Ex minoribus est, superne spadiceus, inferne subterreus, poris minimis, laminis coloris sublignei.

- \*2313. POLYPORUS carne secedente, petiolatus, roseus, inferne flavus. † Pulchrum Fungum Augusto mense legi. Minor prioribus, ad duas uncias altus, petiolo gracili, cylindrico, pileolo plano, rosei coloris, carne flava, poris latissimis & inæqualibus, flavis.

- \*2314. POLYPORUS semipetiatus, lobatus, spadiceus, inferne cinereus. † In sylvis abiegnis. Semipetiatus est, uni lateri inserto petiolo, pileo per oram lobato, saturate spadiceo, oris albicantibus, poris parvis, reticulatis, subcinereis.

## II. SESSILES.

- \*2315. POLYPORUS sessilis, sanguineus, crassus, mollis, obscure lobatus. † *Fungus non vesicus IX.* LOESEL. p. 90. Annon *Fungus magnus fistularis* GREW. p. 238. & minor EJUSD. *Fungus jecorarius pretextatus seu cristatus* BOCCONE mus. di. fisic. p. 305. *Lingue in caudicibus Castanearum* CÆSALPIN. p. 619. *Agaricum esculentum, Castaneis adnascens, latissimum, hepatis facie, superne ex rubro ferrugineum, interne sanguineum, subter ochroleucum* MICHELI p. 117. t. 60. Tabula 117. 118. 119. 120. SCHÆFFERI, forte & 116. *Boletus corpore sessili, latissimo, superius lobato, inferius gibboso* GLEDITSCH. p. 77. *Poria lata rufescens, foraminibus majusculis* HILL. p. 29.

Ad Quercuum radices, & in cavis arboribus reperi. STÆHELINUS ad Salicum truncos, circa *Neubaus* & *Münchenstein*.

Pulcher Fungus, in crassos lobos dividitur, & superne convexus, & inferne, ea nota hepatis non dissimilis, carne undique succulenta, molli, succo purpureo plena. Cutis striata, saturate rubra, facile secedit a carne purpurea, cujus fibræ in longum extenduntur. Sed etiam caro facile separatur a tubulosa parte, cujus cylindruli terminantur osculis, tumente carne circumdatis. Color in tubulis roseus, extremi pallent.

In cibum recipitur.

## ECHINUS.

ERINACEUS MICHELI p. 132.

& DILLENII *Catal. Gieß.* p. 188.

&amp; AGARICORUM Ordo 6. MICHELI p. 122.

HYDNUM a) LINN. n. 1210.

BOLETI spec. GLEDITSCHII p. 74.

A Suillo differt non poris & tubulis, sed aculeis & papillis, in parte inferiori eminentibus.  
 Cl. GLEDITSCHIUS mavult cum Polyporo relinquere, quod, defractis osculis, sæpe in Polyporo tubuli aculeorum similitudinem b) induant, & in nonnullis misti sint tubuli & aculei. In maximis tamen generibus, quoad ejus fieri potest, specierum numerum minuimus, & in plerisque discrimen non dubium est aculeorum a poris.

## I. ECHINI SESSILES,

aut certe

## PETIOLIS DISTINCTIS DESTITUTI.

- \*2316. ECHINUS sessilis, albicans, squamis ellipticis, superne villosis. †  
*Agaricus cinereus* & *sericeus* PLUMIER. *Fouger. d'Amériq.* p. 145. t. 169. A. figuram certe nostræ plantæ exprimit.  
*Agaricus* 4. 5. & 6. MICHELI p. 122. t. 64. f. 3. 4. 5.  
 An *Fungus non vescus* XI. LOESEL. p. 90?  
 An *Agaricus barbatus flavescens* BUXBAUM. *Cent.* t. 56. f. 1?  
 SCHÆFFERI t. 144.  
 STÆHELINUS ad truncos arborum circa *Münchenstein*. Etiam in fylvis reperi.  
 Squamæ crassæ, convexæ, subtus planæ, ex arboribus projiciuntur, ut in Fomite, æque imbricatæ sibi imminent. Convexa facies ochroleuca est, aut vaccina diluta, tota villosa. Caro solidiuscula, alba. Inferne laminas longas, pendulas, fescunciales demittit, albas, apice flavo, recurvo.
- \*2317. ECHINUS ramosus, aculeis parallelis. †  
 An *Cornu Cervi calcinatum* STERBEEK. p. 255. t. 27. f. G?  
*Fungus muscosus albus, villis patentibus, rufiformis* BOCCONE *Mus. di ffic.* ad p. 303.  
 & *Fungus abietinus niveus* EJUDEM p. 304. ex STERBEEKIO.  
*Agaricum esculentum cespitosum album, multifidum & denticulatum, denticulis asperis* MICHELI p. 122. t. 64. f. 2.  
 Tabula 142. SCHÆFFERI.  
 Pulchram plantam non vidi, sed iconem STÆHELINUS misit, in monte *Muteto* lectæ. *A la Chaux d'Abelle* GAGNEBIN.  
 Icon STÆHELINI paulo aliter se habet, quam SCHÆFFERI. In illa ex communi pediculo in ambitum, inque rotunditatem ovalem, laminæ ramosæ disperguntur & flexuosæ. Ex iis laminis, branchiarum certe manifesto similibus, longa serie, quasi in pectine dentes, aculei recti & paralleli, subulati demittuntur. Color undique albidus. Figura SCHÆFFERI nullam determinatam figuram habet, ramos perinde. Edulis est.
- \*2318. ECHINUS nigricans, squamis ellipticis, longissimis aculeis. †  
 Circa ramos pinorum nascitur.  
 Siccus erat, niger, squamis in transversum ellipticis, per oras obtusissime divisis, cæterum subasper. Aculei distincti, cylindrici, femunciales, fetiformes, simplices, duri & acuti, multo magis distincti, & longiores, quam in aliis speciebus.
- \*2319. ECHINUS crySTALLINUS gelatinosus. †  
*Boletus* 10. SCOPOLI p. 48.  
*Fungus non vescus* IX. LOESEL. p. 96.  
*Fungus erinaceus candidus, substantia gelatina* HOFMAN. *Flor. Altdorf.*  
 In lignis putridis pulcherrimam plantam sæpe reperi.

Figura

a) Ἰδὴ nascuntur, quando tonuit ATHEN. L. II. p. 30.

b) p. 78.

Figura incerta est, ut tamen non raro quasi petiolum erigeret, exque eo petiolo in speciem aliquam auriculæ dilataretur, utcunque *Pezizæ purpureæ* adfinis. Caveam tamen veram non intercipit, & constanter faciem alteram plenam majoribus & minoribus aculeis habet, dorsum simplex. Totus glaciei modo pellucidus, cum albore, & subcæruleo colore admisto.

\*2320. ECHINUS infundibuliformis, rufus, intus anulatus †

*Fungus campanulatus lignosus* STERBEEK. p. 258. t. 27. lit. I.

*Erinaceus infundibulum imitans, coriaceus, colore ex fulvo ferrugineo, pileolo de super veluti sericeo, & pluribus striis circularibus excavato* MICHELI p. 132. t. 72. f. 4.

*Agaricus ramosus, cornua Rangiferi referens* MILLERI, BLAKSTONE *Specim.* p. 2. t. 1. & in *Phil. Transf.* n. 475.

SCHÆFFERI t. 139.

*Acontia cyathiformis coriacea* HILL. p. 42.

Ligneæ planta, & perpetuo cespitosa. Prima facies est *Clavariæ*, deinde *Lichenagarico* clavato similis sit, denique in verum infundibulum perficitur. Petiolus hic distinctior, teres, levis, cervini coloris. Pars exterior infundibuli papillis hirta, deinde veris aculeis, conicis, cavis, perforatis. Hæc omnia cervina. Pars interior infundibuli rariter hirsuta, squamosa, circulis concentricis varia, ex cinnameo, cervino & nigricante colore alternatim distincta. In alpinis & montanis.

II. PETIOLATI.

\*2321. ECHINUS petiolo gracili, laterali, pileolo plano, obscuro.

*Erinaceus parvus, hirsutus. ex fusco fulvus, pileolo semiorbiculari, pediculo tenuiore* MICHELI p. 132. t. 72. f. 8.

*Fungus erinaceus parvus, in conis abiignis nascens* BUXBAUM. *Cent.* I. t. 57. f. 1.

& pridem in *Enum. plant. Hal.* p. 129. cum icone, cumque nomine *Fungi erinacei parvi, &c.*

*Boletus pileo orbiculari, &c.* GLEDITSCH. p. 74. n. 7.

*Hydnum stipitatum, pileo dimidiato* LINN. p. 1648.

SCHÆFFERI t. 143.

In femita cava, qua a villa *die Luzern*, in sylvam *Sedelbach* ascenditur.

Siccus totus; petioli basi bulbosa, stylo reliquo gracili, biunciali, in hilum pileoli reniformis, nigerrimi c) & glabri inferto. Aculei paulo pallidiores.

\*2322. ECHINUS crystallinus, petiolo crasso, pustulato. †

*Aux Plans.*

Pediculus fere bulbosus, pustulis exiguis, pelluciditate crystallina. Pileus obliquus, etiam rectus, pulvinatus, levis, inferne conicis aculeis asper. Totus gelatinosus est.

\*2323. ECHINUS petiolatus, petiolo hemisphærico, aculeis ovatis. †

In sylva *Muriensi*.

Pediculus albus, semuncem altus. Pileolus hemisphæricus, spadiceus, nitens. Loco aculeorum papillæ inferius eminent. Lac fundit, semel visus, ut nolim pro certa planta recipi.

2324. ECHINUS petiolatus albicans, superne squamosus.

*Fungus pene albus, prima parte erinaceus* I. B. III. p. 828. RAJ. &c.

*Erinaceus esculentus albus* MICHELI p. 132. t. 72. f. 2.

β. Varietas pileo squamoso.

*Fungus non vescus* I. LOESEL. p. 87.

*Fungus erinaceus major, atro cinereus, ad petasi fere amplitudinem accedens, prima parte squamatus* HOFMAN. *flor. Altdorf.*

*Tabula CXI. SCHÆFFERI & t. 175. OEDERI.*

*Hydnum stipitatum, pileo convexo imbricato* LINN. p. 1647.

In sylva *Muriensi*, in *Burgdorffbölzlein*, &c. STÄHELINUS in sylva *die Hardt*.

Amplus, petiolo crasso, capite multiformi, sæpe in infundibulum depresso, concolor albus. Non rarum est, convexam faciem pilei cristis & squamis concoloribus, etiam fuscis & fuliginosis exasperari, & totum fungum umbrinum fuscum reddi, aculeis cervinis, cæterum conicis.

2325. ECHINUS

c) Flavofuscus GLEDITSCH, fuscus SCHÆFFERO.

P p

2325. ECHINUS petiolatus, subrufus, petiolo levi.  
*Fungus pulvinatus, buxci fere coloris* HOFMAN. flor. Altdorf.  
*Erinaceus coloris pallide citrei* DILLEN. Catal. Gieß. p. 188. t. 1.  
*Agaricus magnus aculeatus subflavus* Basler merkwürd. T. II. p. 384.  
*Erinaceus, &c.* MICHELI t. 72. f. 3.  
*Boletus pileo pulvinato, integerrimo, tubulis connatis, echinato denticulatis* GLEDITSCH p. 74.  
 Tab. CXII. SCHEFFERI & Icon 310. OEDERI.  
*Hydnum stipitatum, pileo convexo, levi, flexuoso* LINN. p. 1647.  
 In omnibus fylvis.  
 Siccus & fragilis. Pediculus cylindricus, crassus, albidus, terreus & ex albo flavus;  
 superne albo pustulatus. Pileolus superne vaccinus, dilute rufus, etiam miniatus d),  
 denique & flavus. Aculei concolores, vaccini aut flavi, etiam dilute violacei e).  
 Etiam cespitosus provenit & multiceps f). Figura sæpe difformis & laciniata.

## MERULIUS.

FUNGI spec. MICHELI.

AGARICI spec. LINNÆI.

Ut aliquas de nimio Fungorum lamellatorum numero species detrahamus, hoc cum nomine eos recensemus, quibus non veræ laminæ sunt, sed subtus ramosæ plicæ, sensim declives, pilei partem inferiorem percurrunt. Huc Auricula Judæ & plusculæ Pezizæ revocari possent, quas suo loco, ne nimium novarem, malui relinquere. Nomine meo *Johannes BAUHINUS* & *BOERHAAVIUS* ad alium Fungum usi fuerant.

- \*2326. MERULIUS flavus, oris contortis & laceris.  
*Fungorum esculentorum XIV. Spec. 2.* CLUS. p. CCLXXI.  
*Fungus angulosus, & veluti in laciniis dissectus* VAILLANT. p. 60. t. II. f. 14. 15.  
*Fungus vesicus VI.* LOESEL. p. 80.  
*Auricula leporis lutea* STERBEEK. p. 59. 60. 61.  
*Agaricus stipitatus, lamellis ramosis decurrentibus* LINN. p. 1639.  
 Qui etiam *Fungum VAILLANTII* t. II. f. 11. 12. 13. &c.  
 Aliam ibid f. 9. 10. huc refert, parvitate sua diversum.  
 Tab. SCHEFFERI t. 82. OEDERI t. 264.  
*Alectorolophoides sulcis crispis* BARRA p. 29. t. 14. B.  
 & *costulis rectis* IDEM ibid. C.

In pinetis, abiegnis aliisque fylvis abunde.

Junior pileolo & petiolo regulari est, orbiculari, medio depresso: adultiori ora undulata & fissa, varieque lacera est. Venæ subtus ramosæ & crispæ. Color undique concolor, flavus.

Odor gratus prunorum. Duriusculus est, optimique saporis, subacris tamen: eo sæpe absque noxa g) usus sum, cum jure carniū cocto.

- \*2327. MERULIUS violaceus. †  
 Simillimus priori, sed colore violaceo, absque flavi vestigio.  
 Non est varietas: laminæ magis reticulatæ; lobi crassiores, simpliciores, non crispi.

## II. SESSILES.

- \*2328. MERULIUS sessilis, femipetiollatus, convexo planus. †  
 In sylva *Bremgarten*, etiam ex ligno.  
 Durus & solidus, petioli sine cavo, extus rugoso: pileo orbiculato, sed per oras sulcis percurso & squamis exasperato, extus flavo. Venæ subtus ramosæ, divisæ & subdivisæ, reticulatæ, cum ætate coalescunt, & totus Fungus cinerei Agarici formam induit.
- \*2329. MERULIUS sessilis, albus, hirsutus, subsus croceus, venis serpentinis intricatis,  
*Agaricus acanthis, coriaceus, villosus, margine obtuso, lamellis ramosis anastomosantibus* LINN.  
 p. 1645.

Passim

d) Ita & SCHEFFERUS.  
 e) IDEM.

f) IDEM ibid.  
 g) Sic Cl. SCOROLI p. 32.



Passim reperi ligno adhærentem. STÆHELINUS etiam iconem miserat; & in suis montibus legit Cl. GAGNEBIN.

Tremulus & mollis, tamen & durior, squamis semiellipticis, convexis, planiusculis, etiam laciniatis; superne hirsutus, albidus: inferiori facie subluteis, leonini, aut crocei, aut miniati coloris laminis, rugosa eadem, reticulata, longis imperfectis tubulis, leucopheis, quasi lineis serpentinis notata, quibus sulci intercipiuntur, & pene spatia, ut imperfecti Suilli similis fiat.

AMANITA b) DILLEN.

FUNGUS MICHELI p. 133.

AGARICUM LINN. n. 1209.

& GLEDITSCHII p. 136.

& AGARICORUM Ordo 7. MICHELI p. 122.

Character facilis est, a foliolis sive laminis rectis, in superficie inferiori, a centro Fungi ad ambitum exeuntibus, ut aliæ totum radium Fungi describant, aliæ dimidiam, quartamve partem.

Ex ora Fungi & ex utraque in aliis laminæ pagina i), in multis speciebus pollen seminatis k) pullulat, qui fetus novas plantas reddit. Antheras l) MICHELIANAS ex margine pendulas neque ego vidi, neque Cl. MULLERUS m), qui accurate inquisivit.

### I. SESSILES.

AGARICORUM Ordo 7. MICHELI.

\*2330. AMANITA sessilis, durissimus, lamellis cartilagineis imbricatis.

*Fungus frigidus forma* ALDROVAND. p. 173.

*Vonkhout* STERBEEK. n. 128. p. 262.

*Agaricus de St. Clou* VAILLANT. p. 3. t. 1. f. 1. 2.

*Fungus ligneus adaloides gibbus, non vesceus* BOCCONE *mus. di. fisic.* p. 305.

*Agaricus villosus, lamellis sinuosis & invicem implexis* BUXBAUM. *Cent. V. t. 4. f. 1.*

*Tab. LVII. SCHÆFFERI.*

*Agaricus acaulis, lamellis labyrinthiformibus* LINN. p. 1644.

*Agaricus coriaceus durusve* 30. GLEDITSCH. p. 134.

*Capreolinus* POPOWITSCH. *vom meere ad fin.*

Ad ligna sicca frequens.

Squamæ convexæ, subtus planæ, ambitu semicirculari, semielliptico, imbricatæ sibi inminent. Facies convexa hirsuta est, colore vario, ochroleuca, alba, viridis, purpurascens, anulis diversi coloris distincta. Natura tota sicca est & inmarcescibilis. Laminæ crassæ, duræ, fere cartilagineæ, ramosæ, ut hætenus ad Merulios accedat, & in insularum speciem connatæ, aibæ vel ochroleucæ.

Ad fomitem aptus videtur, & eo fine adhiberi STERBEEK, atque excellere.

\*2331. AMANITA sessilis, hirsutus, fulvus, lamellis concoloribus. †

*Agaricus hirsutus, nigricans, lamellis luteis* BUXBAUM. *Cent. V. t. 6.*

*Agaricus flabelliformis villosus, pileoli margine fornicato* GLEDITSCH. p. 133.

*Icon* SCHÆFFERI t. 76.

Ad ligna.

Squamæ imbricatæ, plerumque longæ, si cum ambitus distantia a ligno comparentur: non crassæ, rotunde cæterum lobatæ, superne villosæ, zonis concentricis variæ, nigris, fulvis, flavis. Laminæ ex albo flavescentes, etiam flavæ.

Laminæ rectæ, caro vix ulla.

\*2332. AMANITA sessilis, ficcus, villosus, albicans, lamellis fulvis. †

P p 2

An

b) *Αμανιτα* ATHEN. L. II. p. 30.

i) GLEDITSCH. PICKERING. l. c. n. 472. In Fungo vario ILL. DE GLEICHEN. t. 4. In anulo Fungi PICKERING. *Phil. Transf.* n. 471.

k) Habet jam NIGRISOLI *Giorn. di Letter.* XII. p. 267. sqq. in echino de orificiis tubulorum pendent *Anc. Mem.* X. p. 101.

l) GLEDITSCH. *Mem. de l'Acad. de Berlin* ann. 1748. p. 64.

m) MULLER. *Smagelige pilfen.* p. 56. 57.

- An *Agaricus sessilis squamosus, laciniatus & villosus* GLEDITSCH. p. 135?  
Ad ligna dejecta.
- Majusculus, ad tres uncias latus, mensura a basi ad peripheriam sumpta, quæ semielliptica est; cæterum imbricatus, ficcus & durus, superne villosus, albus, ochroleucus, fulvus. Laminæ fulvæ, subcinameæ, non satis ordinatæ, neque inter se parallelæ.
- \*2333. AMANITA sessilis, laminis pulverulentis bifidis.  
*Agaricus imbricatus, hirsutus, lamellis violaceis* BUXBAUM. Cent. V. t. 7. f. 1.  
*Agaricus sessilis, squamosus, lobatus & villosus, lamellis dissectis* GLEDITSCH. p. 134.  
*Agaricus acaulis, lamellis bifidis pulverulentis* LINN. p. 1645.  
Ad arborum truncos vulgo.  
Minor, squamarum diametro unciam vix superante, figura semielliptica, superne convexus, villosus, albus vel albidus, in cinereum vergens. Laminæ crassæ, singula profunde bifida, duabus paginis, ut in ipsa fissura pollen adpareat feminalis. Color laminis cinereus subviolaceus. Siccus est.
- \*2334. AMANITA sessilis, perexiguus, tenera, cinerei coloris. †  
Ad terram & ligna putrida, exeunte autumnno.  
Diameter vix femuncis. Squamæ ellipticæ, superne villosæ, laminæ & totus Fungus murini coloris, vel schistei, mollis idem & tremulus.
- \*2335. AMANITA sessilis, minimus, albus. †  
*Agaricus lamellatus minimus albus* BUXBAUM. Cent. V. t. 7. f. 3.  
Perexiguus, vix femuncem latus, albissimus, mollis, tremulus, superne villosus.  
Ad ligna putrida.
- \*2336. AMANITA crustaceus, sessilis, albissimus. †  
Videtur initium alicuius Amanitæ sessilis in ligno putrescente. Crusta est continuo alba, simplex, tota superne lineis profundis divisâ, fulcis & tubulorum initiis, absque carne.
- \*2337. AMANITA semipetiolatus, niveus. †  
Im Engewald, etiam Cl. GAGNEBIN milit.  
Tremulus est, & mollis, non vere petiolatus fungus, & tamen angustiori collo de ligno eminet, superne convexus, inferne cavus. Color albus, subceraceus, lamellæ terreæ etiam albæ.
- \*2338. AMANITA semipetiolatus, albidus, subtus terreus. †  
An *Agaricum auricula vel flabelli forma, superne subobscurum, inferne album, & lamellatum*, MICHELI p. 123. t. 65. f. 1. Accedit.  
*Agaricum cespitosum fulvum, cochlearis vel spatula forma hirsutum* MICHELI p. 123. t. 65. f. 5.  
*Agaricum cespitosum, sordide luteum, cochlearis vel spatula forma glabrum* MICHELI t. 65. f. 6.  
*Fungus arboreus albus durus, lamellis instar lapidis hematitidis* BUXBAUM. Cent. V. t. 10. f. 2. & f. 1.  
An *Fungus parvus lamellatus, pedunculi forma, albo adnascens* VAILLANT. p. 70. t. 10. f. 7?  
Ad ligna ficca vulgaris.  
Cespitosus & imbricatus, aliquando mesenterii similitudine. Habet aliquid petioli simile, angustum nempe collum, breve, ventricosum, tamen lamellatum, ut a veris petiolatis Fungis differat. Ambitus squamarum fere circularis, diameter uncialis, caro dura & ficca. Facies superior convexa, alba, terreæ, rufâ, vaccina, subvillosa, aut granulis albescentibus aspera, etiam calva. Lamellæ leoninæ vel terreæ, etiam cinnameæ.

## II. PETIOLATI.

## FUNGI MICHELI.

Hi proprie magis Fungi dicuntur, Romanis <sup>u)</sup> Boleti. Cum vastissimum genus sit, multum est laboratum, ut facilius tot species distinguerentur. Nuperi aliqui clari viri nodum ense solverunt, species nempe adeo paucas fecerunt, ut vix ad trigenas adscenderent. Et fateor notas, quibus species discernuntur, difficiles esse. Omnibus Amanitis

<sup>u)</sup> POPOWITSCH. *meur.* p. 392.

Amanitis commune est, ut junior pileum petiolo adpressum habeat, aut conicum, aut ovatum. Ex ea convexitate pileus sensim expanditur, & explicatur, ut planus fiat, & sæpe infra planitiem medius deprimatur. Porro junior pileus aut membrana, aut plerumque araneosis filis ad petiolum revincitur. Ea vincula, dum a petiolo recedit, solvuntur *n*), & alias anuli quasi modo ad petiolum adhærescunt, alias fere absque vestigio dispereunt. In aliis nihil simile reperias. Iterum striæ in junioribus pileis sæpe nullæ, per ætatem subnascuntur, quando tenera Fungi caro nunc aquose pellucet, ut laminæ margini proximæ per ipsum pilum se efferant. Cespite nasci, ramos ex petiolo producere, id plurimis fungis contingit, qui iidem etiam seorsim & unico capite proveniunt. Colores in pileo variabiles sunt, ut dentur certis notis conspicui Fungi, in quibus niger, lividus, murinus, viridis, ruber, cervinus, & alii colores in pileo dominantur. Vicissim sol alios dealbat. Visciditas aut supervenit senescentibus, aut vicissim in adolescente planta dissipatur. Volvæ paucis datæ sunt, & præcociter evanescent.

Quare figuras quidem depressas & convexas, anulosque non potui ad genera constituenda post Cl. BATARRAM recipere, & ne ad ordines quidem, cum in eodem Fungo aliter se habeant aliterque. Visum autem est mihi aliquanto plus esse constantiæ in laminis, quarum figuræ & colores se sustineant. Non ergo ab albis pileis Fungorum ordinem feci, contra quam legem Amanita 2374. nimis inpingat, sed ab albis lamellis, deinde a flavis, cervinis, umbrinis &c. Etiam ista cautela aliqua egent, minori tamen. Fungos a me visos & depictos, præter paucissimos, quorum icones STÆHELINUS misit, solos enumeravi: varietates, ut colligerem elaboravi: si super sunt aliqua, malo, ut sæpius fallus sum, in ea ubertate peccare, quam veras species abolere.

## I. LAMELLIS ALBIS.

## I. PETIOLO NUDO.

Albas lamellas vocamus, quæ in juniore fungo albæ sunt, etsi per ætatem degenerant.

2338. AMANITA umbilicatus, albus, lacte acri manans.

*Fungus vesicus* IX. LOESEL. p. 82. & forte X. EJUSD.

*Fungus piperatus albus crassus, lacteo succo turgens* I. B. III. p. 823.

*Agaricus pileolo pulvinato, integerrimo, & in centro profundius depresso, lamellis connexis angustis & compactis, petiolo continuo cylindrico & crasso* GLEDITSCH. p. 97.

*Agaricus stipitatus, pileo planiusculo, lactescente, margine deflexo, lamellis incarnato pallidis* LINN. p. 1641? videtur.

Per omnes sylvas præcox.

Junior totus niveus est, pileolo pulvinato, in centro depressiori, quod mihi *umbilicatum* est: denique, ut multi alii Amanitæ, per ætatem conicus, vertice in petiolo posito, cono cavo, aquam cælestem in suo infundibulo continente; eodem etiam tempore visco obducitur. Color una cum ætate mutatur, & ochroleucus, cervinus, rufus, castaneus fit. Laminæ firmissimæ, albæ, ramosæ, & subdivisæ, & per ramulos connexæ, sed rectæ, neque, ut in Merulio, serpentinæ; eadem in vetula planta extrorsum vertuntur, & pilei partem superiorem occultant. Caro fungosa cuti subjecta lacte acri *o*) & pene caustico plena est, quod siccatum acrimoniam retinet, & croceum fit, qui *Fungus vesicus* IX. LOESEL. p. 82.

Etsi acris est, in Borussia tamen, & in Russia, in cibum recipitur: & in isto quidem Imperio magna dolia hoc Fungo cum sale condito ad jejuniarum tempora servantur. Ab hoc isto tamen Fungo BOTALLUS *p*) funesta eventa deduxit, & in Americanis *q*) infulis *Fungus albus venenatus* viscidus nascitur.

Lac acre, cum syrupo dialthææ datum, LOESELIVS ad calculum vesicæ laudat.

Cum frequentia ex usu Fungorum infortunia ubique legas, hoc loco, vel ad monendos posteros, aliqua colligere visum est: etsi non satis certum fuerit, a qua demum Fungi specie tetra ea symptomata supervenerint.

Omnibus Fungis cruda natura est, qui fere intra paucos dies primum adpareant & perficiantur: est etiam in iis ad putredinem propensio, ut plerique celeriter in nigrum, & pestilens, tabum diffuant, & etiam fetore suo nauseam & cardialgiam excitent.

*n*) Conf. WATSON. *Phil. Transf.* n. 473.

*o*) LISTER. in LOWTHORP. *abridgm.* II. p. 624.

*p*) *Fung. strang.*

*q*) SLOANE *Travels.* I. p. 65.

citent *r*). Infectis *s*) etiam plurimis, limacibus aliisque, pro cibo sunt proque nido. In universum nostrates solent Fungis libere uti, qui solido & pleno sunt petiolo, abstinere iis, qui sunt cavo. Sed Russi hanc curiositatem spernunt, Fungosque devorant, quos nos pro maxime venenatis habemus, ipsum Muscarium. Ancipite tamen cibo mallem abstinere, & etiam optimi Fungi nocuerunt *t*).

Aquosi sunt plerique, ut partium solidarum vix sit una octava *v*). Igne subjecto dederunt spiritum flavum, cornu cervi spiritus non dissimilem *x*), oleum flavescens, oleum empyreumaticum, salem volatilem *y*) ficcum, crystallinum *z*). Naturam adgnoscas, ad alcalinam degenerationem pronam.

In universum difficilius coqui videntur, quod ficci fere fumantur, fibrasque eorum ventriculus male frangat, & aqua subeuns, ad spongiae modum, eos cogat turgere; quare adsumtos triduo retentos fuisse exempla sunt, & post triduum demum nocuisse *a*). Ea adeo fere mala faciunt, quae sequuntur ex inflatione ventriculi *b*), anxietates *c*), cardialgiam *d*), vomitus *e*), colicos dolores *f*), strangulationes *g*), singultus *h*), choleram *i*), diarrhoeam cum tenesimo *k*); & in ventriculo gangraenae vestigia *l*). Ad haec mala acrimonia Fungorum suas partes contulerit, quae etiam tactu labra *m*) inflammaverit, & sanguinem per lotium & alvum effluere coegerit *n*). Demum est, certe in nonnullis Fungis, inebrians principium, quod delirium *o*), tremores *p*), infomnia *q*), syncopen *r*), apoplexiam *s*), sudores frigidus *t*), mala maxima *v*), mortem ipsam *x*) faciat, quae in regionibus calidis frequentius videtur accidere *y*).

Coquendo aliquam partem veneni dispelli credas, neque id *z*) tamen praesidium, neque oleum *a*) tot in exemplis, sufficit. Auxilium in vomitu moto *b*), aut in alvo citata *c*), certissime quaeretur. Oleo citri feminam se liberasse SANCTORIUS *d*), cui remedio minus fiderem. Passim etiam alii ex Fungis male adfecti homines sanati fuerunt *e*). Ab aquaeductu Fungis pleno aquam vitiatam fuisse *f*) lego.

2339. AMANITA maximus, albus, infundibuliformis. †

*Fungus infundibuli forma maximus, albus* BUXBAUM. Cent. IV. t. I. f. 1.

*Omphalomyces crassus* BATTARRA t. 17. A.

An iste *Basler merkwürd.* p. 275?

In sylva *Burgdorffbölzlein*.

Figura & magnitudo prioris, & moles etiam major: frequenter flavescente colore ludit, ficcus autem est, & absque lacte. Petiolus brevis, moles maxima.

Pro varietate Cl. GLEDITSCHIUS.

\*2340. AMANITA albus, oris repandis & laceris. †

*Wit hasenoor* STERBEEK. p. 119. t. 15. B. B.

*Fungus esculentus, acris, albus, pileolo turbinato, ad oras angulato, & subtus repando* MICHELI p. 143.

*Fungus albus perniciosus instar fungi lutei, Chanterelle dicti, se contorquens* BUXBAUM. Cent. IV. t. 32.

Passim in sylvis.

Et ipse

- |   |   |
|---|---|
| e) PENNIER. <i>des Trufes</i> p. 57.  | o) ROSA <i>offeru.</i> p. 582. DE LA BROESE <i>natur. des plant</i> p. 169  |
| f) REDI <i>insett.</i> p. 86.   | p) SLOANE.  |
| g) PUJATI <i>preserv.</i> p. 295. EPIPHANIUS de luteis optimis.                     | q) BINNINGER.   |
| h) SEYFFERT. <i>de Fung.</i>  | r) IDRM.  |
| i) IDEM p. 33.  | s) <i>Atti. Hafn.</i> Vol. II. obf. 116.  |
| j) IDEM.  | t) HILDAN. Cent. IV. obf. 34.   |
| k) In Echinagarico acidum deprehenderunt Galli <i>Anc. Mem. X.</i> p. 103.          | v) GUIARD.  |
| l) <i>Giorn. di letter. Suppl. III.</i> p. 336. ANDRY <i>Alim. du Careme</i> c. VI. | w) BOTALL. SLOANE. EPIPHANIUS <i>bist. XI. Journ. de Medec.</i> l. c. CHRISTINI Cent. IV. obf. 7. <i>Giorn. di Letter.</i> ANDRY. TARGIONI <i>viagg.</i> I. p. 346. Familia integra extincta BINNINGER. I. obf. 28. & nuper Parisiis. A granis XV. fungi saligni mors <i>Eph. Nat. Cur. III. ann.</i> 2. obf. 82. Imperator JOVIANUS ex Fungis perit SUIDAS II. p. 121. Ex Boletis CLAUDIUS. Febris die v. funesta EPIPHAN. |
| m) TIMAEUS.   | y) GUIARD. p. 295.  |
| n) BINNINGER. Cent. I. obf. 56.   | z) CELSUS L. V. c. 28.  |
| o) AMATUS l. c. 39.   | a) <i>ibid.</i>   |
| p) HILDAN. Cent. IV. obf. 34.   | b) ROSA.  |
| q) <i>Journ. de med.</i> IV. c. 4. TIMAEUS L. VII. c. 5.                            | c) AMATUS.  |
| r) BOTALL. <i>Fung. strangulat.</i> TIMAEUS, EPIPHANIUS                             | d) <i>Method. vitand. error.</i> p. 82.   |
| s) TIMAEUS.   | e) BINNINGER. TIMAEUS. <i>Atti. Hafn.</i>   |
| t) GUIARD. II. p. 295. EPIPHANIUS <i>bist. XI.</i>                                  | f) <i>Mem. de l'Acad.</i> avant 1699. l. p. 370.  |
| u) ALLEN. <i>addend.</i> p. 154.  |   |
| v) <i>Journ. de Medec.</i>  |   |
| w) HILDAN. Cent. IV. obf. 36.   |   |
| x) GUIARD.  |   |

Et ipse absque lacte est, pileo plano, umbilicato, etiam infundibuliformi, utrinque albo, tamen & cervino, ad oras striato. Petiolus brevis, obliquus, si cum enormi Fungo comparaveris, nam diametrum pedem vidi superasse. Laminae ramosae & inter se ramis intermediis conjunctae, orae crispatae, undulatae & laceratae. Lacte destituitur.

Pro varietate GLEDITSCH, sed lactis absentia a 2338, striis & undulato pileo a 2339 differt.

2341. AMANITA albus, viscidus, laminis tenuissimis. †

*Fungus nemorosus viscidus, lacteo candore fulgens* MICHELI p. 145. n. 15.

*Fungus capite expanso viscosus* VAILLANT. n. 61. & n. 28. 34. & 17.

*Agaricus pileolo campanulato, in centro depresso, lamellis tenuibus, petiolo sulcato, gracili* GLEDITSCH. p. 130.

ANNON t. 39. SCHAEFFERI?

In sylvis.

Petiolus gracilis, saepe planus. Fungus totus tener, fragilis. Pileolus campanulatus, inde pulvinatus, umbilicatus, tandem planus, diametro duarum unciarum. Junior totus albus est, glaber, niveo splendore; paulo adultior tenaci glutine oblitur, & caput medium flavescit, & aquosa quasi madida chartae pelluciditas incipit se per Fungum diffundere, & ad oram breves striae adparent. Una lamellae ochroleucae fiunt, pileus vero flavus & obscure puniceus. Laminae tenerimae, & pene innumerabiles. Flavedo in medio pileo perpetua est.

β. Varietas cespitosa, ex una radice plures Fungos proferens.

*Fungi albi lucentes, ex uno principio plures, ad radices arborum* I. B. III. p. 834.

*Fungus non vesicus* LOESEL p. 94.

Venenatam indolem J. BAUHINUS confirmat.

2342. AMANITA albus, petiolo villosus, pileolo umbonato, striato.

*Fungus albus, viscidus, pediculo longo* BUXBAUM Cent. IV. t. 30. f. 2.

*Agaricus stipitatus, pileo campaniformi, albido, lacero, lamellis niveis, stipite subvillosus, subulato, nudo* LINN. p. 1643.

Iconem STÆHELINUS misit, frequentem etiam reperi.

Petiolus praelongus quatuor unciarum, quae pilei mensura est: idem viscidus, gracilis, praeter imam partem, quae crassior, inferne villosus, flavescens, etiam niger, qua pileo comprehenditur flavus. Pileolus campanulatus, pene conicus, umbone flavescente integro, elevato, ambitu toto late striato, flavescente. Natura tenera; laminae albæ. A priori differt tenuitate, qua superat, striis majorem partem pilei tenentibus, pileo medio umbonato, qui priori potius depressus.

\*2343. AMANITA albus, hemisphaericus, ambitu striato. †

*Fungus gracilis, totus albus, pileolo hemisphaerico, ad oras striato, pediculo altiori, fistuloso, sesquilineam crasso* MICHELI p. 170. t. 75. f. 6. cætera similia.

Exeunte Octobri m. reperi.

Petiolus gracilis, paulo minus altus, quam iconi MICHELI. Pileolus hemisphaericus, ea nota a prioribus 2341. & 2342. diversus, in parte convexa fordide albus & levis, reliqua striata. Lamellae albæ, nitentes. Neque viscidus est, ut priores, neque plano pileo.

2344. AMANITA albus, ficcus, cute coriacea. †

*Fungus esculentus totus albus, farinam recentem molitam redolens* MICHELI p. 145.

*Omphalomyces nanus albidus* BATTARÆ M.

SCHAEFFER. t. 88.

Exeunte ætate.

Totus albus, cutis peculiari habitu, corii chirothecarii simili, ficca, crassa, pileo pulvinato, centro obscure flavescente, diametro quatuor unciarum, carne ficca alba.

Vidi etiam hilo excisum, similem auriculæ. Laminae fiunt ochroleucae. Pileolus cavus.

Hi sunt *Mousserons*, quorum sapor omnibus aliis fungis praefertur. Autumno nascuntur, vere magis.

2345. AMANITA albus, petiolo gracili, praelongo, pileo striato, conico. †

*Fungus parvus, pediculo tenui firmo, lento, pileolo in medio fastigiato, striis exterius adparentibus* RAJ.

*Fungus parvus, gracillimus, totus albus, pileolo conico, a media sui parte ad usque oras striato, pediculo binuciali prætenui* MICHELI p. 170. n. 5. & p. 73. f. 4.

*Agaricus pileo hemisphærico, petiolo tenuissimo cylindræo* GLEDITSCH. p. 119. SCHÆFFER. t. 31. Posset esse t. XXVII. B. & D. BATTARRE

In sylva isthmi die Euge, per folia abiegna.

Petiolus ad quatuor uncias altus, quadruplo adeo pileo altior, quasi ex bulbillo, sed gracili natus, gracilis, villosus, tubuli capillaris similis, ludit colore flavo & fusco. Pileolus conicus, uncia brevior, deinde campaniformis, denique planus, per oras striatus, albus, centro flavo, etiam cinereus. Cutis nuda, excarnis. Laminae breves, albæ, etiam rosæ.

Flavescente pedunculo vidi, & totum flavum.

Est *Fungus epipterygios* VAILLANT. p. 69.

\*2346. AMANITA albus, tener, pileolo campanulato, striato. †

*Fungus minimus, totus albus, pileolo hemisphærico utrinque striato, lamellis rarioribus* MICHELI p. 166. n. 3. t. 80. f. 11.

*Fungus parvus, candidissimus, lamellatus, pediculo longo gracili* BUXBAUM. Cent. IV. t. 32. f. 3.

Ex folio fagino putrescente.

Tremulus, tener. Petiolus albus, gracilis, fescuncem altus, etiam ultra, ima parte villosus. Pileolus pulvinatus, campanulatus, totus striatus, & ipse albus & laminae. Diameter vix sex linearum.

\*2347. AMANITA albus, petiolo gracili, pileo campanulato, striato, farinoso. †

*Fungus gracillimus Androsacen vel Acetabulum marinum simulans, &c.* MICHELI p. 166. t. 79. f. 6. nostro major.

*Fungus exiguus albicans, capitulo striato* BUXBAUM. Cent. II. t. 50. f. 5.

Posset esse t. XXVII. C. BATTARRE.

Inter Muscos non rarus. STÆHELINUS etiam iconem misit.

Stylus cavus, debilis, albus, pellucens, ad terram hirsutus, sæpe curvus. Pileolus campanulatus, præter medium umbonem totus striatus; farina quasi conspersus, & subtiliter hirsutus, albus vel ochroleucus, per maturitatem cinereus vel umbrinus.

\*2348. AMANITA albus, pileolo hemisphærico excarni, oris striatis. †

*Fungus minimus albus, pileo hemisphærico in arborum caudicibus* MICHELI p. 146. t. 74. f. 7.

*Fungus parvus albus, ex conis Abietis dejectis nascens* BUXBAUM. Cent. I. t. 57. f. 2.

Ad folia arida sylvarum.

Brevis, tenerrimus, vix uncialis, petiolo tremulo, albo. Pileolus vix trium linearum diametro; caro nulla. Laminae adeo breves, ut vix sint, nisi venæ. Pars margini propior per ætatem striata fit & ochroleuca, tum laminae, quæ albæ fuerant.

\*2349. AMANITA omnium minimus, albus, pileolo hemisphærico. †

*Fungus minimus candidus, pileolo hemisphærico* MICHELI p. 146. t. 80. f. 10.

An BATTARRE t. 28. R?

In foliis faginis omnium Amanitarum minimus, tenerrimus, argenteus, petiolo tenuissimo, pileolo plano.

\*2350. AMANITA pileolo campaniformi albo, superne violaceo, petiolo concolore. †

Petiolus firmulus, violaceus, uncialis. Pileus planus, in umbonem fastigiatus, albus, tamen etiam superne violaceus, non striatus. Laminae teneræ, albæ. Diameter a duabus lineis ad quatuor.

\*2351. AMANITA pileolo nigro, pileo albo striato excarni.

*Fungus pileolo candicante, lamellis paucis, pediculo fusco splendente* VAILLANT. t. 11. f. 21, 22, 23. MICHELI.

*Fungus caule nigro capillari, androsaces capitulo* BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 143. t. 104. BATTARRE t. 28. Q

*Agaricus pileolo striato hemisphærico, parvo, lamellis angustissimis, paucis, petiolo capillaceo, altissimo* GLEDITSCH. t. 108. n. 15.

*Agaricus stipitatus albus, pileo plicato, membranaceo, stipite nigro* LINN. p. 1644.

In foliis

In foliis abiegnis, & lignis putridis. Petiolus ex bulbillo niger, ex qua nota adgnos-  
citur, firmus, capillaris, unciam altus. Pileolus femuncem latus, albus, umbilica-  
tus, præter umbilicum striatus, carne nulla, laminis brevissimis.

II. ANULATI.

\*2352. AMANITA albus, lamellis crassissimis. †

*Fungus parvus albus, subtus lamellis torosis* MICHELI p. 146. n. 18. & forte plures alii.  
*Fungus albus tenax* STERBEEK. p. 178. n. 9.

Passim in sylvis.

Parvus Fungus, petiolo biunciali & ultra: pileo unciali, pulvinato, etiam campanu-  
lato, sed & plano, albo: etiam ochroleuco, flavo, rufo, cinereo, umbrino,  
aquofo pellucido, & per oras demum striato, opere demum hirsuto exasperato;  
Carne tamen solida, sicca, eduli, pene coriacea, neque viscida, neque lactescente  
adgnoscutur. Laminæ crassæ, torosæ, albæ, etiam cervinæ, pauciores, quam in  
Fungis congeneribus, in origine sua per elegantes plicas conjunctæ, per ætatem  
extrorsum versæ. Denique anulus araneosus juniori fungo pileolum ad petiolum re-  
vincit, cujus vestigium, quasi stria anularis, in petiolo superest. Petiolus fartus.  
Etiam cespitosus & ramosus nascitur.

\*2353. AMANITA albus, levis, pulvinatus, anulatus. †

*Fungus bulbosus, campestris, esculentus, totus albus, pediculo pahnari, non fistuloso, peran-  
gusto anulo cincto* MICHELI p. 170. n. 1. & n. 7. p. 171.

*Leomyces* T. X. C. BATARRÆ.

ANNON REYGER. *flor. Ged.* p. 27.

Non infrequens, & inter ampliores.

Pediculus ima parte bulbosus, crassus, albus, fartus: anulus constans, haud longe a  
laminis. Pileus pulvinatus, diametri trium & ultra unciarum, & æque alto pedi-  
culo. Omnia alba, etiam subcinerea, in centro pilei obscuriora, denique tota glauca.

\*2354. AMANITA albus, squamosus, pulvinatus, petiolo crasso, anulato MICHELI p. 171. n. 2. †

Petiolum crassus, dimidio pileo brevior. Pileus campanulatus, inde pulvinatus, totus  
villosus, squamis fuscis in centro congestis. Anulus membranaceus, omnia alba,  
aut subcinerea.

\*2355. AMANITA albus, squamosus, petiolo gracili, anulato. †

*Agaricus volva exceptus, pileolo integerrimo, plano, petiolo anulato, in basi tumido* GLEDITSCH  
p. 94. n. 7.

ANNON *Fungus totus candidus, pileolo fornicato, pediculo tenui, anulo strictiori cincto, radice  
crassa & piriformi* MICHELI p. 172. n. 8?

Bulbosus petiolum, quatuor & quinque unciarum, fistulosus. Anulus membranaceus,  
haud longe a laminis. Pileus planus, quatuor & ultra uncias latus, non striatus,  
cute coriacea, quam subinde & levem vidi. Plerumque tamen squamulæ copiosæ  
fuscæ elevantur, in medium umbonem pileoli coacervatæ. Hæc omnia ochroleuca.  
Figura BATARRÆ T. VIII. D. E. optima est, & pro pustulata varietate T. X. A. B.

\*2356. AMANITA albus, squamosus, striatus, petiolo gracili anulato. †

*Fungus minimus albus, pileolo leviter fastigiato, pediculo cylindrico tenuiori, anulato, fistuloso*  
MICHELI p. 171. t. 7. 8. f. 7.

In sylvis reperi, & loco umbroso lecti figuram STÆHELINUS misit.

Pediculus, ut in prioribus, sed gracilis, a tribus unciis altus ad semipedem. Sub la-  
minis latus & constans anulus. Pileus pene planus, in centro umbonatus, squa-  
misque cutaneis castaneis variis, ad oras striatus, MICHELIO conicus. Lamellæ  
trium ordinum, breves; alba omnia, & per ætatem cinerea, glauca. Pediculum  
rubellum vidi.

Exemplum est Fungi tenui pediculo, cui tamen anulus sit in petiolo g).

\*2357. AMANITA albus, campanulatus, squamosus, nigrescens.

*Fungus albus, ovium referens* BUXBAUM. *Centur. IV.* t. 27.

*Fungus bombaceus perniciosus* STERBEEK. p. 226. n. 84. t. 24. B.

*Fungus* &c. MICHELI p. 173. n. 2. p. 178. n. 1. 2. forte & p. 181. t. 80. f. 3.

An *Agaricus pileolo campanulato contracto, striato & villoso, laminis tenuissimis, petiolo cy-  
lindrico, anulo fugaci distincto, vel nullo* GLEDITSCH. p. 122?

*Agaricus*

g) *Phil. Transf.* n. 473.

R r

*Agaricus stipitatus, pileo campanulato, lacero, lamellis nigris, lateraliter flexuosis, stipite fistuloso* LINN. p. 1643.

*Hydrophori* A. B. C. BATTARÆ p. 53. 54. T. XXVI.

SCHÆFFERI t. VII. VIII. XLVI. & C.

SCHMIEDELI t. X.

Locis ruderosis, ad maceries & vias passim.

Amat gregatim nasci. Pediculi alti, villosi, juniores toti teguntur longo pileolo, ut totus Fungus ovi figuram referat. Adultior pileus secedit de petiolo, in quo anuli fugacis vestigia relinquit; & tunc quidem campanulatus est, villo farinaceo tectus, etiam squamis elevatis maximis exasperatus, præter umbonem totus striatus. Lamellæ tenerrimæ, densissime congestæ, albæ, farinosæ, cum levi ruboris tinctura. Deinde pileolus terreo, & spadiceo, colore inficitur, & elevatur, oris replicatis, & laceratur, & in atramentum diffluit. Lamellæ pariter in umbrinum degenerant, & tandem in atramentum diffluunt; petiolus vero in aliquot partes diffilit.

I. AMANITÆ LAMELLIS ALBIS.

II. PILEO DISCOLORE.

I. CERVINO, AVELLANEO, CASTORINO.

I. NON ANULATI.

\*2358. AMANITA pulvinatus, pileolo cervino, lamellis albis, undulatis. †

*Fungus esculentus albus, pileolo plano, viscidus, lamellis crispis* MICHELI p. 145. n. 2.

Ipsè reperi, & STÆHELINUS iconem misit.

Pediculus albus, crassus, bulbosus, fartus. Pileus amplus, dodrantalis, pulvinatus, coriaceus, cervinus, ochroleucus, spadiceus. Laminae serpentinae, ramosæ & crispæ, etiam in cervino pallentes. Totus Fungus ficcus & edulis.

\*2359. AMANITA infundibuli forma, cervinus, lamellis albis. †

In sylvis non rarus, Enge, Siechenbölzlein.

Petiolum gracilis, quatuor unciarum altitudine, flavus obscurus, retinet araneosam membranam in junioris planta anuli vestigia, prope terram. Pileolus fere infundibuli similis, dilute vaccinus, aut corii rupicaprae. Lamellæ albæ, etiam ochroleucæ, subrufæ.

\*2360. AMANITA pileo pulvinato, leonino, centro fusco squamoso. †

*Fungus pileolo subluteo, pulvinato, crispo & veluti pustulato, lamellis cum pediculo albis* MICHELI p. 152. n. 2.

SCHÆFFERI t. 77.

Im Burgdorffbölzlein.

Pediculus modo villosus, modo glaber, albus, aut leonini coloris, cæterum gracilis, ad tres uncias altus. Pileolus modice campanulatus, etiam pulvinatus, diametri supra unciam; colore leonino, centro fusco, in quo squamæ lignei vel cinnamomei coloris, bono ordine juxta rugas quasdam dispositæ, ad ambitum exeunt: oræ subrugosæ. Lamellæ albæ, etiam ochroleucæ, flavidæ, cinnamæ.

\*2361. AMANITA sanguineus, laminis albidis, petiolo bulbofo. †

Petiolum bulbosus, spadiceus & sanguineus, superne gracilis & albus. Pileus umbonatus, media papilla elevata, cæterum modice convexus, pulvinatus, colore cervino, subluteo, spadiceo, sanguineo. Lamellæ albæ ochroleucæ, in pulchram flavedinem degenerant. Diameter circa tres uncias. Etiam cespitosus provenit.

Bernæ vulgo.

Accedit ad T. LXXXVII. SCHÆFFERI & T. IX. C. F. BATTARÆ.

\*2362. AMANITA campaniformis, cervinus, reticulatus, lamellis albis. †

STÆHELINUS iconem misit aus dem Bruderbölzlein, neque nobis rarus est.

Solitarius nascitur, vel cespitosus, etiam villosus, succulentus, fragilis. Petiolum spadiceus aut rufus, etiam rugosus & difformis. Pileus campanulatus, ad quatuor uncias latus, vaccino colore, quem etiam vidi laceris squamis asperum fuisse, & denique concinnis arcis quadrangularibus, ex globulis flavescens reticulatum. Laminae albæ.

2363. AMA-



\*2363. AMANITA viscidus, pileo flavescente, laminis albis. †

Posset esse XXII. BATARRÆ p. 49.

SCHÆFFERI t. 45.

Minime rarus.

Tenerimus Muscus, aquosus. Petiolus fistulosus, debilis, spadiceus, cinereus & terreus, & superne in flavescentem expallefcit. Pileus planus, fescuncialis. Centrum tinctius & flavum est, ora pallide cervina, alba: & in centro frequenter succus viscidus. Lamellæ albæ, in cervinum degeneres.

Accedit ad album 2341.

II. ANULATI.

\*2364. AMANITA petiolo gracili, anulato, pileolo convexo tuberculoso, cervino, laminis albis. †

Annon *Amantia bulbosa*, pediculo longo anulato, pileo leviter coniformi albo, maculis fuscis cinereis crispo, lamellis albicantibus Basler merkwürd. p. 2099?

An T. X. A. BATARRÆ.

Concinna planta Bernæ frequens, im Engewald, Burgdorffbölzlein, Siechenbölzlein, Bremgarten.

Petioli firmus, fistulosus, duriusculus, biuncialis, inferne ligneus, superne albus, farinosus, cum anulo membranaceo, cujus vestigia aliqua in petiolo superesse solent. Pileolus fescuncis diametro, campanulatus, papilla media eminente, glaber, in ambitu plicatis rugis depressis non striatus adeo, quam distinctus, etiam ramosus, in quibus quidem striis pollen glebosus concolor residet, lineolasque facit transversas. Color umbrinus, flavus aut ligneus, striæ avellanei grati coloris. Laminæ teneræ, albæ. Senescendo totus fungus aquosus fit, & fulcatur. Character est in tuberculis inque anulo. Istis a præcedente 2362. distat.

\*2365. AMANITA petiolo crassissimo, anulato, spadiceo, laminis albis præcrassis. †

In sylvis abiegnis.

Pediculus biuncialis, crassissimus, fartus, squamis obductus. Anulus membranaceus albobosfuscus, pileum nascentem revincit. Pileus triuncialis, pulvinatus, spadiceo cervinus & spadiceus, totus plenus squamis elevatis. Caro multa albusque. Laminæ crassæ albide, subaquosæ. Odor singularis, non malus.

\*2366. AMANITA petiolo bulbofo, anulato, pileolo convexo, spadiceo. †

Vulgo fatis nascitur multiformis, compositus, biceps, transversim latus. Petiolus crassus, biuncialis, fartus, carne albissima. Anulus membranaceus. Pileus convexus, ex cinereo spadiceus, tres latus uncias, edulis, & farinæ odore.

I. LAMELLIS ALBIS.

III. PILEO FLAVO.

I. PETIOLO NUDO.

\*2367. AMANITA pileo flavo, oris striatis & lanuginosis, lamellis albis.

Fungorum esculentorum genus III. CLUS. p. CCLXIII.

Fungus croceus magnus STERBEEK. p. 63. t. 4. C.

Agaricus stipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis LINN. p. 1642.

Bernæ im Bremgarten & Sedelbach. Basileæ in der Hardt &c.

Petioli cavus, crassus, flavus & glaber. Pileus latus ad quatuor uncias, umbilicatus, albus, ad oram striatus, aureus, & lanuginosus: caro firma, sicca. Lamellæ albæ, subroseæ. Per ætatem totus Fungus ex flavo pulchre rubet. Edulis est.

Cl. GLEDITSCH refert ad Fungum edulium principem; sed noster anulo caret.

\*2368. AMANITA pileo pulvinato, flavo, oris & lamellis albis. †

Fungus luteus, lamellis & pediculo albis BUXBAUM. Centur. V. t. 45. f. 2.

SCHÆFFERI t. 35.

In sylvis frequens.

Petioli striis contortis pictus, albus cum flavore, sub pileo subsquamosus. Pileus hemisphæricus, pulvinatus, etiam difformis, centro pulchre flavo, oris albescentibus: caro tenera & fragilis. Laminæ albæ. Maturus in leoninum colorem cum umbrino alterne striatum degenerat, oris tamen flavis, & lamellæ albo colore diluto pinguntur.

R r 2

2369.

- \*2369. AMANITA viscidus, petioli carne flava, pileo plano, fordide luteo, lamellis albis. †  
In sylva Bremgarten, &c.  
Petiolus tres uncias altus, fartus, extus albus, carne intus pulchre flava, cum crusta subnigra: basi tuberosa, viscida. Pileus leviter convexus, aut planus, viscidus, fordide flavus, aut intus terreus, extus spadiceus, oris late striatis, ad quatuor uncias latus. Laminæ albæ, deinde murinæ, umbrinæ, fuliginosæ.
- \*2370. AMANITA minimus, oris adtractis, flavus, inferne albus.  
*Fungus minimus, aurantius, mammillaris* VAILLANT. p. 76. t. II. f. 19. 20.  
*Agaricus stipitatus, pileo luteo convexo, striato, lamellis stipitique albis* LINN. p. 1644.  
In foliis putrescentibus & inter Muscos.  
Perexiguus, uncia non altior. Petiolus curvulus, albus, sic laminæ, etiam ochroleucæ. Pileolus trilinearis, striatus, convexus, circa petiolum contractus, ut clavorum capita. Laminæ perpauca.

## I. LAMELLIS ALBIS.

## IV. PILEO RUBRO.

## I. ANULATI.

- \*2371. AMANITA petiolo procero, anulato, in acetabulum pilei inmisso, pileo squamoso & maculato, lamellis albis.  
*Fungus coronatus, aut marmoreus* STERBEEK. p. 77. t. 7.  
*Fungi longissimo pediculo candicantes, sed maculati, esculenti* I. B. III.  
*Agaricus, &c.* 20. GLEDITSCH. p. 114. descriptus in *Act. Helvet.* T. IV. p. 49. sqq. t. 5.  
Cl. GAGNEBIN in sylvis abiegnis, quem nunquam vidi.  
Petiolus procerus, inferne tumidus, quasi bulbosus, cavus, etiam pedalis, ex alba cute maculis rufo spadiceis varius, anulo membranaceo crasso, permanente. Pileus primo globosus, inde conicus, denique planus, peramplus, albus, vertice papillato, ad oras lacero & filamentoso, cæterum squamis ex rubro fuscis maculatus & scaber. Lamellæ dicuntur ex acetabulo quodam pilei oriri, in quod petiolus inseritur. Ex lamellæ albæ, per ætatem flavescunt.  
A foquenti & statura differt, & acetabulo.
- \*2372. AMANITA petiolo gracili, anulato, pileolo albo, squamis fanguineis aspero. †  
An *Fungus minimus, pileolo in medio papillato, undique atro rufescente, cute lacera, velus squamosa, lamellis albis, pediculo vix fistuloso & anulato, medii coloris* MICHELI p. 176. t. 48. f. 8?  
STÆHELINUS iconem misit; Gottingæ etiam & Bernæ legi.  
Concinnus Fungus cespitosus multa cum 2367. & 2368. communia habet, differt tamen ab isto squamis & coloribus, ab illo anulo. Petiolus subrubellus, gracilis, duarum unciarum, fartus, squamosus. Anulus sub lamellis fugax, membranaceus. Pileus biuncialis, flavus, quando maturus, nam junior conicus est, oris striatis, albus, squamulis fanguineis elevatis, & circa centrum congestis. Laminæ albæ & subrubellæ. Carnis minimum.
2373. AMANITA petiolo anulato, fanguineo, lamellis albis.  
*Fungorum perniciosorum genus XII. Spec. 4.* CLUS. p. CCLXXX.  
*Fungus non vescus II.* LOESEL. p. 88.  
*Fungi venenati, Muscarii species IIII.* I. B. III. p. 841.  
*Mel Muscarum venenosum* STERBEEK. p. 214. t. 22. A.  
*Fungus &c.* MICHELI t. 78. f. 1. & in pagina imus.  
*Icon* SCHÆFFERI t. 27. & t. 28. absque verrucis.  
*Agaricus stipitatus, lamellis dimidiatis, solitariis, stipite volvato, apice dilatato, basi ovato* LINN. p. 1640.  
*Agaricus volva exceptus, pileolo conico, in margine striato, pediculo anulato, in basin squamoso tuberosam desinente* GLEDITSCH. p. 82.  
Frequens in sylvis Engewald, Bremgarten &c.  
Speciosissimo Fungo petiolus albus, basi bulbosa, ex volva sensim subnascitur, cujus villi superant, & cingitur anulo membranaceo, amplo, pluresque præterea in petiolo quasi anulos habet, imos retrorsum versos. Pileus campanulatus, inde planus, amplus,

plus, ad duodecim uncias, cute ruberrima, per oras striatus, verrucis albis intus saepe efflorescentibus. Vidi ora pulcherrime flava, & caro constanter flavet. Laminae frequentes, tenues, albæ, quasi ferratæ, pulverulentæ. Vidi cinereum totum, & verrucosum.

Acris, fætidus, cum periculo editur, ut sex ex ejus usu Lithuani perierint, & etiam in *Kamtschatka* funesta deliria moveat, & desperatos in ferrum ignemque ruerere cogat. Tres quatuorve fungi modicam dosim constituunt, decem inebriant. Russi tamen inter cibos recipiunt. Ex eodem Fungo, cum *Epilobio* difformi, liquorem in *Kamtschatka* parant, qui minori copia animos addit, nervos tremere cogit, hominesque inebriat *b)*, aut tristi delirio, aut læto. Ipsa urina *i)* inebriat, quæ post comestum Fungum muscarium redditur. Contusus in aqua muscas stupefacit potius, quam occidit *k)*. Tulus etiam, & rimis oblitus, cimices *l)* exterminat. A Gallis *m)* edi lego.

II. NON ANULATI.

2374. AMANITA petiolo farto, pileolo convexo, umbilicato, oris rugosis, lamellis crassis & albis.

Icon TOURNEFORTII t. 327.

Fungus piperatus non lactescens VAILLANT. p. 62.

Fungus vesicus VII. LOESEL. p. 81.

Agaricus stipitatus, lamellis omnibus magnitudine equalibus LINN. p. 1640.

Agaricus pileolo orbiculari, in margine rugoso & striato, vertice tumido, petiolo brevi GLADITSCH. p. 106. n. 14.

Multiplex pileo color, sed planta eadem. Petiolus albus, non bulbosus, semper humilis & fartus. Pileus quatuor ad summum unciarum, pulvinatus, media fede depressa, ad oras rugosus & striatus. Lamellæ semper crassæ, albæ, per intermedias venas conjunctæ, in senio flavescunt. Caro peculiariter fragilis, acris, tamen edulis. Color pilei maxime naturalis ex roseo & albo eleganter varius est.

An Fungus esculentus albus & subpurpureus, varius, lamellis prorsus albis MICHELI p. 152? SCHÆFFERI t. 58. 75.

Omphalomyces coccineus BATTARRE p. 37. t. 15. E. & alii ejus ordinis.

β. Pileo sanguineo & puniceo.

Fungus purpureus tener, lamellis albis BUXBAUM. Cent. V. t. 47.

Fungus fere p. 155. MICHELI plerique.

Fungus umbilicosus ruber STERBECK. p. 216. t. 22. F.

SCHÆFFERI t. 15.

γ. Pileo violaceo.

δ. Xerampelinus.

Vide colores rubros inelegantes SCHÆFFER. t. 88. 92.

ε. Cæruleus.

MICHELI p. 154.

ζ. Viridis.

BUXBAUM. Cent. V. t. 47. f. 2.

Album nempe & in centro viridem reperi in sylva *Dählhölzlein*. add. SCHÆFFERI t. 93. 94.

η. Lividus.

MICHELI p. 152.

θ. Flavus, leoninus.

ι. Ochroleucus & terreus SCHÆFFER. t. 16.

I. LAMELLIS ALBIS.

V. PILEO VIRIDI.

I. ANULATI.

2375. AMANITA pediculo anulato, pileo viridi, striato, lamellis albis.

Fungorum esculentorum genus XIII. Spec. I. CLUS. p. CCLXIX.

Fungus non vesicus VI. LOESEL. p. 89.

Fungus

b) Natur. hist. of Kamtschatk. p. 208. 209.  
i) ibid. p. 327.

k) SCOPOLI p. 327. SEYFFERT. p. 19.  
l) LINN. skonska resa p. 430.

m) POPOWITSCH. p. 396. 397.

*Fungus magnus viridis* STERBEEK. p. 65. t. 5. E.

*Agaricus pileolo pulvinateo, in margine striato, petiolo annulato* GLEDITSCH. p. 105. n. 13.

Gottingæ & Bernæ. Basilea STÆHELINUS iconem misit, conf. & *Basler merkwürd.* p. 272.

Diversus est a varietate ζ Fungi 2374. quod petiolum in origine sua bulbosum habeat, sursum adtenuatum, proceriorem: tum anulum in pediculo fugacem. Totum albidum vidi.

Edulis n) est.

## II. PETIOLO NUDO.

\*2376. AMANITA pileo umbilicato, striato, viscido, obscure viridi, lamellis albis †  
Bernæ reperi, humili petiolo, & albo, pileo viscido, obscure viridi, in medio depresso, oris striatis, lamellis tenuibus, numerosis, qua nota a 2374. differt, etiam subcæruleis

\*2377. AMANITA pileo pulvinateo viridi, lamellis  
Imperfectum vidi, lamellis non adparentibus, petiolo solido, albo, pileolum pulvinateum, viridem, vix uncialem, inferne album absque laminis. Si confirmaretur, Agaricum foret.

## I. LAMELLIS ALBIS.

### VI. PILEOLO CINEREO, MURINO, SPADICEO.

#### I. PETIOLO NUDO.

2378. AMANITA petiolo brevissimo, pileo umbilicato cinereo, lamellis tenuissimis albis †  
*Fungorum esculentorum genus XI.* CLUS. p. CCLIX.

*Fungi laceri sylvestres, esculenti, subfusci coloris, inferne canalicantes* I. B. III. p. 831.

*Fungus esculentus farinam recentem molitanti suaviter redolens, pileolo superne parte griseo, inferne lamellis angustissimis, simul & pediculo albis* MICHELI p. 150. n. 2.

*Omphalomyces cinereus acris* BATTARRA p. 37. t. 13. E.

Varietas *Agarici XVIII.* GLEDITSCH. p. 111. 112.

In alnetis montis *Gurten*.

Petiolus brevis, fartus, albus, humilis, uncia vix altior, quasi bulbosus. Pileus latus ad quatuor uncias, in medio depressior, oris frequenter laciniatis: cute superne glabra & cinerea, cum aliquo nitore. Laminæ teneræ, confertæ, albæ, etiam subcinereæ.

Odor Fungi recentis farinaceus: inde fatet.

\*2379. AMANITA petiolo farinoso, pileo subcinereo viscido, lamellis albis, torosis. †

*Fungus esculentus, petiolo ampliori, fornicato, tenui substantia ex phoubeo & cyaneo albescente, inferne primam albo, deinde griseo, pediculo brevissimo albo* MICHELI p. 159. n. 5. p. 151. n. 1. t. 73. f. 2.

Petiolus quasi farina adsperfus, ima parte bulbosus, superne angustior, biuncialis. Pileus grandis, subcinereus, levis, viscidus, etiam cum violaceo colore admisto, cæterum neque squamosus, neque striatus, in perfecto statu pulvinateus, oris adtractis. Laminæ albæ, crassæ, qua nota a priori differt.

\*2380. AMANITA petiolo bulboso, brevissimo, laterali, pileolo hemisphærico, spadiceo, lamellis albis. †

An *Fungus parvus, obesus, ex uno pede multiplex, superne ex fusco nigricans, inferne autem brevi ac ventricoso pediculo albus* MICHELI p. 192. n. 2. & forte n. 4.

An *Fungus nemorosus XXV.* LOESEL. p. 91.

An t. 71. SCHEFFERI.

In sylvis gregatim nascitur, ut plures etiam in unum conferveant. Pediculi bulbosi, crassi, spadicei, in latera pileorum inserti, fere ut in agaricis, colore lurido, pene nigro, sæpe viscidi. Laminæ albæ, inde ochroleucæ.

STÆHELINUS iconem misit, petiolo & pileo castaneo, lamellis rufis terreis.

\*2381. AMANITA petiolo farto gracili, pileo plano murino, sericeis lineis striato, lamellis albis. †

*Fungus esculentus, pileolo desuper cinereo, aut murino, & in filamenta quasi lacerato, inferne candido & tenuissime lamellato, pediculo plerumque candido* MICHELI p. 155. n. 11. & 12.

n) *Bresl. Saml.* ann. 1719. m. Septemb. p. 249.

An

An *Fungus non vescaus* IV. LOESEL. p. 86?

*Agaricus pileo plano, lacero, angusto, petiolo cylindraco tenui* GLEDITSCH. p. 112.

SCHÆFFERI t. XIV. LXIV.

Bernæ in isthmo die Enge.

Gregarius nascitur. Petiolus cinereus, solidus, crassulus, nitens, cylindricus. Pileolus orbiculatus, planus, carne paucissima. Centrum obscure murinum est, ex eo in ambitum filamenta omnia dense ordine educuntur, cum fericeo nitore, quæ hujus Fungi propria nota est: ea fila adpressa ad cutem, dum Fungus est junior, per ætatem in squamas elevantur. Ora Fungi frequenter lacera. Lamellæ albissimæ.

\*2382. AMANITA petiolo gracili, farto, pileo squamoso murino, lamellis albis †

*Fungus esculentus, pileolo superne e griseo plumbeo, & veluti squamoso, lamellis simul cum breviori & firmitori pediculo albis* MICHELI p. 153. n. 9.

*Fungus pileolo conico maculato* VAILLANT. p. 63. n. 19.

Bernæ, Basileæ, Gottingæ non infrequens.

A prioribus differt pediculo gracili, albo, fistuloso, digitali, ad tres uncias alto. Pileus conicus sed latior, aut hemisphæricus, murinus, in principio levis, deinde squamis murini coloris, erectis & pene crispis varius. Laminæ albæ, per ætatem rubent. Minor est, & vix sefcuncem latus.

\*2383. AMANITA petiolo farto gracili, pileo hemisphærico, cinereo purpureo, lamellis albis. †

*Fungus esculentus, desuper plerumque griseus, interdum vero aliqua parte ceræ colore perfusus, inferne lamellis & pediculo albis* MICHELI p. 150.

An *Fungus superficie murini coloris, lamellis albicantibus* RAJ. BUXBAUM. Cent. IV. t. 12. f. 2?

Petiolus non bulbosus, ad tres uncias altus, inferne crassior, superne angustior, fartus, ficcus, fulcatus, albus. Caro sicca & firma. Pileus campanulatus hemisphæricus, oris adtractis, & rubentibus, murini coloris, etiam cervini, glabri, virgatus aliquando, non tamen villosus. Lamellæ albæ, etiam cervinæ & subrubellæ. Per ætatem viscidus fit.

\*2384. AMANITA petiolo farto, gracili, pileo pulvinato cinereo, lamellis albis. †

Possit esse *Fungus* 13. p. 151. MICHELI.

Petiolus rectus, fartus, triuncialis, gracilis, albus. Pileus conicus & pulvinatus, cinereus, absque vellere fericeo. Laminæ albæ. Plerumque pileus ad quatuor uncias latus est. Vidi tamen exiguum, uncialem, perfectum, per omnes notas similem.

\*2385. AMANITA petiolo gracili, fistuloso, spadiceo, pileo plano cinereo, oris luteis striato, laminis albis. †

An *Fungus major tener, murini coloris, lamellis albis* BUXBAUM. Centur. IV. t. 18? sed videtur anulum habere.

ad *Agaricum* 25. GLEDITSCHII.

Tabula 45. SCHÆFFERI.

Minime rarus in *Siechenhölzlein*, &c.

Petiolus altus ad semuncem, cavus, cinnameus & spadiceus, nitens. Pileus pulvinatus, planus, aut umbilicatus & depressus, semuncem latus, murinus cum splendore violaceo, centro saturatius tincto umbrino, oris lutescentibus per ætatem, & striatis, dum Fungus aquose deliquescit: laminæ nunc extus adparent, & fungus striatus videtur. Lamellæ tenues, numerosissimæ, albæ, inde ochroleucæ.

Tota planta tenera est, & celeriter magno cum fætoe putrescit.

\*2386. AMANITA petiolo cylindrico procero, fistuloso, pileo plano umbonato, striato, cinereo, subtus albo. †

An *Fungus major tener, murini coloris, lamellis albis* BUXBAUM. Centur. IV. t. 18?

An *Monomyces* t. 21. F. BATAARÆ? ubi color omittitur.

Differt a sequentibus, major & speciosior.

Pediculus procerus, femipedalis, fistulosus, superne grumosus, fordide terreus, in circum lamellarum insertus, ad terram crassior.

Pileus amplior, ad tres uncias latus, planus, centro in papillam elevato: præter eam striatus & lacer. Laminæ albæ.

\*2387. AMANITA radice tuberosa, caudata, petiolo præalto, pileo plano, nigricante, albis lamellis. †

An Fungus pileolo superna parte fulvo & filamentoso, ima alto, petiolo præalto obseivo, radice tumida, in longum mucronem producta MICHELI p. 161 n. 5? videtur.

STÆHELINUS iconem misit, & in sylvis abiegnis legi.

Radix bulbosa, deorsum in longum unicum terminata, napiformem, fescuncialem. Pediculus procerus, ad quatuor uncias, & ultra, gracilis, pene niger. Pileolus pene carne destitutus, totus planissimus, umbrinus.

Sequente major, non striatus, neque umbonatus.

\*2388. AMANITA radice caudata, petiolo fistuloso, procero, pileo umbonato striato, cinereo, lamellis albis. †

Fungus chypeatus, in medio protuberans VAILLANT. p. 68.

Fungus pileolo desuper fulvo spadiceo, centro umbonato & levi MICHELI p. 169. n. 1. ad 25. GLEDITSCHII.

Hydrophorus cinereus BATTARRA t. 25. E.

Icon SCHÆFFERI t. 52. f. 7. 8. 9.

Bernæ legi in Däbhölslein.

Radix incurva, caudata. Fungus totus tener, succulentus, in putredinem pronus. Petiolus procerus, semipedalis, gracilis, fartus, firmus, terreus nitens. Pileus nitidus, umbonatus, totus striatus, magis, quam ullus alius, profundis fulcis percursus, murinus vel cinereus, nitens, carne vix ulla, sæpe transversim latior, oris elevatis, etiam viscidus. Lamellæ albæ pollinem fundunt album, & per maturitatem in cinereum colorem degenerant.

\*2389. AMANITA cespitosus, petiolo procero fistuloso, pileo umbonato striato, squamoso. †

Varietas flocculenta Fungi chypeati, in medio protuberantis VAILLANT. p. 68. n. 53.

Fungus soboliferus, fugax, pileo galericulato, obscuro, vertice levi, reliqua parte subtilissime striato, lamellis murinis, pediculo albo, fistuloso MICHELI p. 195. t. 79. f. 4.

Vulgaris, variabilis.

Petiolus procerus, fistulosus, albus, Fungus cespitosus tener. Junior pene totus albus est, conico plicatili pileolo, extus cervino, in centro umbrino. Adultior conum aperit, & expandit: & media tunc papilla in plano pileo eminent, & una lamellæ & pileus roseo, aut dilute magneseo, colore pinguntur. Maturiori petiolus flavescit, vel cinereus fit; papilla flavida est, reliquus pileus striatus, murinus, umbrinus, & laminæ in murinum vel umbrinum colorem transeunt. Denique totus pileolo squamis albidis efflorescit.

\*2390. AMANITA tener, petiolo procero, fistuloso, pileo umbonato plicato, murino, lamellis albis. †

An Fungus campanulatus, pileo obscuro, vertice levi, reliqua parte striato, subtus lamellis, ac fistuloso & cylindrico pediculo albis MICHELI p. 168?

In hortis, exeunte mense Novembri, maxime ferotinus.

Petiolus cavus, tener, compressus, quasi linea divisus, cinereus, murinus, dilute castaneus. Pileolus campanulatus, alias planus, oris etiam supra planitiem pilei elevatis, umbone eminente, cute pilei præter umbonem plicata, non striata. Lamellæ albæ, lineæ crispæ, mediis lineis & rugis conjunctæ.

Totus Fungus succulentus & tener.

\*2391. AMANITA petiolo procero gracilissimo, pileolo conico striato, murino, inferne albo. †

Fungus minimus fœnetarius, pileolo iudique & utrinque striato, cinereo aut murino, pediculo lanuginoso & fistuloso albo MICHELI p. 167. t. 75. f. 6.

Fungus fuscus, lamellis albis, ex Musco terrestri nascens BUXBAUM, Cent. IV. t. 28. f. 2.

& Fuscus pascuorum minimus, capitulo in metam fastigiato EJUSDEM ibid. t. 15. f. 3.

An Fungus multiplex, obtuse conicus, colore griseo murino VAILLANT. p. 71. t. 12. f. 1. 2?

Huc SCHÆFFERI t. 32. G. 2. figuræ superiores.

Videtur B. T. 20. BATTARRÆ.

In gramineis vulgo, foliisque putridis.

Et solitarius provenit & gregarius.

Pediculus gracilior, fragilis, procerus, semipedalis, fistulosus, ad Taraxaci similitudinem, colore albo cinereo, terreo, murino; etiam ad terram villis adpersus. Pileolus tener, carne vix ulla, conicus præter apicem, striatus, per oram ferræ modo dentatus, etiam viscosus, murinus vel umbrinus, uncia paulo latior. Lamellæ albæ, aut dilute terreæ.

- \*2392. AMANITA minimus, pileolo campaniformi, spadiceo, lamellis albis. †  
*Fungus parvus, capitulo conico, in cellis vinariis proveniens* BUXBAUM. *Centur. IV. t. 13. f. 1.*  
*Fungus minimus, pileolo umbilicato, subcinereo, lamellis & pediculo albis* MICHELI p. 151. n. 20.  
 BATTARRA t. 27. C.  
 In ligno putrido.  
 Petiolus curvulus, tener, sed fartus, albus, hac nota a prioribus diversus; uncia non altior, gracilis. Pileus vix duarum linearum, campaniformis, oris ad petiolum adtractis, albus, inde murinus. Lamellæ albæ. Proximus sequenti.
- \*2393. AMANITA pileolo conico, spadiceo, lamellis albis. †  
 Caput in t. 52. SCHEFFERI f. 1.  
 Petiolus ima parte bulbosus, cinereus & albicans, firmus, ut totus Fungus, cæterum procerus, 21 unciam & fescuncem altus. Pileolus semunciam longus, acute & longe conicus, fature umbrinus aut spadiceus. Laminæ albæ.
- \*2394. AMANITA petiolo curvulo, pileolo campaniformi, flocculento, striato, farinoso. †  
 Bernæ reperi.  
 Petiolus incurvus, e cinereo spadiceus, farinosus, uncia altior. Pileolus late conicus, vel campanulatus, ad oras striatus & flocculentus, totus farinosus, spadiceus, uncia brevior. Lamellæ albæ, quasi farinosæ. Totus Fungus tener & succulentus. Parvitate differt a 2391. & farina.
- \*2395. AMANITA volva exceptus, pileolo farinoso, pileo cinereo, striato, lamellis albis. †  
 In fylvis abiegnis.  
 Volva trifida, membranacea, alba. Petiolus biuncialis, farinosus, non anulatus. Pileus conicus, campanulatus, cinereus, oris profunde striatus. Lamellæ albæ, numerosissimæ.

II. ANULATI.

- \*2396. AMANITA petiolo gracili, anulato, pileolo hemisphærico spadiceo, lamellis albis. †  
 An *Fungus spadiceus minor, lamellis albis* BUXBAUM. *Centur. IV. t. 5. f. 1?* absque anulo.  
*Fungus pulvinato pileolo, castanei coloris, inferne lamellis albis, pediculo tumido, superne parti pilei concolore, ac anulo fugaci ornato* MICHELI p. 179.  
*Agarici VI. GLEDITSCH. p. 92. varietates a. c. & d.*  
 In fylvis, ferotinus.  
 Petiolus albus, brevis, uncialis, gracilis. Pileolus hemisphæricus, in juniore planta fordide ex cinereo albidus, in adulta castaneus, fescuncialis. In petiolo anulus fugax & evanescens. Lamellæ albæ.
- \*2397. AMANITA petiolo procero, fistuloso, anulato, pileolo plano striato, verrucoso, fordido, lamellis albis. †  
*Fungus phalloides* VAILLANT. p. 74. n. 4. & forte etiam 5. EJUSD.  
*Fungi albi venenati visceri* I. B. III. p. 826. STERBEEK. p. 206. n. 51. t. 20. K.  
 & *Fungus perniciosus, inversus, pustulatus* STERBEEK. p. 211. t. 21. D.  
*Fungus fuscus, pediculo bulbofo. capitulo albis pustulis notato* BUXBAUM. *Cent. V. t. 48. f. 1.*  
*Agarici 2. varietas c. GLEDITSCH. p. 85.*  
*Leuconyces gemmatus* BATTARRA t. VI. B. p. 28.  
 Annon Tab. 20. & 95. SCHEFFERI?  
 In monte Münchenstein. Bernæ im Bremgarten.  
 Volva petioli alba, conspicua, dum junior est. Petiolus procerus, fistulosus, albus aut cinereus, anulo albo, membranaceo, constante. Pileus junior globosus, lato tunc anulo albo ad pediculum adnexus, quo laminæ totæ velantur: adultus idem recedit, & in latam planitiem expanditur, ad tres uncias latus. Color ei fordido, ex terreo spadiceus: pars oræ proxima per pollicis longitudinem striata, interior maculis elevatis albis non perpetuo varia. Laminæ albæ, per ætatem cinereæ, & roseæ, & purpureæ, in origine perbreves, subito inde latefcunt. Amat cespitose nasci. Vidi, neque separo, albis & latis squamis partem pilei tegentibus.
- \*2398. AMANITA petiolo bulbofo, pileo hemisphærico spadiceo, lamellis albis. †  
 Icon SCHEFFERI t. 38.  
 Minime rarus. Petiolo crasso, albo, farto, araneosa lanugine efflorescente, vix unciam superante. Pileus campaniformis, spadiceus, viscidus, in medio pallidior, ad petiolum adtractus. Lamellæ albæ, etiam terreæ.

T t

II. LAMELLIS

II. LAMELLIS OCHROLEUCIS,  
 AVELLANARUM COLORE, CASTOREIS, &c.

I. PILEO CONCOLORE.

I. ANULATI.

- \*2399. AMANITA petiolo procero, anulato, pileo cervino, squamis fuscis exasperato, lamellis cervinis. †

*Fungorum esculentorum genus XVIII.* CLUS. p. CCLXXIV.

*Fungus pileolo lato, micis fuscis adperso* VAILLANTII p. 54. n. 2.

Annon varietas d. *Agarici VI.* GLEDITSCH. p. 93. ?

Annon Tabulæ 22. & 23. & 33. SCHÆFFERI ?

& t. 28. 30. absque anulo.

*Im Däbhbälzlein*, mutabilis Fungus.

Petiolus in juniore planta bulbosus, fartus, semipedalis, cervinus, subrubellus, spadiceus, anulo constante, etiam squamosus. Pileus juniore fungo cervinus, inde pulchre villosus, & squamosus etiam, nigricantibus squamis, oris per ætatem striatis: maturus leoninus & cinnameus, aut olivaceus, spadiceus. Laminæ albidæ, deinde flavidæ, etiam citrinæ, inde spadiceæ: polline feminali albicante adpersæ.

Absque anulo vidi, quem nolim separare.

- \*2400. AMANITA petiolo fistuloso, anulato, pileo rufo, squamis & lamellis concoloribus. †

*Fungus esculentus, pileolo in medio veluti hirsuto & flavescente, inferne colore non dissimili, sed valde diluto, pediculo crassiore, obscuro, & inter pileum & præteritum anulum striato* MICHELI p. 177.

SCHÆFFERI t. XXV.

An *Polymyces pediculo spirali* BATARRA p. 34. t. XI. A?

Ad ambulacra in der Enge. STÆHELINUS in sylva die Hardt.

Gregarius. Petioli fistulosi, subrubelli, anulati. Pileoli ampli, rufo pulchro colore, quem etiam spadiceus ingreditur, totus longis pilis villosus, striatis, in circulos concentricos dispositis. Lamellæ cervinæ, per ætatem fordide rufæ. Anulus lacer in summo petiolo.

Proximus 2399, & forte idem, elegans.

- \*2401. AMANITA cervinus, petiolo bulboso, farto; per oram tuberculatus & striatus. †

Videtur t. 79. SCHÆFFERI.

Gregarius in sylva *Bremgarten* versus pontem novum, & versus *Reichenbach*. *Im Burgdorf* bälzlein.

Petioli ima pars bulbosa; idem ex albo cervinus, triuncialis, biuncialis, teres, fartus, nisi quod per putredinem inaniatur. Pileolus glaber, obiter haud longe ab ora nonnullis eminentibus colliculis notatus, ex qua nota adgnoscas; inde sensim striæ evidentiores fiunt. Junior albidus, avellaneus, isabelleus, inde flavescit, & ex campanulato explanatur. Lamellæ teneræ, numerosissimæ, albidæ, ochroleucæ, maturiores polline albo efflorescunt, & aquosæ fiunt colorisque lignei. In petiolo pene summo evidentissimus anulus. Diamèter tantum fescuncis.

- \*2402. AMANITA petiolo procero, anulato, pileo & lamellis cervinis. †

SCHÆFFERI t. 19. f. 1. 2.

*Im Däbhbälzlein*.

Accedit ad priores, sed differt pileo non villosa.

Petiolus procerus, ceræ crudæ colore, cum anulo albo. Pileus in principio campanulatus, inde explanatus, oris incisus, concolor, cervinus, flavus, diametro quatuor unciarum. Lamellæ ochroleucæ, teneræ. In vetusto Fungo striæ per oram adparent.

- \*2403. AMANITA anulatus, cervinus, procerus, exiguus. †

Petiolus triuncialis, albus. Anulus pene in summo petiolo, pileo vix quatuor lineas alto, cervino, lamellis concoloribus. Alterum exemplum fungi anulati tenui pediculo.

II. NON ANULATI.

- \*2404. AMANITA cervinus, pileo pulvinate, oris adtractis. †

Olim



Olim Bernæ depinxi, & nuper, *beyn Engeweg.*

Concinnus, ficcus, petiolo firmulo, gracili, ad terram crassulo, biunciali, pileo campanulato, inde hemisphærico, demum pulvinate, accurate rotundo, oris introversis, ab una ad duas uncias lato, avellaneo cinereo; lamellis concoloribus, aut sublignis.

\*2405. AMANITA cervinus, petiolo fistuloso, pilei centro squamoso. †  
Petiolus cavus, cervinus, gracilis, triuncialis. Pileus planus, pulvinatus, avellaneus, squamis in centro efflorescentibus, fuscuncialis. Lamellæ concolores.

\*2406. AMANITA cervinus, petiolo flavo, curvulo, excentrico, pileolo squamoso, lamellis ramosis. †

Petiolus flavus, gracilis, curvulus, extra centrum pileo infertus. Pileus fuscuncialis, cervinus, squamis fuscis exasperatus, striatus ad oras & ferratus. Laminæ paucæ, crassæ, ramosæ, ad aliquam Merulii similitudinem. Ora nonnunquam subcærulea est, quam ob notam Fungum T. LIII. SCHÆFFERI huc referas.

\*2407. AMANITA ex vaccino & avellaneo varius, fericeus, lamellis numerosissimis albidis. †  
*Im Dübblatzlein.*

Petiolus fistulosus, triuncialis, crassus & albus. Pileolus pulvinatus, quasi difformis, fericeus, lineolis quibusdam notatus, non squamosus, neque striatus, ex vaccino & avellaneo varius, non maculosus, coloribus colliquescentibus. Laminæ ex avellaneo albæ, colore eleganti, tenues, numerosissimæ, qua inferitur petiolus brevissimæ.

\*2408. AMANITA cervinus, petiolo crassissimo, totus concolor. †  
In sylvis abiegnis, ex maximis.

\*2409. AMANITA tener cervinus, per oras striatus & fissus. †  
*In ericetis torfaceis Gänligen & Læhr.*

Pediculus albidus, tener, uncialis. Pileus planissimus, per oras striatus, & in stellæ speciem fissus, radiis sedecim, octodecim, quorum quisque unam grandiore, duasve minores lamellas habet. Totus aquosus, tener, & cervinus.

\*2410. AMANITA fasciculatus, pileolo cervino, conico, undique concolor. †  
In sylvis abiegnis; exiguus, non striatus, ficcus, pileolo vix unciali.

## II. PILEO DISCOLORE.

### I. ANULATUS.

\*2411. AMANITA pileo flavescente, lamellis butyraceis, anulo araneoso. †  
*Im Ostermannigerhätzlein, &c.*

Petiolus procerofus, teres, ad ima crassus, ochroleucus, flavescens. Pileus convexus, inde planus, flavo umbone, ora ochroleuca & cervina. Lamellæ crassæ, peculiari colore isabelleo, non inelegante, butyri quadam similitudine. Anulus in summo petiolo araneofus.

\*2412. AMANITA pileo flavescente, squamoso, lamellis terreis obscuris, anulo araneoso. †  
SCHÆFFERI n. 29. 30. forte & 61.

STÆHELINUS iconem misit, sæpe etiam reperi, ad falices & in sylva Bremgarten.  
Petiolus cervinus, crassus, colore ceræ crudæ, ficcus, fartus, etiam villosus. Pileolus quatuor unciarum diametro, cervinus, aut totus leoninus, sive ex flavo saturo fuscus, squamis variis elevatis, oris obiter striatis. Lamellæ juniores isabelleæ, ora alba, subcærulea, inde avellaneæ ora alba, demum terreæ obscuræ. In summo petiolo reliquiæ anuli araneosi, non membranacei.

\*2413. AMANITA anulatus, cervinus, pediculo superne albo. †  
Bernæ depinxi.

Petiolus teres, biuncialis, inferne cervinus, super anulum albus; anulo cervino, lacero.  
Pileus ex rufo terreus, oris conspicue fulcatis, centro umbonato.

## II. NON ANULATI.

- \*2414. AMANITA pileo plano, lacero, corio cervino, lamellis terreis obscuris. †  
 SCHÆFFERI t. 43. 44.  
 Non rarus, in Engewald.  
 Ex volva erumpit, lacera, alba, persistente. Petiolus albus, teres, biuncialis, fistulosus. Pileus magnus, oris laceris & reflexis, non ineleganter, ad aliquam Merulii similitudinem, lobatus, leniter convexus, coriaceus, cervini coloris, ad oras sæpe subfuscus. Parum carnis habet. Lamellæ terreae, subfuscae, non latae, ramosae videntur, etfi non sunt. Quæ enim ad se invicem accesserant, iterum se deserunt.
- \*2415. AMANITA fucus, pileo plano, subcinereo, lamellis lignei coloris. †  
 Fungus nostras, pediculo brevi, in pileolum didymum abeunte VAILLANT. p. 62.  
 An Fungus esculentus, farinam recentem molitam redolens, pileolo desuper cinereo, inferne aureo, pediculo longiore & crassiore albo MICHELI p. 160?  
 Annon SCHÆFFERI t. 83?  
 In sylvis.  
 Pediculus brevis, uncialis, albus, fartus. Pileolus pulvinatus, sæpe lobatus & difformis, ex albo subcinereus, non striatus, centro tinctori, sæpe gemellus. Caro ficca & firma, nunquam nitens. Lamellæ terrei coloris, utcumque subrubellæ. Petiolus alias ita brevis est, & obliquus, ut Fungus sessilis videatur.  
 Cl. GLEDITSCH hunc & duos alios revocat ad suum Agaricum pileolo hemisphaerico integerrimo, lamellis amplissimis laxè dispositis, petiolo nudo & cavo n. 9. p. 95. Sed nostris petiolus fartus est; neque colores consentiunt.
- \*2416. AMANITA fucus, pileolo albido, lamellis crassis flavescensibus. †  
 In sylvis passim.  
 Siccus totus, pediculo brevi, albo, ochroleuco. Pileo orbiculari, in medio depresso, albido vel ochroleuco. Laminis paucis, crassis, flavescensibus.
- \*2417. AMANITA fucus, pileolo hemisphaerico, obsolete umbrino, laminis albis subcarneis.  
 In sylva uliginosa cis Worlauffen.  
 Petiolus albus, brevis, fartus. Pileus hemisphaericus, obsolete umbrinus. Lamellæ ex albis subrubellæ. Caro ficca.
- \*2418. AMANITA tener, petiolo nigro procero, pileo terreo striato, laminis fordide albis. †  
 Tener iste. Petiolus procerus niger. Pileus terrei coloris obscuri, caeterum ad oras striatus. Laminæ ex albo leviter terreae.  
 Horum trium ultimorum icones neglexi.

## III. LAMINIS FLAVIS.

## I. PILEO CONCOLORE.

## I. NON ANULATI.

- \*2419. AMANITA fulvus, lacte croceo.  
 a. Fungus parvus, lacteum & dulcem succum fundens, pediculo & suprema parte pileoli rufescentis coloris, lamellis vero ejusdem seu remissioris.  
 β. Fungus lactescens pragnantissimus VAILLANT. p. 61. n. 9. & rufus n. 10.  
 Agaricus stipitatus, pileo plano, carneo, lactescente, lamellis rufis, petiolo longo carneo LINN. p. 1641.  
 Omphalomyces acris, lateritii coloris BATTARRA t. 16. H.  
 SCHÆFFERI t. 11. 12.  
 γ. Fungus perniciosus, lateritio colore varians, succum acrem & croceum fundens, pediculo brevior MICHELI p. 141.  
 δ. Livida cute, inferne subflavus, a nobis lecta est, quem Cl. BUXBAUM dixit in Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. 1. p. 33.  
 Agaricus pileo hemisphaerico, in centro depresso, & in margine fornicato, petiolo brevi & crasso GLEDITSCH. p. 101. n. 11.  
 Agaricus SCOPOLI p. 25.  
 Agaricus stipitatus, pileo testaceo, succo lutescente LINN. p. 1641.

In sylvis

In fylvis non rarus, sed variabilis. *Im Bremgarten, unweit der Papiermühle, &c.*  
 Petiolus flavus, firmus, fartus, crassus, duarum unciarum. Pileus orbiculatus, figura  
 concinna, oris versus petiolum adtractis, medio depresso, junior concolor flavus  $\alpha$ .  
 aut ineleganter subvaccinus, etiam ochroleucus  $\beta$ . versus oram paulum rugosus; fre-  
 quenter etiam ex miniato & viridi  $\gamma$ . varius, demum lineis concentricis, flavis, &  
 tenui villo distinctus, diametro a duabus unciis ad sex. Demum spadiceum vidi, &  
 umbrinum. Lamellæ paulo pallidiores, concolores, etiam flavæ, aut cinereæ. Caro  
 firma, dura. Ex lamellis lac dulce croceum manat. Pollen feminalis viridis. Adul-  
 tæ laminæ virefcunt, neque tunc lac fundunt. Pulverem depinxit GLEICHEN t. 4.  
 Hunc etiam petiolo oblique inferto vidi.

Edulis est  $\rho$ ). Germanis *Reizke* dicitur, ob saporis acrimoniam.

\*2420. AMANITA glutinosus, flavus, pileo umbonato. †

*Fungus aureus, capitulo in comum abeunte* VAILLANT. p. 67. n. 49.  
*Fungus gelatinosus, colore aurantio* EJUSD. p. 72. n. 8. t. 12. f. 8. 9.  
*Fungus pascuorum exiguus, lutescens* BUXBAUM. Centur. IV. t. 28. f. 3.  
*Fungus parvus, lubricus, aureus, lamellis raris, amplioribus, pediculo crassiore*, MICHELI  
 p. 147. n. 64. & alii plures.  
 SCHEFFERI t. 2.

In fylvis passim.

Petiolus fistulosus, sæpe compressus, quasi geminus. Pileolus planus, umbonatus,  
 sulfureus, flavus, aurantius. Plerumque glutine obducitur, non semper, tener ta-  
 men & succulentus. Vetuli ora late striata.

\*2421. AMANITA flavus, viscidus, pileolo conico.

An *Fungus viscidus, glutine flavo limacino splendens* VAILLANT. p. 62. n. 14?  
 An *Fungi plures ex uno pede, a Priorum caudice nati* IDEM p. 71. n. 5?  
 An *Fungus viscidus, sordide luteus* BUXBAUM. Centur. IV. t. 9?  
 An *Agaricus stipitatus, pileo convexo, lamellis basi mucrone dentatis* LINN. p. 1640?

In fylvis non rarus. *A la Chaux d'Étau* GAGNEBIN.

Petiolus gracilis, duplo pilei diametro altior, fistulosus, compressus, ochroleucus, li-  
 neatus. Pileus campaniformis, hemisphæricus, denique repandus, aurantius, vis-  
 cidus aut glaber, semper tener, carnosus. Lamellæ nitidæ, flavæ, aut subcarneæ  
 concolores.

Varietates sunt

$\alpha$ . Superne miniatus.

*Un autre tout jaune d'or* VAILLANT. p. 66.

$\beta$ . Superne purpureus, cum laminis, & aliquando totus coccineus.

*Fungus alpinus, totus sativæ coccineus, seu kermesinus, pileolo hemisphærico* MICHELI p. 150.  
*Fungus parvus coccineus* VAILLANT. p. 66.  
 SCHEFFERI ibid. f. 4.

$\gamma$ . Viridi colore ad pedunculum, & in pileolum misto SCHEFFER. f. 9.

$\delta$ . Totus viridis.

$\epsilon$ . Sanguineus & pene niger.

\*2422. AMANITA sulfureus, ficans, lamellis crassis. †

Ab aliis diversus, ficans, petiolo farto, carne concolore, sulfurea, subviridi, lamellis  
 crassis concoloribus, pileo subcoriaceo convexo, umbonato, in centro flavescente.

\*2423. AMANITA flavus, campanulatus, ficans. †

$\alpha$ . *Fungus durus, citrini coloris* BUXBAUM. Centur. IV. t. 10.

SCHEFFERI t. 2.

*Agaricus pileo campanulato & striato parvo, lamellis varioribus, petiolo cylindrico* GLEDITSCH.  
 p. 109.

In gramineis, *im Bremgarten, in der Enge, &c.*

Petiolus fistulosus, flavus, solidus, dum junior est. Pileus campaniformis, acutus,  
 clausus, per oram striatus, citrinus, Juncifolii narcissi colore, etiam flavus; lamellis  
 crassis, in basi transversim rugosis, citrinis, carne firmiori, quam prior 2421.

2424.

$\rho$ ) SCOPOLI p. 15.

V v

- \*2424. AMANITA flavus, pileo hemisphærico squamoso. †  
*Fungus totus per maturitatem coloris aurantii* VAILLANT. p. 64. n. 20.  
*Fungus ex luteo rufescens, cute superne pilei lacera & veluti squamosa* MICHELI p. 147.  
*Im Bremgarten.*  
 Siccus etiam, lamellis crassis, colore pomi aurantii, figura hemisphærica, squamis de convexitate elevatis, quæ princeps nota est. Petiolus fartus, basi miniata.
- \*2425. AMANITA flavo cinnameus, viscidus, striatus, papillatus.  
*Fungus pediculo croceo, splendore particeps* VAILLANT. t. 11. f. 16. 17. 18. p. 69.  
*Agaricus stipitatus, pileo convexo viscido, pellucido, lamellisque luteis, stipite nudo* LINN.  
 Cl. GAGNEBIN circa *Ferrière*, liquidem a flavis viscidis differt, quos modo enumeravimus.  
 Petiolus gracilis, fuscuncialis, fartus, tener, nitidus. Pileus convexus, pene planus, colore tabaci Hispanici; papilla in medio, ex qua ad ambitum striæ excurrunt. Lamellæ latiusculæ, flavæ, subrufæ.
- \*2426. AMANITA flavus, pileolo gracilissimo & procerissimo, pileo conico, viscido. †  
 An *Fungus colore homogeneo pallido, pileolo & pediculo glutine obducto* VAILLANT. n. 56?  
 An *Fungus minimus, pileolo hemisphærico, utrinque & undique striato* MICHELI p. 167. t. 75. f. 7?  
*Bulla flavicante pileolo* BATARRA p. 59. t. 28. Z.  
 Accedit *Fungus* t. XXXI. f. 6. 7. SCHÆFFERI.  
 In putridis foliis faginis.  
 Petiolus procerus, gracilis, quatuor unciarum. Pileus conicus, ex albo flavus, vel totus flavus, excepto vertice striatus; caro vix ulla; natura viscida & tenera. Lamellæ pallentes, stramineæ.  
 Valde adfinis Fungo 2345.
- \*2427. AMANITA tuberculofus, flavus, petiolo squamoso, lamellis cervinis. †  
 Siccus, flavus, tuberculofus, biuncem latus, squamis de petiolo efflorescentibus, ejus parte summa alba & glabra, lamellis cervinis.  
 In sylvis abiegnis.
- \*2428. AMANITA flavus, totus striatus, tenuissimus. †  
*Icon* MICHELI t. 74. f. 8. hunc exprimit.  
 Non recedit SCHÆFFERI t. 99. f. 1. 2. 3.  
 In ligno putrido, in sylva *Sedelbach*.  
 Stylus uncialis, sæpe curvulus. Pileolus umbraculi similis, totus striatus, absque carne. Omnia flava.  
 Iconem amisi.
- \*2429. AMANITA flavus, minimus, pileo hemisphærico. †  
 An *Fungus parvus, fulvus, pileolo in obtusum conum fastigiato, & a media sui parte usque ad oras subtilissime striato, pediculo altiori, lineam lato & fistuloso* MICHELI p. 170?  
 An *Bulla colore inconstante* BATARRA p. 56. t. 27. O?  
 SCHÆFFERI t. 63. f. 1. 2. 3. 4. 11. &c.  
 In lignis, ad arbores & ad terram.  
 Minimus, vix unciam altus, petiolo gracili, pileo conico, parabolico, hemisphærico, vix femuncem alto, cervino, dum junior est, inde ex flavo fulvo, denique spadiceo & deliquescente, dum medius apex colorem retinet. Ora striata. Lamellæ concolores, cinnameæ.  
 Adfinis Fungo 2343.  
 Rufo colore ludit & petiolo ad terram hirsuto, cæterum similis.

## II. ANULATI.

- \*2430. AMANITA flavus, volvatus, anulo latissimo.  
*Fungorum esculentorum genus XVII.* CLUS. p. CCLXXII.  
*Fungus planus orbicularis aureus* MICHELI p. 186. t. 77. f. 1.  
*Agaricus amplissima volva exceptus, aureus, pileolo hemisphærico, in margine striato, petiolo anulato, crasso, anulo latissimo cincto* GLEDITSCH. p. 85.  
*Elvela Ciceronis* BATARRA p. 27. t. 4. C.  
 Nunquam reperi, sed circa *Münchenstein* lecti iconem Cl. STÆHELINUS misit.

Volva

Volva ampla, valde conspicua, juniorem Fungum totum obvolvitur. Petiolus crassus, albus, fartus, anulo membranaceo, amplissimo, laminas velante. Pileus hemisphaericus, aut pulvinatus, ad oras striatus. Color ubique idem, flavus. Inter Fungos gratissimi saporis numeratur. Videtur *Boletus* PLINII, qui in volva nascitur, uti luteum in ovo q).

\*2431. AMANITA leoninus, fericeus. †

An *Fungus pileolo desuper lacero* & veluti filamentoso, fulvi, pallescentisque, coloris, lamellis & substantia buxeis, pediculo fistuloso, supernae parti pilei conco. re MICHELI p. 158. t. 74 f. 2? qui campaniformem pingit.

An *Fungus major aureus perniciosus* BUXBAUM. Centur. IV. t. 33? SCHAEFFERI t. 4. 24. 41. & 65.

Minime rarus, magnitudine valde inaequali, ab uncia ad aliquot uncias. Petiolus obscure flavescens, basi bulbosus. Pileus planus aut leniter convexus, flavus, subfuscus, aut fulvus, perpetuo fericeo brevi & adpresso villo nitens. Anulo araneoso, ad initium petioli revincitur. Lamellae concolores, etiam cinnameae.

\*2432. AMANITA ficcus, leoninus, anulo araneoso.

*Amanita dera, ex fusco rubens quercina* DILLEN. Syn. III. p. 5. n. 23.

An *Monomyces flavo rufus, albedo terreus* BATAARRE. t. 15. F.

*Agaricus stipitatus, pileo sordide flavo, lamellis luteo rufis* LINN. p. 1642.

Petiolus fartus, cinnameus, terreus, albus, crassus. Pileus convexus, aut planus, neque fericeus, neque splensens, leoninus, cinnamomeus, lamellis concoloribus, paucis, crassis, absque fericeo villo, aut glutine, ficcae naturae. Anulo araneoso ad principium pedunculi revincitur.

III. LAMELLIS FLAVIS.

II. PILEO ALTERIUS COLORIS.

\*2433. AMANITA viridis, pileolo plano, lamellis pallidis. †

An *Fungus flavus, pileo pulvinato virescente, lamellis & pediculo albis* MICHELI p. 152?

An *Fungus variae magnitudinis, pileolo superne ex rufo flavicante. lamellis subtus sordide viridibus* VAILLANT. p. 71. n. 3?

In sylvis.

Tamen a flavo coccineo diversus videtur. Petiolus fistulosus, tener, sed altior, triuncialis, ex albo viridis. Pileus planus, a centro ad ambitum striatus, totus saturate viridis, eo colore, quem ex Rhamni baccis parant, etiam fordido. Lamellae numerosae, undulatae & plicatae, ex albo stramineae, per aetatem in pulchrum colorem viridem transeunt.

\*2434. AMANITA pileo pulvinato viridi, lamellis obscure luteis. †

*Fungus vescaus* XXVII. LOESEL. p. 86.

Iconem STAEHELINUS misit.

Multo major ei, quam praecedentibus statura. Petiolus crassus, fartus, superne crassior, flavescens. Pileus pulvinatus, colore viridi, rhamneo, sed debiliori, diametro pene triunciali. Lamellae obsolete flavae. Caro satis copiosa, ut possit edulis esse.

\*2435. AMANITA pediculo bulboso, pileo hemisphaerico spadiceo, lamellis luteis. †

An *Fungus spadiceus arvensis* BUXBAUM. Centur. IV. t. 8. f. 1? non recedit.

SCHAEFFERI t. 71. 72.

In pratis circa *Münchenstein* STAEHELINUS. *Im Burgdorffbölzlein.*

Petiolus crassus, bulbosus, biuncialis, albus, in flavum languens, aut terreus. Pileus pulvinatus, pene campanulatus, diametro trium unciarum, colore castaneorum, etiam fuliginosus, cum nitore. Lamellae latae, luteae, pulchre paleari colore, summa cujusque laminae parte circumferrata, inferiori flavescente. Caro fungi tenuis.

## IV. LAMELLIS RUFIS &amp; RUBRIS.

## I. PILEO CONCOLORE.

- \*2436. AMANITA petiolo fistuloso, lineato, pileo convexo, flavo rufo. †  
 An *Fungus parvus esculentus, odoratus, coriaceus, rufus, lamellis inter se longe distantibus* MICHELI p. 148. n. 3? Potest.  
 An *Fungus multiplex sordide carneus* VAILLANT. p. 66. n. 36.  
*Agaricus pileolo hemisphaerico, integerrimo, lamellis amplissimis, laxè dispositis, petiolo nudo & cavo* GLEDITSCH. p. 95. n. 9.  
 SCHÆFFERI t. 13.  
 In fylvis frequens.  
 Concinnus Fungus ficcus & firmus, sæpe gregarius.  
 Petiolus sæpe incurvus, cavus, levis, ex communi carne multiplex, lineatus. Pileolus in recente planta hemisphaericus, adtractus, inde planus, aut modice pulvinatus, & de eo maturo etiam villuli decedunt. Lamellæ paucæ & crassæ. Hæc omnia fanguineo rufa; pallidiores tamen laminæ, flavæ, ora cinnamea. Pilei diameter uncia est, aut fescuncis.
- \*2437. AMANITA petiolo fistuloso, lineato, pileolo vaccino, squamoso. †  
 Varietas a. & b. GLEDITSCH. p. 95. 96.  
 In sylva *Bremgarten, Dählhölzlein*.  
 Adfinis prioris. Petiolo graciliori recto, lineato. Pileolo campaniformi, ceræ quadam teneritate, aut polline, aut villo adspersus: per ætatem idem spadiceus fit, & per ambitum striatus. Cæterum totus concolor, coloris non inelegantis vaccini, cui in lamellis aliqua albedo accedit.  
 Villis a præcedente differt, nisi idem est.
- \*2438. AMANITA vaccinus, petiolo farto, lamellis crassis. †  
 An *Fungus esculentus, infundibuli forma, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo latiore rufescente, lamellis & pediculo albicantibus* MICHELI p. 153?  
 An *Fungus pileo per maturitatem sursum repando* VAILLANT. p. 64. n. 21?  
 An SCHÆFFERI t. 43. 50?  
 Basilea, in *Bruderhölzlein*, & Bernæ.  
 Caro sicca & firma. Petiolus a prioribus diversissimus, albus & crassus, pene bulbosus, brevis, vix biuncialis, etiam quasi fessilis. Pileus vaccini coloris, hemisphaericus, etiam difformis, demum cavus. Laminæ vaccinæ, ora alba, crassæ, etiam terrea. Caro plurima.  
 Edulis videtur. Suilli miniatum figuram refert.
- \*2439. AMANITA flavo fanguineus, lamellis raris, petiolo procero. †  
 Non infrequens, & elegans, ficcus, firmulus. Color ei peculiaris, ex fanguineo & flavo mistus, coloribus non divisus, superne subinde albicat. Petiolus levis, fartus, triuncialis. Pileus campaniformis, etiam flavus & lacer, biuncialis, absque striis. Laminæ crassæ, paucæ, etiam ramosæ.
- \*2440. AMANITA petiolo albo, pileo ex ochroleuco & lateritio vario, lamellis roseis. †  
 In fylvis.  
 Pediculus albus, fartus, triuncialis, gracilis. Pileolus pulvinatus, ochroleucus, magnis maculis lateritii coloris varius, ad tres uncias latus. Lamellæ ex roseis lateritiæ. Caro tenera & fucci plena.  
 Accedit inter albos ad 2341.
- \*2441. AMANITA subrubellus, petiolo procero, pileo campanulato, striato. †  
 An *Fungus parvus, totus rufescens, tenerrimus, pileolo campanulato, utrinque & undique striato, pediculo tenuiori fistuloso* MICHELI p. 166? Non recedit.  
 In fylvis.  
 Petiolus procerus, gracilis, fartus, castanei pene coloris, inde obscure fanguineus. Pileus conicus, totus striatus, ex cinereo sordide rubens, aut subrubellus. Lamellæ cum obsoleto rubore albidæ. Etiam expanditur, & fescuncem tunc latus est.
- \*2442. AMANITA cupreus, pileo campanulato striato.

Fungus

*Fungus multiplex convexus, colore castaneo* VAILLANT. p. 73. t. 12. f. 3. 4.  
*Fungus minimus, capitulo conico, rufescens, lamellis fibratis paucis* RAJ. Syn. III. p. 9. n. 44.  
*Fungus parvus, capitulo & pediculo cuprei coloris, lamellis fibratis fuscis* DEERING. p. 84.

In Mulsis & ligno fasciculatus. Petioli unciales, farti, teneri. Pileoli exigui, vix unciæ dodrantem lati, campaniformes, striati: hæc cuprea, sive sanguinea obscura. Lamellæ pallidiores, albidæ.

V. LAMELLIS RUFIS aut RUBRIS.

II. PILEO ALTERIUS COLORIS.

I. ANULATUS.

\*2443. AMANITA petiolo anulato, pileo campaniformi albido; laminis roseis.

*Pradellorum tertia species* STERBEEK p. 29. t. 1. fig. C. D. & reliqui ejusdem capituli Fungi.

*Fungus campestris, albus superne, inferne rubens* I. B. III. p. 824. MICHELI p. 174. n. 8.

*Leçtissimi Fungi, qui rubent* PLIN. L. XXII. c. 23.

*Agaricus stipitatus, pileo convexo, squamato, albido, lamellis rufis* LINN. p. 1641.

*Agaricus pileolo amplo, hemisphærico, fornicato, petiolo brevi, anulo permanente cincto* GLEDITSCH. p. 15. n. 21.

*Fungus pileolo lato rotundo* BATTARRA p. 29. t. 7. A.

β. *Fungus totus albus edulis* VAILLANT. p. 75. n. 8.

*Fungus funetarius, totus albus, pileolo fornicato, squamoso, pediculo cylindrico obeso, cuius cutis in cincinnatas & acutas squamas solvitur* MICHELI p. 171. n. 2. & alii ejus ordinis.

γ. *Fungus non vescus* XXII. LOESEL. p. 94.

Locis gramineis aridioribus. Circa *Siffsch Basler Merkwürd.* p. 2094. *A la Ferrière* GAGNEBIN. Gottingæ vulgo.

Multiformis: junior totus albus, squamis elevatis villosus, anulo amplo, membranaceo, crassiusculo, pileo hemisphærico, carne alba, lamellis albis β. aut leviter lividis. Petiolus ea ætate albus est & brevis, & in pileo albor in cervinum abit. Paulatim pileus expanditur, planus fit, & lamellæ rubellæ fiunt α. deinde magis colore. Paulo post villus dejectur, anulus delabitur, & Fungus a se ipso diversus videtur, lamellis denique nigerrimis γ.

Sapor fatuus, coctione emendatur, ut inter delicias sit r), & nomen gentis *Champignon* suum fecerit.

Hic est Fungus, quem ex resectis lamellis, aliisque purgaminibus, vel ex parte fimi pediculis Fungorum adhærente, albis filis incrustata s), vel ex aqua, cui Fungus infusus t) fuit, in fimo equino, in speciem dorfi asini adgesto, deinde recentis terræ uno pollice tecto, & instrato stramine v), hortulani x) propagant. Quando nodi adparent, separant injectam terram, novellosque Fungos transplantant y). Dudum veteres & *μικτάς* serebant z), & *ὄσπια*, & semen etiam aliunde adferebant a). Ita ex Suillo b) unico, exque delapso polline, species late propagata fuit. Experimentum etiam semine in terram lignosam putridam fato Cl. SEYFFERT feliciter fecit c). Etiam de Phallo grana ovalia decessisse, quæ intra sex dies in plantas redierint Cl. MAZZUOLI d).

\*2444. AMANITA anulatus, pileo convexo cæruleo viridi, lamellis roseo cæruleis †

*Fungus parvus, pileolo cucullato viscido, intense viridi & quasi vernice oblito.* &c. MICHELI p. 152.

SCHÆFFERI t. I.

Varietas *Agarici* 13. GLEDITSCH. p. 105.

Dicitur a REAUMURIO *Mémoire sur l'Histoire des Insectes* T. V. p. 22.

Fungorum formosissimum Gottingæ repereram, tum Bernæ in sylva inter *Deißwyl* & *Ostermundigen*. Iconem etiam STEHELINUS misit.

Pediculus

r) *ELSHOLZ Tischbuch* p. 33.

s) *Ecole du Jardinage* p. 356. Conf. BRADLEY. *gener. acc.* p. 155.

t) *Decoëta DES SERRES* p. 681.

v) BRADLEY. *new improv.* p. 293.

x) Conf. *anc. Mem.* X. p. 123. Du HAMEL p. 166. LI. STER. *travels* p. 153. TOURNEFORT. *Mem. de l'A-*

*cad. ann.* 1707. & olim GUI DE LA BROUSSE *natur. des plantes* p. 171.

y) BRADLEY *general account.* p. 156.

z) ATHENÆUS L. II. p. 30.

a) *ibid.* p. 31.

b) MULLER. *rwamp.* p. 58.

c) *Fung.* p. 12.

d) *Memoir. di ffic.* I. p. 172.

Pediculus ex viridi & cæruleo mistus. Pileolus pulvinatus, umbonatus, anulo fugace, concolore, glutine obductus, colore ex cæruleo & viridi æris nitidissimo mistus; per ætatem in alborem degenerat & centrum subluteum est. Caro alba. Laminæ dilute carneæ (lilac), cum aliqua coloris cærulei portione.

\*2445. AMANITA pileo pulvinate, cervino, lamellis cinnameis. †  
Petiolus inferne bulbosus, triuncialis, fartus. Anulus membranaceus albus, qui frequenti spadiceus. Laminæ cinnamomeæ. Pileus pulvinatus, cervino spadiceus, triuncialis.

\*2446. AMANITA cespitosus, ramosus, hemisphæricus, mollis, lamellis cinnameis. †  
An Fungus lividus alter, pediculo minus bulboso BUXBAUM. *Centur. IV. t. 23?*  
Fungus ramosus maximus, pileolo desuper griseo, lamellis & lanuginoso, pediculo albis MICHELI  
p. 190. t. 79. f. 1. colore laminarum recedit; figura similis.  
SCHEFFERI t. 8.

Cespitosus, ut ex basi unitus plures alii proveniant. STÆHELINUS ex *sylva die Hardt. Bernæ cis Worlauffen.*

Petiolus juniore fungo crassus, brevis, paulatim excrescit, crassus semper, fartus & terreus: araneosa in eo lanugo, qua ad pileolum revincitur, & cujus aliqua vestigia perpetuo solent superesse. Pileus pene campanulatus, paulatim explanatus; junior lividus, inde terreus, flavo rufus, subspadiceus & spadiceus, medio umbone tinctori. Lamellæ raræ, crassæ, cinnamomi colore, polline seminali cæruleo, tunc sæpe ex cinereo violaceæ. Sicca Fungo natura. Etiam ramosos vidi, & oblique infertos.

## II. NON ANULATI.

\*2447. AMANITA pileo campanulato, cinereo, squamoso, laminis ruberrimis. †  
An Amanita campestris superne fuscus, inferne coralliformiter rubens, DILLEN. *Catalog, Gieff.*  
p. 177?

Iconem misit CL. STÆHELINUS Fungi in pratibus circa Gundeldingen lecti.

Vereor, ut satis diversus sit a flavo 2421.

Credas differre. Petiolus perinde latus, fistulosus, ima parte fanguinea, superna flava; sed pileolus campaniformis, multo amplior, triuncialis, si expanderes, flocculentus, ex cervino terreus. Laminæ pulcherrimo saturati cocci colore nitent.

\*2448. AMANITA pileo plano flavescente, striato, viscido, laminis roseis. †  
Petiolus fistulosus, flavescens. Pileus planus, glutinosus, ad oras striatus, luteus, pallidus. Laminæ rariusculæ, coloris rosei, etiam in umbrinum degenerantes. Pars pilei oræ proxima saturati coloris est.  
An idem cum 2341? Non repugnavero.

\*2449. AMANITA pileo murino, umbilicato, lamellis subrufis. †  
Fungus foliaceus & lamellatus, infundibili forma, fusco lividus VAILLANT. p. 73. t. 14. f. 1. 2. 3.  
Fungus infundibulum referens, palustris, nigricans BUXBAUM. *Centur. IV. t. 3. f. 1. & forte f. 2.*  
Fungus parvus obscurus, pileolo acetabuli modo cavo, ad oras undulato, coloris sericeo nitore præditi MICHELI p. 149. n. 5.  
Omphalomyces nigricans BATARRA p. 36.

In sylvis & scrobibus non rarus.

Petiolus murinus, fartus, triuncialis, teres. Fungus gregarius. Pileus exacte orbicularis, in centro depressus, speciem exprimens infundibuli, oris concinne repandis, tota cute tecta filis sericeis extrorsum exeuntibus, cum nitore, murinus cæterum aut cinereus, oris nonnunquam plicatis, diametro duarum unciarum, ficus, nec putrescens. Lamellæ breves, non profundæ, albidæ, isabelleæ, inde rubellæ, obsoleto colore, demum murinæ.

\*2450. AMANITA pileo campanulato, castaneus, lamellis subrufis. †  
In sylva *Bruderhölzlein* CL. STÆHELINUS.  
Petiolus albus, aut ceræ crudæ colore, biuncialis, cavus. Pileus campaniformis, tres uncias altus, non striatus, sed plicis cutaneis signatus, eleganter spadiceus. Lamellæ subcarneæ, absque nitore.



- \*2451. AMANITA pileo hemisphærico, murino, lineis rubellis striato. †  
*Annon Fungus pileolo campanulato, desuper obscuro, in vertice levi, reliqua parte sulcato, &c.*  
 MICHELLI p. 163? cui laminæ cinereæ.  
 Iconem pulchri Fungi STÆHELINUS misit, qui circa *Gundeldingen* invenit.  
 Petiolus procerus, albus, sublividus, fartus. Pileus concinnus, hemisphæricus, murini coloris, sed latis lineis, ex albo dilute rubellis, a centro ad ambitum distinctus. Inter eas lineas, & ad verticem pileoli, & ad oram, spatiosa umbrina, parabolica. Lamellæ singulari colore ineleganter carneo.
- \*2452. AMANITA pileolo spadiceo, subviloso, lamellis subrufis. †  
 A 2450 tamen differt.  
 Petiolus fistulosus, albus, vel ex cinereo nitens. Pileolus lenissime convexus, spadiceus, villo adpersus, adeo tenui, ut abstergi possit; cæterum totus siccus, unciali diametro. Laminæ subrufo butyraceo peculiari colore.
- \*2453. AMANITA leoninus, pileo campanulato. †  
 Petiolus gracilis, cylindricus, fartus, albus, leoninus. Pileus convexus, campaniformis, & hemisphæricus, albus, avellaneus, leoninus, fescuncialis. Lamellæ cinnamomeæ, inelegantes.
- \*2454. AMANITA leoninus, pileo conico, lineato. †  
 STÆHELINUS circa *Gundeldingen*, Bernæ etiam legi.  
 Petiolus fartus, gracilis, triuncialis, lineis in spiram ductis striatus. Pileus obtuse conicus, ex leonino terreus, a summo ad imum nigris striis distinctus, & fissilis. Lamellæ terrei aut cinnamomei coloris. Vidi virgatum potius, quam striatum, flavescente pileo, ab imo ad summum subspadiceis tæniis percurso.

V. LAMELLIS CÆRULEIS.

I. ANULATUS.

- \*2455. AMANITA violaceus, petiolo bulboso, anulato, pileo plano.  
*Fungus totus violaceus exitialis* BOCCONE *miss. di. sic.* ad p. 301.  
*Fungus cæruleus major* BUXBAUM *Centur. IV. t. 9.*  
 & *Fungus lividus, pediculo bulboso* EJUDEM *Centur. IV. t. 22.*  
*Fungus esculentus bulbosus, dilute purpureus* MICHELLI p. 149. t. 74. f. 1.  
*Agaricus stipitatus, pileo rimoso, margine violaceo tomentoso, stipite cærulescente, lana ferruginea* LINN. p. 1641. SCOPOLI p. 11. n. 17.  
 SCHÆFFERI t. 3. § 34 & 56.  
 Minime rarus in *Siechenböszlein, Sedelbach, Burgdorffböszlein, &c.*  
 Petiolus junior bulbosus, crassissimus, fartus, in ea ætate araneoso anulo ad pilei ambitum revincitur, cujus non raro vestigia supersunt. Idem sæpe squamosus est. Paulatim petiolus erigitur, semper tamen crassus, & brevis, & fartus. Pileus ex amplissimis, ad pedem usque latus, modice convexus. Laminæ frequentes, multorum ordinum. Hæc omnia violacea, lamellæ etiam maximæ. Pileus facile in terreum colorem abit, violacei tamen quid in laminis manet e).  
 Edulis est f).
- \*2456. AMANITA obscure cervinus, petiolo bulboso, araneose anulato, lamellis extus conspicuis. †  
 Ex grandioribus, passim a me repertus.  
 Totus concolor, obscurius cervinus. Petiolus crassus, teres, brevis, basi pene bulbosa, fartus & solidus. Pileus modice pulvinatus, planus, etiam cavus, ad corii modum tuberculosus, quatuor unciarum. Lamellæ semper exterius aliquantum adparent, & subrubellum aliquid retinent. In fine petioli araneosi anuli vestigia adparent. Ad violaceum 2455. accedit.  
 In coloribus obscurioribus synonyma vix possunt addi, cum ne de colorum quidem nominibus satis constet.

II. NON ANULATI.

- \*2457. AMANITA violaceus, petiolo gracili, pileo convexo. †  
 X x 2 *Fungus*  
 e) Cinnameum habet SCOPOLI. f) *Bresl. Saml. ann. 1719. m. Septemb. p. 348.*

*Fungus caeruleus minor, pediculo gracili* BUXBAUM. *Centur. IV. t. 12. f. 2.* nimis magnus.  
& *Fungus hirsutus, pediculo crasso, capitulo parvo, lamellis subpurpurascens*, EJUDEM  
*Centur. V. append. t. 44.*

Huc forte *Fungi 7. 8. 9. p. 150.* MICHELI.

In sylvis *Sedelbach, Siechenholz, supra Pantigen, &c.*

Petiolus superne gracilis, durus, striatus, fartus, etiam cavus, compressus. Pileolus femunce non major, convexus, etiam campaniformis, non striatus, laminis paucis, crassis, qua ex nota adgnoscutur. Hæc omnia pulchre violacea. Dilutiores colores sunt, & pileolus subtili farina adspergitur, qualis prunis infidet, demum crassior farina ut ficui, quæ marcescit. Et ipse, ut *Coralloides violaceum, & Limodorum*, in terreum colorem elanguet.

β. Inde hujus varietas, pileolo livido compresso, pileo ceræ crudæ colore, & in eo subtilia tubercula, lamellæ subcarneæ, etiam teneræ: totus fungus tener & aquosus.

\*2458. AMANITA obscure violaceus, pileolo conico. †

An *Fungus parvus amethystini coloris* BUXBAUM. *Centur. IV. t. 8. f. 2?*

An *Fungus totus subpurpureus, per vetustatem ad carneum colorem accedens, pileolo exstincto-rii forma* MICHELI p. 150. n. 4? Putes.

Iconem STÆHELINUS misit, & Bernæ legi.

Perexiguus est, petiolo triunciali, pileo conico, laminis numerosis. Diameter vix supra dodrantem pollicis. Color satore cyaneus, ad schisti cærulei colorem accedit.

\*2459. AMANITA violaceus, petiolo plano, striato. †

*Fungus dilute carneus vel incarnatus* VAILLANT. p. 67. n. 46.

Bernæ frequens, im *Siechenholz, &c.*

Petiolus fistulosus, cum tota planta tener & aquosus, triuncialis. Pileus tenuissimus, absque carne, campanulatus, inde umbonatus, & planus, aut modice convexus, ora per tertiam partem latitudinis tenuiter in maturo Fungo striata. Laminæ paucæ, ex violaceo rubellæ (*gris de lin*), in terreum degenerant. Hæc omnia violacea, polline etiam adspersa. Diameter pollicis & ultra.

A priori 2457. striis & teneritate distat, vix satis diversus.

#### VI. LAMINIS VIRIDIBUS.

\*2460. AMANITA totus viridis. †

Petiolus bulbosus, superne angustior, subviridis, laminæ fordide olivaceæ, pileus pulvinatus, viscidus, obscure viridis, caro e luteo viridis, diameter quatuor unciarum.

#### VII. LAMELLÆ OBSCURI COLORIS, LIGNEI, PALMEI, OBSCURI

\*2461. AMANITA ceræ crudæ colore, ora striata. †

Bernæ nascitur.

Totus concolor, ceræ crudæ colore. Petiolo procero triunciali, striis contortis picto, cæterum nitente. Pileo unciali, in medio depresso, ora obpellucens laminas striata.

Iconem non paravi.

\*2462. AMANITA pileo umbrino, lamellis obscure cinnamomeis. †

Minime rarus, & aliquoties depictus. Petiolus fartus, gracilis, triuncialis, sæpe curvulus, villosus, albidus. Pileus pulvinatus, etiam umbonatus, unciam latus, umbrinus, etiam albidus. Laminæ obscure cinnamomeæ. Caro ficca.

Hi Agarici palmei videntur pertinere ad *Agaricon pileo integro, vertice elato aut depresso, lamellis angustissimis* GLEDITSCHII. p. 110.

\*2463. AMANITA pileo umbrino, campaniformi, striato, lamellis obscure ligneis. †

*Fungus pileolo radiato, sive in tenuissimas partes, tanquam radios, usque ad centrum se dividente, fulvo, inferne lamellis obscuris, pediculo crassiori, albo, fistuloso* MICHELI p. 161. n. 3.

Fasciculatim nascitur. In sylvis abiegnis.

Fungus tener. Petiolus gracilis, cavus, ceræ crudæ colore. Pileus hemisphæricus, concinnus, lineis cinerei & saturatoris coloris variis, præter parvum umbonem totus striatus. Laminæ obscure ligneæ, aut umbrinæ. Vidi in medio depresso, & squamulis efflorescentem.

- \*2464. AMANITA minimus, pileo papillato villosus, albo, lamellis lignis. †  
Vix uncialis petiolus, fartus, pileo convexo, umbonato, albo, toto hirsuto, vix tres  
lineas lato. Laminæ lignæ vel obscure cinnamæ.

VIII. LAMINIS CINEREIS, MURINIS.

I. NON ANULATI.

- \*2465. AMANITA cinereo umbrinus, cute striata, lamellis cinereis. †  
*Im Däbblözlein.*  
Petiolus albidus, & ceræ crudæ colore diluto, ad fescuncem altus, fartus. Pileolus  
umbonatus, ex cinereo umbrinus, striatus, non ob pellucentes laminas, sed ob  
plicas epidermidis. Laminæ cineræ, ora alba. Natura sicca, odor spermaticus.
- \*2466. AMANITA pulvinatus, cinereus, petiolo superne farinoso. †  
Junior cinereus est & concolor. Adulto petiolus ceræ crudæ colore, superne farino-  
sus, pileus hemisphæricus leniter umbilicatus, lineatus, aquose spadiceus, lamellis  
ex albo umbrinis. Forte idem priori.
- \*2467. AMANITA cinereo spadiceus, cute striata, lamellis umbrino violaceis. †  
Bernæ  
Petiolus fescuncialis, fistulosus, striis rectis lineatus. Pileus umbonatus, ex cinereo spa-  
diceus, epidermide striata. Laminæ singularis coloris, ad lucis admittæ situm va-  
riabilis, umbrinus, ora alba, cum admisso violaceo colore.  
Horum duorum icones non habeo.
- \*2468. AMANITA cinereus, petiolo crasso & farto. †  
SCHÆFFERI t. 89.  
Passim reperi; etiam STÆHELINUS misit.  
Petiolus albus, brevis, biuncialis, fartus, ima parte crassior. Pileus murinus, etiam  
albidus, pulvinatus, lobatus, biancem altus. Lamellæ murinæ, terrea. Vidi plu-  
res in unum confluisse, ad quatuor uncias altum.
- \*2469. AMANITA petiolo fistuloso, pileo sericeo, spadiceo, cinereo. †  
*Fungus esculentus sativæ cinereus, vel muris domestici colore, farinam recenter molitam redo-  
lens, pediculo crassiore MICHELI p. 147. n. 1.*  
*Fungus late fusco colore VAILLANT. p. 64. n. 22.*  
*Agaricus 25. GLEDITSCHII.*  
An SCHÆFFERI t. 64. lamellis albidis?  
Bernæ & Gottingæ.  
A priori differt petiolo cavo, pileo nitente sericeo villo tecto. Cæterum ex spadiceo  
cinereus est, lamellis cinereis, qua nota a 2385. differt.
- \*2470. AMANITA cinereo spadiceus, petiolo farinoso, fistuloso. †  
Gregarius in sylvis. Petiolus biuncialis ceræ crudæ colore, farinosus, cavus. Pileus  
trium, quatuorve unciarum, ex cinereo subspadiceus, non striatus, lamellæ concolores.
- \*2471. AMANITA fordide ex luteo cinereus, petiolo bulboso, villosus pileo. †  
In sylvis legi.  
Petiolus spadiceus nitens, ima parte bulbosus, lineatus, biuncialis, fartus, villosus.  
Pileus pulvinatus, fordide ex cinereo luteus, lamellis similis inelegantis coloris.  
Diameter quatuor unciarum.
- \*2472. AMANITA murinus, petiolo procerò, pileo late conico, striato. †  
An *Fungus capitulo mammoso VAILLANT. p. 70. n. 1?*  
An *Fungus palustris fuscus, pileo in medio elevato BUXBAUM. Centur. IV. t. 29. f. 1?* videtur  
omnino.  
In pratis circa *Gundeldingen*. Etiam legi.  
Petiolus præaltus, etiam semipedalis, lineis contortis striatus, dilute murinus. Pileus  
expansus, conicus, brevis, concolor, totus præter umbonem striatus. Lamellæ murinæ.  
Accedit, præter laminas, ad 2389. & adfinis.

- \*2473. AMANITA murinus, pileo ovato adtracto. †  
*Bulla verecunda* BARRA p. 56. t. 28. A.  
 Putes exprimi in icone MICHELI t. 81. f. 3. qui est initium *Fungi campanulati*.  
 Ante multos annos iconem paravi.  
 Petiolus gracilissimus, intumescit quasi in nodum villosum, iterumque contractus in apicem pilei de more subit. Pileus villosus, campaniformis, clausus, glandi penis similis. Exiguus fungus fescuncem altus, latus intra unciam, totus murinus.
- \*2474. AMANITA pileo plano, subluteo, ora striata, lamellis umbrino violaceis. †  
*Im Engewald.*  
 Petiolus albidus procerus, quatuor unciarum. Pileus planus, tener, aquosus, centro umbonato, fordide terreus, oris solis striatis, saturate spadiceis. Lamellæ ineleganter ex rufo subvinlaceæ.  
 Eodem loco cum 2467. reperi, & depictum distinxit striis pilei brevioribus, petiolo breviori, lineato, natura aquosa.
- \*2475. AMANITA pileo cinereo semicirculari. †  
*Fungus parvus viscosus, pileo griseo seniorbiculari* MICHELI p. 147. n. 3.  
 J. GESNERUS legit in monte *Uetliberg*, & communicavit. Utique diversus videtur.
- \*2476. AMANITA minimus, pileo & petiolo villosis, albis, laminis obscure ligneis. †  
*An Fungus minimus, acaulos, fere griseus, pileo fornicato, utrinque striato* MICHELI p. 166. t. 74. f. 8? Figura non valde similis, nimis sulcata.  
 In ligno putrescente reperi.  
 Minimus, petiolo vix unciali. Capitulo hemisphærico, striato, quando adultus est. Lamellarum ora albicante ferrata: colore undique murino.
- \*2477. AMANITA cinereus, prolifer, vagina infundibuliformi. †  
*Fungus ramosus parvus albus, pileis in tubum veluti contractis* MICHELI p. 144. t. 79. f. 3.  
 Iconem singularis Hydræ STÆHELINUS misit.  
 Infundibulum cinereum albidum, laminas habet albas, extus conspicuas. In eo infundibulo continetur petiolus flavescens, longe gracilis, deinde dilatatus in simile cinereum infundibulum. Ex eo tum de oris, denique de tumida pariete exterioris infundibuli, sive vaginæ, numerosi Fungi surgunt, biunciali, albo, pedicillo, capitulo duas tresve lineas lato, cinereo, lamellis albis aut cinereis.  
 Initium forte fuerit alterius Fungi.

## II. PETIOLO ANULATO.

- \*2478. AMANITA petiolo anulato, pileo hemisphærico albo, laminis murinis. †  
 Ad *Agaricum VII. GLEDITSCHII*.  
 STÆHELINUS duas icones misit.  
 Petiolus triuncialis, teres, fartus, inde cavus. Pileus hemisphærico profundior, campaniformis, modo levis, modo totus squamis grandibus elevatis asper, piscium cutis similis. In petiolo anulus permanens, membranaceus. Laminæ latæ. Color undique murinus, nisi quod in laminas, inque petioli carnem, flavedo se per ætatem admiscet.  
 Puto eundem esse, quem vidi *im Burgdorffbölzlein*, dodrantalem, pileo plano, fordide albo, lamellis umbrinis.
- \*2479. AMANITA pileo ovato striato, cinereo, anulato, fugaci. †  
 SCHÆFFERI t. 66. 67.  
*Fungus multiplex ovatus cinereus* VAILLANT. p. 73. t. 12. f. 10. 11.  
*Fungus, qui volvam vix egressus* &c. MICHELI p. 189. t. 80. f. 5.  
*Agaricus volva exceptus: pileolo campanulato striato, vertice levi, petiolo anulato, cylindræo, fistuloso, in basin rostratam desinente* GLEDITSCH. p. 89.  
 Petiolus cavus, cylindricus, semipedalis. Pileus campanulatus, circa petiolum contractus, præter umbonem striatus, epidermide in filâ plicata, colore cinereo. Lamellæ cinereæ, similes, in atrum succum tinctorium continuo diffuentes. Anulus tenuis, fugax, absque vestigio evanescens. Fungus totus tener & fugacissimus, gregarius.

- \*2480. AMANITA campanulatus, albus, lamellis subumbrinis, anulo araneofo. †  
Petiolus cavus, anulo araneofo, lamellis subumbrinis, pileo conico, aut campanulato.

## IX. LAMELLIS UMBRINIS.

## I. ANULATI.

- \*2481. AMANITA anulo araneofo, pileo pulvinateo, livide spadiceo, lamellis ex cinereo umbrinis. †

*Im Burgdorffbölzlein.*

Petiolus biuncialis, fatus, albus. Pileus quatuor unciarum, pulvinatus, non striatus, cute urbinde in lineas collecta, colore ex dilute castaneo & livido misto. Lamellæ ex cinereis umbrinæ, anulo araneofo petiolum ad pileum revinciente.

Icone careo.

- \*2482. AMANITA anulo araneofo, pileo flavo, lamellis ex flavo fuliginosis. †

*Fungorum noxiarum genus 22. Spec. H. CLUS.*

*Fungus nostras multiplex, pediculo fistuloso VAILLANT. p. 70. n. 2.*

*Fungus major subluteus, lamellis lividis BUXBAUM. Centur. IV. t. 4.*

*Tabulæ SCHEFFERI LXXX. nisi squamosum pingeret.*

Vulgatissimus ad vias, sepes, & in hortis.

Plerumque fasciculatim nascitur. Petiolus superne subfulureus, levis, cavus, ad ambitum pileoli araneofo lanugine revinctus, cujus aliqui flocci perpetui supersunt. Pileolus junior campanulatus, expanditur sensim, & planus fit, perque oras striatus, fulureus, centro saturate flavo, sed inelegantius: ut tamen etiam totus fuscus & viscidus fiat. Laminæ peculiari colore ex flavo dominante, viridi, & umbrino composito: per maturitatem nigricant, & fuliginosæ fiunt. Caro sublutea.

## II. NON ANULATI.

- \*2483. AMANITA campaniformis, cinereus, lamellis nigris. †

*An Fungus funetarius, pileolo exstinctorii forma, leucophæo, lamellis nigris, pediculo tenuiori, præalto, fistuloso, & superne parti pilei concolore MICHELI p. 157. n. 7?*

β. *An Fungus cespitosus parvus, gracilissimus, pileolo campanulato, ex obscuro fusco, lamellis nigricantibus, pediculo prætenui, vix lineam crasso, & superne parti pilei concolore, MICHELI p. 193?*

*Fungus digitalis STERBEEK. p. 230. n. 92. t. 2. T.*

*Fungus multiplex campaniformis, colore fusco VAILLANT. p. 71. n. 13. t. 12. f. 5. 6.*

*SCHEFFERI t. 14.*

*Hydrophorus oris laceris alter BATTARRA p. 54. t. 27. G.*

In ruderosis & gramineis.

Alias β. cespitose provenit, statura tunc minori, triunciali, pileolo intra unciam: alias α. solitarius, altior, semipedalis, pileolum campanulatum ad duas & tres uncias latum habet. Petiolus semper fistulosus, fragilis, albus & cinereus. Pileus campaniformis, obtusus, cinereus, potius lineatus, quam striatus, etiam glaber. Lamellæ in principio albæ, inde cinereæ, denique nigerrimæ, pollinem nigrum spargunt.

- \*2484. AMANITA pileo conico striato, murino, lamellis nigris. †

*Fungorum perniciosorum genus III. CLUS. p. CCLXXXVII.*

*Lapis mularis gracilis STERBEEK. p. 225. n. 83. T. 25. A.*

*Fungus medius, fuscus, in acutum comum fastigiatus, lamellis ex livido nigris creberrimis DEERING. p. 85.*

*Fungus parvus, pileolo plicatili, cinereus, oris crenatis BUXBAUM. Centur. II. t. 50. f. 2.*

*& Fungus parvus fuliginosus EJUSD. Centur. V. t. 48. f. 2.*

*Fungus murinus totus niger umbilicatus VAILLANT. p. 66. n. 39.*

*SCHEFFERI t. 100.*

*Agaricus XVI. GLEDITSCHII.*

*Hydrophorus cinereus BATTARRA p. 53. t. 25. E.*

In ruderosis, macilentis hortis.

Tener totus & aquosus. Petiolus fistulosus albus, triuncialis & ultra. Pileolus junior conicus, totus plicatus, profunde sulcatus, umbellæ complicatæ similis, per oram lacer, umbone dilute spadiceo, cætera cinereo nitente. Laminae tenerissimæ, juniores ex albo murinæ, inde nigræ, per catem pellucet: maturus fungus explanatur.

\*2485. AMANITA tener, conicus, lacer, cervinus, lamellis nigris †

*Fungorum perniciosorum genus XVI. Spec. III. CLUS. p. CCLXXXII.*

*Fungi multi ex uno pede chypeiformes lutei I. B. III. p. 836. quod ad iconem.*

*Fungus pileolo ex fulvo ferrugineo, & ad centrum usque in plures partes plerumque se dividente, lamellis nigricantibus, pediculo tenuiori, cylindrico, purpureo MICHELI p. 164.*

*Annon & Agaricus MICHELI p. 189. t. 8. f. 5?*

*Agaricus IV. GLEDITSCH. p. 89? sed volvam non vidi, quæ perparva est.*

*Fungus pileo plicatili major BUXBAUM. Centur. II. t. 50. f. 1.*

*SCHÆFFERI t. 66. 67. forte & 68.*

*Hydrophorus oris laceris BATTARRA p. 54. t. 26. D.*

In hortis. Iconem misit STÆHELINUS.

Cespitosus, petiolo procero, cavo, semipedali, albo, vel ex albo purpurascente, fistuloso, lacerabili. Pileolus umbonatus, cæterum planus, per totam latitudinem, præter centrum, striatus, terreus aut spadiceus, per oram profunde lacer. Laminae ex terreo nigricantes.

\*2486. AMANITA niger. †

Petiolo triuncialis, rugosus. Pileus pulvinatus, pene campaniformis, niger, rugosus, subficcus, oris adtractis, laminis nigris. Suspicio potuisse viridem fuisse.

Plurimos Fungos, non facile definiendos, in suis memorabilibus Basileensibus Cl. BRUKER recenset, ut

*Amanitam parvam lamellatam albicantem, sine pedunculo an der Birs p. 572.*

*Amanitam parvulam, pedunculo brevi, crassiusculo, cinereo albicante, pileolo subfusco conico, leviter striato, ad pediculum reflexo p. 173.*

*Amanitam magno pediculo bulbifero albo, pileo conico, cinereo, fusco, lamellis nigra mucagine conspersis in der Kloster-Fuchte p. 575.*

*Amanitam parvulo pileo coniformi, cinereo fusco, pedunculo & lamellis magis pallidis, zwischen der Birsbrücke und S. Jacob p. 575.*

*Amanitam pediculo longo albido, pileo conico & lamellis cinereis, ora crenata Binningæ p. 384.*

*Amanitam parvam coloris cinerei, pileis coniformibus striatis ibid.*

Putaverim inter nostros latere.



) o (

181

---

## ADDENDA

ad Tom. I.

---

Ad p. 3. finemque Hypochoeridis. HYPOCHOE-  
RIS foliis glabris semipinnatis Catal. plant.  
Gotting. p. 421.

Hypochoeris porcellia TABERNAEMONT p. 179.  
Hypochoeris glabra, calycibus oblongis imbricatis,  
caule ramofo nudo, foliis dentato serratis  
LINN. p. 1140.

Radix gracilis, depacta. Folia radicalia glabra, pe-  
tiolo folioso latefcence, pinnis simplicibus, acu-  
tis, triangularibus, ulterioribus majoribus, ex-  
trema quadrangulari. Caules pedales, ramofo,  
fed nudi, præter perexiguas ligulas, sub flori-  
bus, qua fede latefcunt. Fløs erectus, calyx  
Hieracii cylindricus, imbricatus, glaber, aliquot  
squamarum lanceolarum ordinibus. Peta-  
la pallide lutea: squamæ prælongæ, nitentes,  
placentam dividunt. Semina elliptica, acuta.  
Pappus plumofus, longiffime in mediis femi-  
nibus petiolatus; feffilibus in feminibus ambitum  
floris tenentibus. Circa Ferriere.

P. 3. ad notam m.) add. Mala Stomacho Lampfana  
CELSUS L. II. c. 25. Sylvestre olus plus alit  
quam rumex, & ftomacho utilius est DIOSCOR.  
L. II. c. 199.

Ad Tragopogonem 9. Circa Augustam Presoriam  
GEN. DE SAUSSURE.

P. 6. ad finem n. 10. Scorzoneræ extractum  
aquofum, ad drachmas quinque obtinetur ex  
uncia, unguinofum, grato panis melliti odo-  
re. Extractum fpirituofum balsamicum est, fed  
leniffime CARTHEUSER nov. ed. II. p. 448.

Ad Lactucam 15. Lactuca agreffis LOBEL. p. 245.  
Lactuca fylvestris longiori, quam fativa, caule  
est, foliis candidioribus, gracilioribus, aspe-  
rioribus, gultu amaro, viribus papaveris fim-  
ilis, ut etiam lacteum ejus succum cum me-  
conio permiscuerint DIOSCORID. II. c. 130.

Ad Chondrillam. Chondrilla caulibus, foliis, flo-  
ribus cichorii, gummi magnitudine fabæ ha-  
bet in cauliculis DIOSCOR. II. c. 126. vix  
nostra.

Ad n. 21. Sonchus alter teneritatè mollescit, cibis  
expetitus DIOSCOR. II. c. 124. caule angu-  
lofo inani, foliis in ambitu per intervalla dif-  
fectis.

Ad n. 22. Sonchus fylvestrior magnis spinis hor-  
ret DIOSC. ib. ubi repetit eandem descriptionem.

Ad Sonchum 23. Folia radicalia nervo foliofo, in  
origine cordiformi, magnis dentibus & mi-  
nutis serrato, inde lanceolatis, longo acumi-  
ne, pinnis duorum parium retroverfis; a nervo  
iniquè divifis, tenuiter fed duriuscule ciliatis.  
Folia caulina amplexicaulia, hamis acutis, re-

trocedentibus, fuprema acuta & longe lanceo-  
lata. Caulis fummus umbellifer, petiolis ra-  
mofis, cum fummo caule rubiginofis, dum re-  
liquus caulis glaber est. Calyx nigris pilis hir-  
futus.

Ad n. 25. Hieracium montanum angustifolium non-  
nihil incantum C. B. est varietas hujus speciei  
foliis longis, gracilibus, parum dentatis, lana-  
tis, villis copia & brevitate fuperantibus, &  
minus asperis. Ex H. S.

Ad Crepin n. 33. Hieracium magnum caule aspe-  
ro, fubrubro, spinoso: foliis ex intervallis  
rariufcule divifis, per ambitum Sonchi fim-  
ilibus, flore luteo in oblongis capitulis DIOSC.  
III. c. 63. potest esse Sonchus arvensis. Hier-  
racium parvum folia ex intervallo habet, divifa  
in ambitu, cauliculos teneros, virentes, in  
quibus lutei flores in orbem circumteantes emi-  
cant, id. ib.

CREPIS 31 differt a Crepide 30 hamis amplexi-  
caulis folii dentatis, qui in n. 30 nulli funt,  
folisque nervis foliorum hirsutis, etiam gla-  
bris.

CREPIS 33. calyce etiam evidentius hirsuto re-  
peritur, caule vero recto, firmo, bipedali.  
Differt conftanter a 30 & 31 squamis ad bafin  
calycis capillaribus, perpaucis, folisque glabris.

Ad Hieracium n. 36. In plantis SCHEUCHZE-  
RORUM utique fuit cum nomine Hieracii pi-  
mili saxatilis asperi radice prætorfa. C. B. Dein-  
de ejus varietas, foliis radicalibus profunde  
dentatis, longe lanceolatis, caule humiliori,  
floribus minoribus, ad lacum Rivarium lecta  
aderat, cum titulo Hieracii montani hirsuti, ra-  
mofis, parvis floribus. C. B. ut nostrum esse tamen  
adgnosceres ex flavedine & asperitate foliorum,  
cum rubiginofis pilis fummi caulis & petio-  
lorum, demum ex foliis sub divifione caulis  
lucioribus.

Ad Hieracium n. 39. Crepis austriaca culta abit  
in plantam Ruthenicæ perfimilem.

Ad Hieracii 46. varietatem γ. Extremum varietatis  
γ. inter herbas SCHEUCHZERIANAS est, ad  
Lacum Rivarium lecta, foliis prælongis & gra-  
cilibus, pene glabris, modice & rariter dentatis,  
fine lanceolato obrufo, caule pedali, bifloro,  
trifloro. Et tamen est femine nigerrimo, calyce  
nigro, foliis imis subrotundis, ex qua nota fetis  
adgnoscas, quibus fummi caules sub floribus ad-  
fperguntur.

Ad vocem Senecio. Senecio cauliculo est cubitali,  
fubrubro, foliis continuis, per extremitates  
erucæ modo divifis, fed multo minoribus, lu-  
teis floribus, qui celeriter diffuti vaneſcunt in  
pappos; nascitur in maceris DIOSCO. IV. c. 112.  
Post

Z z

- Post n. 62. add. 62\*. SENECIO foliis pinnatis, acutis, floribus umbellatis, calycibus pelviformibus. *Jacobeia ficula Chrysanthemii facie*, BOCCON. *plant. rar. sic. p. 66. t. 36.* satis accedit. *Jacobeia alpina laciniata, flore buphtbahni*, SCHEUCHZER. *plant. sic. In M. Fracto.*
- Peculiaris planta videtur. Caulis sesquipedalis, angulosus, ex summo ramosus, tomento aliquo leviter obductus, Folia lato nervo, pinnata, pinnis linearibus, incurvis, acutis, uno fere ramo, vel paulo pluribus, extrema pinna confluyente, lanceolata, acuta, semipinnata; cæterum aliquo tomento obducuntur. Summa planta, ut *Jacobeia vulgaris*, ramosa, multiflora & umbellata. Sed flores omnium *Jacobeiarum* minimi. Calyx Othonnæ, semiduo-decimfidus, pelviformis, ad tertias in dentes lanceolatos divisus, in basi tomentosus, ut vix ullam ligulam accessoriam habeat. Adeft tamen fere unica, longa, filiformis, quales etiam sunt in ramulo florifero, sub flore. Petala plana, lineata, elliptica, & flosculi numerosi. Othonna fuerit LINNÆO.
- Ad Asterem n. 74. Lugduni ad mœnia CHERLER. Misit Cl. DUCHESNE a JUSSIEVO confirmatum: misit etiam Lugduno Cl. RAST. Est omnino aster n. 78. caule duro, hirsuto, cubitali & altiori, foliis basi amplexicaulibus, lanceolatis, sub floribus hamatis, sed breviter. Flores in summis hirsutis ramis solitarii, grandes, calycis foliis numerosis, gracilibus. Petala numerosa. Deleatur adeo hic numerus 74.
- Ad Asterem n. 77. Vera planta ex JACQUINI stirpibus, foliis est ensiformibus, oris parallelis, semiamplexicaulibus, rigidis, flore erecto, longo, calycis squamis triangulis, adpressis, apicibus parum repandis, virentibus. Deleatur ex civibus.
- Ad Asterem n. 84. Aster atticus cauliculo lignoso, florem in cacumine habet purpureum luteumve, per ambitum divisum, anthemidis modo capitulum, foliis stellæ modo radiatis: quæ caulem ambeunt folia, oblonga sunt & hirsuta, DIOSCOR. IV. c. 115.
- Ad Arnicam 91. post voces Rhætorum alpiibus add. Ab ILL. JACQUINO missus est Senecio Doronicum, planta dodrantalis, tota hirsuta, caule imo folioso, imis foliis petiolatis, ovatis, lanceolatis, obtusis, integerrimis; inde amplexicaulibus, ampliter & rariter dentatis; flore unico, calyce hirto, petalis numerosissimis, lineatis; vera CLUSII planta. In H. SCH. est idem JACQUINIANO Doronicum uniflorum, foliis subulatis, ovato lanceolatis, hirsutis, ciliatis, calyce hirto.
- Ad Bellidem minorem, jusculis bellide temperatis sublatus scorbutus RIEDLIN *Millen* n. 458. & sublata tussis feminæ gravidæ IDEM n. 423.
- Ad Pyrethrum. Pyrethrum DIOSCOR. III. c. 71. non huc pertinet, cum umbellam anethi habeat circinatæ rotunditatis.
- Ad Matricariam 98. *Chrysanthemum atratum* JACQUINI est var. æ. quam virClarissimus distinguit.
- Ad Matricariam 100. Succus fortiori dosi alvum ducit LIEUTAUD *precis de la mat. med.* p. 424. Matricaria bona ad dolores calculi KALM. Matricaria vulgaris carnem diu præservat, ad menses duos, non tamen constanter *Ess. sur la putref.* p. 312.
- Ad Matricariam 101. Parthenium, alii Leucanthes, CELSUS perdicium & muralein vocat: in hortorum sepibus crescit flore albo, odorum, sapore amaro; ad inflammationes PLIN. L. XXI. c. 27. Aliud Perdicium, urceolaris, Parthenium, folio simile est ocymo, nigriori, in tegulis, in fomno monstrata Pericli a Minerva, sanavit senem de tecto lapsum, PLIN. L. XXII. c. 7.
- Ad Chamæmelum 103. Calyx subhirsutus, fuscus, alis flavis, magnis; discus planus.
- Ad n. 104. Chamæmelum sylvestre paulo plus virium habet ad putredinem avertendam, quam hortense, sed neque hoc valde magnas *Ess. sur la putref.* l. 97. 185. Theiforme Chamæmeli infusum post opium optimum in Dysenteria ad tollendos dolores ZIMMERMANN *rubr* p. 100.
- Ad Achilleam 111. summi caules lanuginosi.
- Ad 120. γ. Perexiguum calyce quinquefolio pingit Cel. OEDER. n. 312.
- Ad notam u) Tanacetii 132. Inutile eo in casu expertus est clariss. RAZOUX *Nosolog.* p. 204.
- Ad not. b.) ib. ut tumorem hydropicum dissiparet infusum, *Descr. des plant. usuelles* p. 417.
- Ad Eupatorium, ejus fomento sublatus pedis tumor RIEDLIN *Millen* n. 334.
- Ad n. 140. Petasites apibus gratissima GLEDITSCH. *Abh.* II. p. 139. Vis radice est in extracto aquoso, quod balsamicum, debile, subdulce, amaricans est. Spirituosum habet specificum plantæ odorem, & glutinosum est & amaricans CARTHEUSER *mat. med.* II. p. 452. *Ed. nov.*
- Ad n. 141. Est *Cacalia minor alpina, folio anguloso crassiori* SCHEUCHZERI *herb. viv.*
- Ad Filaginem n. 150. add. ic. *flor. Dan.* t. 352.
- Ad n. 160. de Centaurio alpino fere acaulo vide hæc correctæ ad Cirsium 173.
- Ad Lappam n. 161. In Burgundia folia Lappæ siccæ haberi pro alexipharmaco, & drachmæ pondere sumi Du HAMEL. Radice Bardanæ cum lacte cocta mictus sanguinis cum filamentis, & dolores rheumatici, superati fuerunt. In ancylosi cum melle profuit RAZOUX *Nosolog.* p. 245.
- Ad Carduum n. 162. Est *Cirsium maximum asphodeli radice* H. SCHEUCHZ.
- Ad Cirsium n. 177. *Carduus tuberosus* JACQUIN. caule est aspero, squamis calycinis fuscis, reflexis, bulbis cum magno tubere quasi asparagorum, foliis integris, ciliatis, caule recto ramoso. *Cirsium pratense asphodeli radice* SCHEUCHZERI foliis est cardui turbinati. Carduo tuberoso nostro ima petiolata sunt, ovata, ciliata, incana,



incana, subaspera, caulina ciliato dentata, penè semipinnata, caput in petiolo nudo, mucronibus squamarum recurvis.

Ad Cirsium 179. Est omnino *Centaurium majus alpinum acaulon ferme foliis Verbasci lanuginosis* SCHEUCHZER. H. S. & *Centaurium majus foliis Helenii incanis* H. S.

Ad Cyanum n. 188. Est *Jacea unicanlis foliosa alpina, calyce ex squamis pinnatis composito* H. SCHEUCHZ.

Ad Cyanum 191. Saccharum etiam pulchro caelesti colore tangit DEJEAN. *distill.* p. 128. Aqua florum cyani instillata & inposita, sublata debilitas visus, post cataractam superstes RIEDLIN *Lin. med.* ann. VI. p. 1352.

Ad Calcitrapam 194. Arcanum D. de BAVILLE erat, drachmæ unæ pondere cum vino ad colicam nephriticam sumta. Ea alias nihil profecit BUCHODZ. VI. p. 94. Cortex radicis est ex melioribus diureticis; flores amarissimi in vino infusi febrifugi, tum succus foliorum LIEUTHAUD *Précis de la Mat. med.* p. 408.

Addatur post Rhaponticum

#### SERRATULA.

##### RHAPONTICOIDES VAILLANT.

Huic folia calycinâ lanceolata, absque appendice, qualia sunt in ferratula, quæ species est Cardui.

197. † SERRATULA foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis linearibus, pinnatis, denticulatis, ciliatis.

*Senecio carduus apulus* COLUMN. *Esphr.* l. p. 32. t. 34. *Serratula annua foliis laciniatis, serratis, purpurascens flore* GARIDEL. t. 52.

*Centauria calycibus inernibus, squamis linearibus subulatis, foliis pinnatis serratis* LINN. p. 1281.

In Valesia inferiori Ven. de Coppets prope Branson.

Ex radice annua caules recti, cubitales. Folia omnia subhirsuta, denticulata, ciliata, radicalia petiolata, ovata, reliqua pinnata, pinnis longis rarisque, linearibus, angustis. Flores in summis ramis. Calyx subhirsutus, ovato conicus, contractus, squamis dense imbricatis, lanceolatis, interioribus longioribus, imis ovato lanceolatis, mucrone purpureo. Flosculi trium generum: steriles, bifidi, trifidi, quinquefidi, pallidi, absque staminibus, quorum fere sex numeravi. Secundum genus semen habet imperfectum abortivum, & campanulam floralem perfectiorem, quinquefidam, cum purpureis staminibus, in vaginam consentientibus; Mares dicas. Tertium est genus florum fertiliū paucorum, trium ad quinque, semine maximo; ovato, coronato densa corona ciliorum; superne fuscorum. Flosculi campanula quinquefida, cum vagina staminum purpurea. Setæ latæ, fericeæ: de receptaculo plurimæ, super ovaria eminent.

Ad Succifam 201. ILL. LIEUTHAUD laudat ad dissipandum sanguinem, ex ictu aliquo aut lapsu effusum, infusi vel decocti specie sumtam *Précis de la Mat. med.*

Ad Succifam n. 203. In SCHEUCHZERI plantis caulis fuit cubitalis, firmus. Folia amplexicaulia, longa, graminea, tomentosa. Flos unicus, folia sub flore hirsutula, tamen viridia, flore breviora, & inter flosculos similia; ipsi flosculi argentei, hirsuto tubo, segmentis extus fericeis, in extremis flosculorum ordinibus valde inæqualibus, cæruleis. Semina argento nitentia, corona foliacea per oram striata. Corona superior fetacea.

Ad Scabiosam n. 207. SCHEUCHZERUS habet, caule dodrantali, foliis hirsutis, pinnatis, pinnis parvis, dentibus paucis, extrema pinna maxima, dentata, ovato lanceolata,

Ad n. 210. fin. Valerianæ drachmæ duæ cum cerevisia aut vino coctæ sursum & deorsum purgant LINN. *purg. indig.*

Ad Verbenam n. 219. in convulsionibus infantum sepe appensam nihil præstitisse ROSEN *Kinder-Krankh.* p. 79.

Ad Marrubium 258. Extractum aquosum dat herbaceo subamaro odore, subsalto, minus forti quam spirituosam, sapore amaro CARTH. II. p. 502.

Ad Sideritidis nomen. *Sideritis* inter impositiones in podagra restringentes ARET. *Cur. diut.* II. c. 12.

Ad Betonicam 264. In lacte cocta salutaris est adversus vaccarum morbum, ex victu palustri, & junci noxio genere natum, qui intestina inflamat DEJEAN. *distill.* p. 165.

Ad Galeopsidem 267. Calycis segmenta acuta, summum minus, duo mediocria, duo ima maxima. Flos grandis, galea fornicata, flava; apice ferrata, cæterum angusta. Barba maxima, segmentis lateralibus quadratis, in tumorem ad fauces elevatis, medio lato, emarginato, ferrato.

Ad Lamium 272. Urtica morfu carens Lamium dicitur PLIN. L. XXI. n. 55.

Ad Bugulam 282. Decoctum sanguinem coactum solvere *Descr. des plant. isuell.* p. 55.

Ad 283. *Bugida rubra* SCHEUCHZERI est minor, foliis ovatis, parum dentatis, stipulis maximis, ovato lanceolatis, dentatis, flore parvo.

Ad Utriculariam I. adde stamina tantum bina esse.

Ad Utriculariam n. 291. *Im Gyrennoos* prope Bernam CL. TRIBOLET.

Ad Melampyrum 309. adde Ic. OEDERI t. 305.

Ad Stacheliniam 312. adde, est utriusque *Teucrium* SCHEUCHZ. ex herb. viv. neque Cl. vir Castidam alpinam inter herbas ficas habuit.

Ad Pedicularem 316. Utique in H. SCHEUCHZER. erat nostra nova, cum nomine *Pedicularis alpina filicis majoris folio*, quare dele asteriscum.

Ad n. 32. Est *Pedicularis alpina, folio minori*, SCHEUCHZER. H. S.

Ad Scrophulariam 326. Infusum aquosum amarum,

- rum, extractum ad unam quintam ponderis partem amaricans prunorum odore: extractum spirituofum reque copiosum CARTHEUSER. *nov. ed. l. p. 518.*
- Ad Gratiolam, recens valde purgat, antiqua vix quidquam potest, LINN. *purg. indig.*
- Ad Cymbalaria n. 339. Calyx profunde quinquefidus, segmentis lanceolatis. Flos longus, calcare conico. Labium superius purpureum, bicornue, lineatum, palatum albo luteum, barbæ segmenta tria lanceolata, pallida, cum lineis in origine rubris: sic in tubo floris. Inter palati juga duæ flavæ villosæ lineæ.
- Ad Fumariam 348. Fumaricæ bulbosæ extractum spirituofum amarissimum, acre, subsalsum, acrimonia diuturna. Aquosum valde amarum. Odor in extracto & infuso nullus CARTHEUSER *nov. ed. l. p. 516.*
- Ad Melilot. n. 362. Meliloti aqua aliquantum obfolevit, ceterum optime subit miscelas spirituofas, quibus ad odoramenta utimur: plantæ siccæ suavior odor est DEJEAN. *distill. p. 149.*
- Ad Trifolium 374. Repertum a GEN. DE SAUSSURE ann. 1767. à *Conche sous Champé aux bords de l'Arve*. Calyx tubulosus, hirsutus, segmentis ciliatis, superioribus maximis, mediis mediocribus, imo longissimo. Flos rosei coloris, valde strictus. Vexillum petalis reliquis longius, sine ovato distinctum, longe petiolatum. Alæ acutæ hamatæ, carina longiores. Carina brevior, ovata: cum alis coaluit.
- Ad Medicam 381. flore vere integre violaceo legi circa *Fontanai*.
- Ad Medicam n. 382. Ex radice dentifricia parantur BAUME *Dent. de pharm. p. 733.*
- Ad Astragalum n. 404. Ad hunc ordinem pertinet *Syriacus* LOBELII qui nobis 415.
- Ad Astragalum 408. In H. S. erat cum nomine *Astragali, caule ramoso, flore ceruleo glomerato, & iterum cum nomine Astragali Monspeffulani.*
- Ad Astragalum 414. Est *Astragalus alp. foliis caulis & floribus longis in capitulum sphericum congestis* MICHELI ex H. SCH.
- Ad Astragalum 415. Fructus anno 1767. repertus, hirsutus, brevis, turgidus, triquetrus, hinc planus, quasi emarginatus, inde duabus hedris, tamen unilocularis, septo & valvis introsum tractis facto, polyspermos. Ad ordinem II. pertinet.
- Ad Viciam 430. In fativa flores gemini. Glandula Linnæana inter germen & calycem intra vaginam, in sede ei opposita, in quam tuba curvatur. Hæc plumosa, sine rectangulo.
- Ad Hesperidem 448. Est *Pannonica* JACQUINI. Ei siliquæ distantes, paucae, articulatæ, ovatæ. Isthmus & cornu gracile.
- Ad Erucam 458. Siliquæ strictæ, congestæ, plurimæ, graciles, fuscæ, acie utrinque inter convexas facies intercepta, iis faciebus leniter a tumore feminum notatis. Ad sepem Valericiæ Gen. DE SAUSSURE.
- Ad Cardaminem 472. Omnino emendandus est error in Cardamine hirsutiori commissus, quo cum nomine, alios Cl. viros secutus, duas diversissimas plantas conjunxi, utramque indigenam. Cardamine nempe 472. β.
- Cardamine IV. Dalech Lugd. p. 659.*  
*Nasturtium aquaticum minus C. B.*  
*Cardamine Sylvestris minor Italica BARRELIER. ic. 755.*
- Quæ eadem Rupe nascitur, & circa *Moutru*, & *Basilicæ*, in pratis udis, multis modis a Cardamine 472. differt. Folia ejusdem ima satis consentiunt, & siliquæ, & flores exigui, super quos siliquæ aliquæ emergunt. Differt autem insigniter caule glabro, foliis multo minus numerosis, quorum inferiora utcumque latiuscula, tamen valde stricta sunt, si cum 472. comparaveris, & denique linearia, præterea firmiora. Hercynicæ pene omnia, supremis exceptis, lata sunt, rotunda, parvissime dentata, extimum latissimum, caulis constanter hirsutus. Denique hercynica florem majorem, & in eo sex stamina habet, neque brevioribus illis destituitur, ut nuper Cel. GRIMMIUS monuit: nostræ sunt quaternæ.
- Nomina ergo novare oportet, estque 472. CARDAMINE caule foliisque hirsutis, pinnis subrotundis.
472. β. vero CARDAMINE tetrastemon, caule glabro, foliis subhirsutis, imis subrotundis.
- Ad Cardaminem n. 474. In Norvegia semper hirsuta est GUNNERUS. Magna glandula ambit stamen minus, alia extra stamina majora ponitur, ut sint quaternæ: stylus simplicissimus. Petala subferrata.
- Ad n. 475. CARDAMINE alpina, foliis latis, teneris, longo pediculo infidentibus SCHEUCHZ. *It. VI. p. 454.* In H. S. SCHEUCHZER. Folia radicalia & caulina in longis pediculis, quatuor unciarum. Pinna prima minima, fere capillaris, deinde duæ majores, in ultimo petiolo tres vicinæ pinnae, subrotundæ, peramplæ. Caulis tener, dodrantalis, spica floralis defloruit. Siliquæ 14. longe petiolatæ, pergraciles, sine acuminato, aciculæ simili. Potest tamen trifolia esse.
- Ad Cardaminem n. 475. JACQUIN. Caulis reptans, folia radicalia lobata, obiter ferrata, in caule vix ulla. Siliquæ latiusculæ, planiusculæ, acute lanceolatæ. Calyx ovatus, petala multo majora, alba.
- Ad Sifymbrium 482. Nasturtii aquatici fucus ventriculo gravis est, ut etiam vomitum cieat RIEDLIN *millen. n. 198.*
- Ad Sifymbrium n. 483. Vereor ne sit insectorum opus.
- Ad Sifymbrium 484. Petala petiolata, bractea ovata, staminibus brevioribus, stigma bicollis: glandulis minimis, siliqua gracili, compressa, polysperma, feminibus turgente.
- Ad n. 486. Sifymbrium aquaticum raphani siliqua breviori aux *Trulleries de Grandson au bord du lac, à Anet, GAGN.* Ad

- Ad Drabam n. 459. *A la Para* vallis Ormondæ varietas lecta est, Bursæ pastoris similis, tantum subhirsuta, cætera viridis. Radicula unica, longa, teres, quæ annua videtur. Cauliculi cespitosi, collecti. Folia ima petiolata, ovato lanceolata, tridentata, oris ciliatis: folia caulina lingulata. Calycis folia ovata, conniventia, duo deorsum gibba. Petala petiolata, ovata, alba, Stamina sex, cum maxima glandula circa stamen minus. Fructus junior conicus, turgidus, polyspermos, septo valvis parallelo. Tubus brevis, subrotunda, hispida. Maturior fructus ovato similis, sed lineis orarum magis parallelis, subhirsutus, tumidus; semina compressa, ad decem in uno loculo.
- Ad Nasturtium § 13. Pro eo Myagroides SCHEUCHZERI in H. S. habent.
- Ad *Fraxinum*. Ex ligni Fraxini decocto CLERON morbos chronicos curabat BUCHODZ VI. p. 201. Fraxini cortex multo debilior Cortice Chinæ. Aqua surculorum viridum ad ignem exstillans ad sordiditatem utilis est, in meatum auditorium data LIEUTAUD *precis mat. med.* p. 736.
- Ad Veronicam § 46.  $\beta$ . optima icon OEDER t. 342.
- Ad Stellariam § 54. Repetii 1767. Folia superne parva, lanceolata: flores supremi mares, longo stamine fiunt: inferiores habent fructus explanatos, quatuor sulcis inscriptos, cum duabus tubis incurvis.
- Ad Violam § 58. Syrupus violarum gratissimas est, sed rarus & magni pretii DELEAN *distill.* p. 455.
- Ad mortes ex Belladonnæ baccis n. § 79. Inflammatus ventriculus & intestina, vasa omenti & hepatis prætumida. Pelliculæ in ventriculo. Magna symptomata etiam a tribus baccis ZIMMERMANN. in lit.
- Ad Verbascum § 81. Norwegi ad phthisin utuntur *Druntheim gesellsch.* T. III. p. § 12.
- Ad Verbascum § 82. valde incerta civis, quam fatius omittas.
- Ad Auriculam § 13. *Auricula purpurea* SCH. hæc fuit.
- Ad Menyanthis efficaciam p. 280. not. p. Habet exemplum RIEDLIN LIN. t. VI. p. IIII. IIII.
- Ad Gentianam § 52. Est *Gentianella omnium minima* H. S. S. In Glacialibus *Valsorey* SAUSURE. Pedunculis longis accedit *Gentiana Islandica* § 18. OEDERI, sed icon omittit ornamenta faucium.
- Ad Gentianam § 53. Similem sed quinquesido flore habet OEDERUS t. 317.
- Ad *Plantaginem* § 56. Huc pertinet *Plantago alpina folio angusto longo nigricante* BOCCONE *mus. di piant.* p. 22. t. §.
- Ad Caprifolium § 76. Baccæ duæ, alias distinctæ, alias in unam transversim latam nigramque baccam confusæ, & semididymæ: pro umbilico punctum habent, circa peralum vero vallem laceris oris exceptam. Semina 9. 10. in una bacca ad 20. adeo & ultra in fructu. Succus violaceo colore, sed inconstante & livescente, tingit.
- Ad Campanulam 700. *Campanula linifolia flore unico pentagono grandi* H. S. S. est mera varietas.
- Ad 702. *Campanula alpina floribus juxta caulis longitudinem paribus, singulis prolongis pediculis insidentibus*, MICHELI in H. S. S. hujus est varietas.
- Ad Campanulam 703. Angusta calycis segmenta quæ sequenti lata.
- Ad Rubiam 708. Rachitis superata infuso Rubiæ LEVRET *abus des regles gener.* p. 24.
- Ad 713. Est *Gallium alpinum floribus albis velut in umbellam dispositis*. H. S. S.
- Ad Libanotiden 745. Daucus creticus cum vulgari dauco & carei semine subit potum spirituosum *eau Nuptiale* DELEAN *distill.* p. 324. 325.
- Ad Daucum. *Eau de Vestale*, gratus & odoratus potus, fit ex folis feminibus Carotæ, addito tamen o'eo essentiali limonis & ambræ DELEAN *distill.* p. 358 369.
- Ad Oenanthem 756. Radix cylindrica, folia ima tamen trilobata & subrotunda, latiuscula, proxima elliptica, suprema peucedani. In H. S. S. fuit cum nomine *Oenantes ramose angustifolia* C. B.
- Ad Coriandrum. Coriandri spiritus habetur & aquam melissæ subit, idem vix dat oleum essentiali, sed multum spiritus volatilis DELEAN *distill.* p. 256.
- Ad Analysin Cicutæ. BAUME *Elem.* p. 755. sqq. Libræ duodecim dederunt aquam odore plantæ suæ gravem, cum nonnullis olei globulis, cæterum fere insipidam: in residuo iridis colores fuerunt, & extractum dedit salinum. Ipsi plantæ viridis extractum coit in grumos virides: liquor spissatus salem rufum depofuit; sal essentialis crystallinus flammam concipit, & relinquit alcalinum lixivium.
- Ad Cicutam p. 331. suprem. Cl. TARTREAU *epist.* p. 53. Cicutæ in cancro mammæ pus bonum reddidit, absque dolore, donec tota mamma consumta esset; & sanies redibat, quoties usus cicutæ interrompebatur, denique ægra hydroptica periit p. 58. Ulcus cancriforme colli purulentum cicutæ extr. perfecte sanavit cum 40. grana bis de die fumerentur -- dedit vir Cl. p. 55. ad gr 80. ter de die. P. 61. Vomica purulenta, fætida, sanata est cicutæ extracto, ad semidrachmam bis terve de die dato, cum diætâ lactea. P. 62. tota familia herpetica lepra adfecta Cicutæ sanata est. P. 65. & puer ulceribus tibis laborans, cum mercurius sublimatus nihil profecisset. P. 66. 67. scirrhii varii, & p. 68. tussis sicca cum febricula drachmis duabus in diem datis, & p. 74. juvenis

- juvenis strumofus ulcerata parotide laborans Cicutā fanatus est, ut tamen fistula superesset. Uteri scirrhus ulceratus extracto cicutæ superatus gr. 25. in diem datis CLOSS. post variol. o. 25. Cl. HARTMAN. de Cicut. merc. sublim. &c. sæpe extractum ad quadraginta in diem grana dedit, in testiculo venereo scirrhufo, in viscerum scirrhis, in spina ventosa, utiliter, ut in 75. rebellibus morbis spei responderit. Vis est in spiritu acido volatili.
- Ad felices etiam Cicutæ successus pertinent experimenta Ill. SULZERI, qui extracto in glandulis induratis, scrophulosis, in phimosi scirrhescente, in glandulis mammarum scirrhosis, in mammae scirrho, & in teste indurato maximo feliciter usus est. N. A. N. C. Vol. III. obs. 40.
- Ad Cicutam ad p. 341. imam. Sæpe absque utilitate data Cicutā TARTREUX, HIRSCHEL beytrage p. 49.
- Ad Selinum 801. Prope lacum *les Brenets*, & in parochi prato prope oram agri nascitur. Radix maxima, pollicaris, teres, ramosa, anulata, alba. Caulis crassus, glaber, quadrangulus. Umbella tenera, subrubra, involucri ultra umbellam eminente. Plura hoc anno 1767. obtinere non potui.
- Ad Sphondylium 809. Sphondylii infusum spirituosum amaricat, extractum melleo odore est, & dulcamarum. Infusum aquosum plantæ odore subamarum, extractum subaulsterum, inertius. CARTHEUSER. II. nov. p. 494. 495.
- Ad *Hydrocotylen* 812. Acris planta & noxia, in ovibus cruentam urinam & inflammationes facit GLEDITSCH. *Abhandl.* T. III. p. 362. 369.
- Ad Ribes nigrum. Non dudum DEIEAN ratafia, sive saccharati aquæ vitæ genus, ex *Cassis* multo in usu fuisse; etiam nunc parari foliis infusis in vini spiritu, addito saccharo: fieri etiam cum fructu maturo scribit *destill.* p. 417. sqq.
- Ad Ribes 820. Syrupus grossulariæ potum gratum ætate præbet DEIEAN *destill.* p. 451. sqq.
- Ad Rhamnum 823. Sculptus existat noster t. 40.
- Ad *Corrigiolam*. Icon OEDERI t. 334.
- Ad n. 861. Alfine COLUMNÆ pertinet ad priorem n. 860.
- Ad Alfinem 866. Alfine fegetalis habet calycem acutissimum, lineatum, caules subnudos, foliis superioribus lanceolatis, imis linearibus H. SCHEUCHZER.
- Ad n. 876. OEDER. t. 34. foliis longioribus.
- Ad Saponariam 908. Utraque pars activa, resinosa acrior: Infusum nausosum penetrans, extractum balsamicum, amaricans, subdulce, acre, ut pimpinellæ radix. Spirituosum simile est, & actius CARTHEUSER. *nov. ed.* P. I. p. 448. 449.
- Ad 949. Ulcus antiquum sanatum, cum adspargeretur pulvis foliorum ficcorum *Sempervivi Deser. des plant. usuell.* p. 182.
- Adde descriptioni Sedi 950. Folia albida, pene pentagonia, spicæ etiam quinque, & sex, petala etiam quatuordecim. Elastra brevissima ad siliquarum basin ponuntur.
- Ad Saxifragam 986. Varietas notabilis *aufm Ried zwischen Sarnen und Stanz* valde ramosa, caule pene dodrantali, foliis trilobatis, lobis integris aut bilobatis GAGN.
- Ad Saxifragam 989. Iconem bonam dedit OEDERUS t. 348.
- Ad Agrimoniam. Extractum aquosum minus aulsterum, spirituosum magis CARTHEUSER *Ed. nov.* P. II. p. 300.
- Ad Epilobium 995. OEDER. t. 326.
- Ad Epilobium 997. OEDER. t. 347.
- Ad Epilobium 999. OEDER. t. 322.
- Ad Vaccinium n. 1022. bacca quadrilocularis, femina exigua, ovata, compressa.
- Ad Oxycoccum n. 1023. Bacca saturati coloris, compressa, quadrilocularis, loculis triangulis. In quolibet loculo femina aliquot, parva, subrotunda. Cum hydromelle fermentate baccae saporem gratum addunt: earum acor post nives gravior est CLERC *hist. natur.* p. 429. In Hercynia etiam sylva saccharo condiuntur, aut aceto, & ægrotis propinantur, tum in morbis pituitosis pectoris ZUCKERT. *Naturgeschichte des Oberharzes* p. 288.

## ADDENDA

ad Tom. II.

- Ad Cistum 1034. *Helianthemum serpyllifolium* JACQUINI non est nostrum, habet enim calyces leves. Nostrum est *Cistus suffruticosus*, procumbens, exstipulatus, foliis oppositis, pilosis, ciliatis, floribus racemosis p. 93. n. 26.
- Ad Tithymalum 944. Lathyrus folia multa habet, lactuce similia, aut capparidis, quæ cum exaruerint, oriuntur grana piperis mole, candida, dulcia: facilis purgatio PLIN. L. XXVII. n. 71. Tithymalus genus herbe acerrimæ, qua Lacon pungebat palpebras ad lippitudinem SUIDAS L. III. p. 468. Cataputiae minoris grana 7. 8. purgare, vel 20. absque folliculis MIZALD. hort. med. p. 137. Tithymalum nostri vocant herbam lactariam, alii lactucam caprinam, manat lacte PLIN. L. XXVI. n. 39. Limaces cataputia cocti diarrhæam faciunt BOCCONE Mus. di. p. 145. Succum Tithymali per incisionem educi, & in vasa colligi THEOPHRAST. L. IX. c. 8. Ἰππομαυόνες ex τιβυμαλω fit ID. L. IX. c. 15. Succo Tithymali se purgant Colchi LAMBERTI relat. p. 56.
- Ad Tithymalum 1045. Characias foliis oleæ, ramis digitalis crassitie, altus ad 5. 6. cubitos PLIN. L. XXVI. n. 39.
- Ad Tithymalum 1047. Quintus T. cyparissias a foliorum similitudine, caule gemino aut triplici, vis quæ helioscopii PLIN. L. XXVI. n. 43. Cyparissias helioscopio valentior, folia arida ad semper oxybaphon purgant RUFUS. Mors a Tithymalo, (quo?) pro mercuriali in clystere adhibito LA MOTTE obs. 36. Esula parva melior, radiculis exiguis, hujus corticem MESUE commendat 736. Cerevisia Dantiscana alvum ducit, quia inter lupulum plurima esula nascitur PONTANUS. Esula foliis Taxi RIV. pene lethaliter in pulvere purgavit GLEDITSCH. meth. p. 41. Sal habet pyramides hexagonias, prismati hexagonio insistentes (nitrum) BELLIN. gust. org. p. 81.
- Ad Tithymalum 1049. Peplis, fyce, meconion, ex una radice tenui fruticat, foliis rutæ γ, paulo latioribus. Semina sub foliis rotunda, minora, quam papaveris albi: alvum solvit PLIN. L. XXVII. n. 93. An huc an ad paraliolum.
- Ad Tithymalum 1050. Τιβυμαλλος ἡλιοσκοπιος omnium debilissimus, ducit pituitam, bilemque. Succus validior, tunc semen, deinde folium RUFUS. Quintum genus Tithymali helioscopius, foliis portulacæ, ramis 4. 5. a radice stantibus, rubris, succo plenis, semipedalibus, semine albo; purgat PLIN. L. XXVI. n. 42.
- Ad Tithymalum 1052. Tithymalus myrsinites f. myrti acutis, pungentibus, foliis mollibus, etiam necem dat PLIN. L. XXVI. n. 40. Non nostrus.
- Ad Tithymalum 1053. Tithymalus 6. platyphyllos, alias amygdalites, brevia folia habet & latissima: purgat PLIN. L. XXVI. n. 44.
- Ad n. 1055. Tithymalus paralius folio rotundo; caule palmari, semine albo, ramis rubris PLIN. L. XXVI. n. 41. fabæ magnitudine semen ad dimidium acetabulum sumtum purgat PLIN. L. XX. c. 19. Idem puto locus, qui RUFUS.
- Ad Nymphææ characterem. Alia in Ægypti flumine Κεφα rosis similia fructu: in alio folliculo ex radice adnascitur locusus favo vesiarum similis (fructus): in eo ut olivæ nuclei, esculenti, nascuntur HERODOT. L. II. p. 361.
- Ad Actæam 1076. Calyx bifolius, foliis ovatis, cavis. Petala exteriora subrubella, magis cava, acuminata, caduca, alba. Petala interiora tria, quatuor, perparva, staminibus æqualia, ovato lanceolata, quorum petioli cum ætate crescunt.
- Ad locum natalem Amygdali 1078. adde Val d'Aoste sub m. S. Bernhard. In Persia eadem nascitur, non eadem cum dulci quæ altior FRYER. trav. p. 242.
- Ad Prunum 1080. Vim non esse in aqua destillata, neque in destillato cum vino spiritu STAHL mat. med. p. 342. 343. neque in aqua florum Filix. Florum pruni manipulus in vino infusus commode purgat LINN prog. indig. aut cum pulve coctorum RIEDLIN. muen. n. 671.
- Ad Prunum 1081. Prunus insititia HUDSON. Arbor magnitudine pruni domesticæ. Rami leves, annotini fusco rubri: ramuli in sylvis & sepibus spina acuta terminati, in hortis & cultis innocui. Folia ovata, serrata, superne subglabra, inferne villosa. Stipulæ lineares, acutæ, ciliatæ. Petioli gemelli, calyx & flos pruni domesticæ. Fructus rotundus, pruno domesticæ dimidio minor, niger vel ex luteo albus. In exemplo HUDSONIANO, quod idem est cum nostro, folia ovata, latiora quam in sylvestri Pruno 1080. brevia, subhirsuta, non villosa, minute serrata. Petioli duarum linearum, calyx expansus. Petala ovata.
- Porro ad ramos a Cel. TSCHIFFELIO missos, circa Kilchberg nascentes. Folia ovata, serrata, subhirsuta, spinæ nullæ, flores fere gemini, in petiolis robustis, sub foliis nascuntur: calycis segmenta ovata, rugosa, ciliata: stamina expansa 19. & ultra. Petala ex brevi petiolo patula, alba, subrotunde incisa & cordata: tuba curva, stigmatate latiusculo. Tres stipulæ siccæ ad basin petioli florigeri. Campanula calycis glabra, filamentorum staminum origo latiuscula: spinæ paucae, valentes, folia glabra, ovato lanceolata, crenata. Cortex hirsutus.
- Ad Mespilum 1089. Elfebeeren CRAMER t. 17. Ic. OEDER. t. 302. β. & t. 301 quam a nostro separat: nostra tamen Mespilus foliis incisis non est nisi varietas, quam etiam totam calvum

A a a 2

calvum

- calvam habeo. De boreali planta non pronuntiaverim. Lignum firmum figuram non mutat, ad librarum brachia laudatum.
- Ad Mespilum 1094. Folia ovata, hirsuta, ciliata, etiam ferrata. Flores solitarii, petiolo brevissimo. Fructus involucro sericeo, pene totus separabilis: calycis segmenta lanceolata. Petala alba, breviter petiolata, inde dilatata, emarginata, undulata, magna. Stamina 28.29. Tubæ quinque, cornubus crassis, una sola, duæ & duæ coherentes.
- Rosam 1104. denique Genevæ Gen. de SAUSSURE reperit, vere a canina, aque reliquis diversam. Fruticulus firmus, humilis est, ramosus, multiflorus, qui caninæ decempedalis. Pars infima spinis libera, suprema spinis horrida, deorsum spectantibus, parum incurvis, longis, gracilibus, & fere cylindricis. Stipulae maximæ, in dorso hirsutissimæ, ferratæ, rubris glandulis adpersæ. Petioli florales pilos fortiores habent, glanduligeros. Folia inferius quinata, superius ternata, duriora & crassiora, quam caninæ, & rotundiora, subtus tomentosa: dentes aristati, in basi latiores, minus longi, minus acuti, minusque curvi, & minus repetito ferrati. Petioli foliorum pleni robustis pilis & globuligeris. Pedunculi floriferi, germina, calyx glandulis exuberant. Calycis folia demum post petalorum delapsum reflexa, plena pilis robustis, fuscis: appendicibus simplicibus, vel unica pinna ornatis, ora plena pilis globuligeris, sine appendicibus elliptico. lato, lanceolato. Petala majora quam caninæ, minus emarginata, colore & odore magis intensis. Tubæ lutæ sessiles, stigmatibus pene quadrangulari.
- Ad n. 1109. In Leucophlegmatia appetitus Rubi nigri felicissimum effectum habuit, urina largè mota CLERC *hist. natur. de l'homme* p. 75.
- Ad Rubum 1111. Petala potius angustiora quam calycis segmenta, alba, elliptica.
- Ad Fragariam 1112. n. 6. *Preslinge*. Caules floriferi rubentes, hirsuti. Calyx segmentis angustioribus expansis, latioribus, ad fructum contractis. Flos patulus, petalis rotundis, stamina 20. Tubæ rectæ innumerabiles.
- Ad Fragariam 1112. n. 8. Fragaria fragifera absque flagellis, foliis extus sericeis, caule & calyce hirsuto, fructu piloso, intus rubri coloris, unde calyx rubet, sapore valde diverso. Biennæ in calidis petrosis Juræ.
- Ad Fragariam 1116. In Herbario SCHEUCHZERIANO cum nomine Fragariæ Helvicæ non ea planta fuit, sed alia Sibbaldiæ folio tridentato, ab ea diversa flore in pediculo nudo, unico, supra folia elato, multo majori, petalis cordatis calycem superantibus.
- Ad Clematidem 1114. Flores perparvi, petala lanceolata, subhirsuta, viridia.
- Ad Atragenen 1145. Sed utique nostra scandit, ut nunc in optimis exemplis vidi.
- Ad Anemonen 1153. Ab Anemones Nemorensis incauto pastu boves ininexpertæ hæmorrhagia per anum & lotium erumpente pereunt LINN. *us. hist. natur.* n. 20.
- Ad Ranunculum 1158. Omnino recte de SCHEUCHZERI planta.
- Ad Ranunculum n. 1179. Inter herbas SCHEUCHZERI fuit aliquantum diversus, foliis in caule ex ordine quatuor, ovato lanceolatis, amplexicaulibus, petiolo florali longe nudo. Flos parvus videtur.
- Ad Trollii characterem. Trollii femina duplici utique ordine in folliculo ponuntur, ovato triquetra, numerosa. Caulem ramosum habeo. *Trollius humilis fl. patulo* BUXBAUMII habet nectaria longitudine petalorum LINN. *philos. bot.* p. 248.
- Ad Aconitum 1197. Inter staminum ungues & petala inferiora 4. & 5. styli, nigri, patuli.
- Ad Aconitum 1197. Napelli flores masticati formationem relinquunt, late per linguam repentem, & una caput quasi a diademate premuntur, aut vinculo, & membra semisopita languent. Vinum tamen cum tota planta maceratum, & destillans cum ea vini spiritus, non stupefaciunt *Journ. d'Agric.* 1765. May.
- Ad Veratrum 1204. Flores mares hexastemones, filamentis longis, basi latioribus, petalis ciliatis, ejus generis flores duos numeravi. Hi supremi. Feminini flores sunt siliquis tribus, conglutinatis, tuba recurva, seminibus in quoque loculo bino ordine dispositis: in quoque femina numeravi sex.
- Ad Phalangium 1213. & 1214. Posterius Basileæ vulgo in fegetibus provenire. Prius in sylvis nonnullis, rarius tamen LA CHENAL.
- Ad Allium 1218. Infra Neudorf in dumetis IDEM.
- Ad Allium 1227. *γ*. *Cepa juncifolia minor purpurea* SCHEUCHZ. in H. S. est nostra planta.
- Ad 1230\*. HEMEROCALLIS foliis ensiformibus, scapo paucifloro, petalis lineatis, undulatis. *Lilio Aphodelus phœniceus* LOBEL. ic. 93. GARIDEL t. 61. *Hemerocallis corollis flavis* LINN. p. 462. In pratis inter *les Posset* & *Fenalet* Ci. RICOU. Radices longæ, teretes, cylindricæ, folia radicalia ensiformia, plana, origine angustiori, inde lateſcentia & longe lanceolata. Caulis firmus, cavus, tripedalis, stipulae lanceolatæ, fuscæ. Summa pars caulis ramosa, flores terre octo. Eorum tubus longus, ex ovario eductus, quod comprehendit, inde lateſcit; petala in universum rectis, sed undulatis, lineis percurſa, ex flavo fature rubentia.
- Ad Liliū 1231. Flores lili non debent in oleo contabescere, quod fetidum fieret & noxium. Subinde oportet novos in oleum flores dare *Descr. des plant. usuel.* p. 206. Aqua stillatiſſima lili albi duplex, & quinta Essentia supernatans, describuntur apud DEJEAN *distill.* p. 102.
- Ad Polygonatum 1241. Infusum aquosum amarum grate balsamicum, extractum amarum balsamicum

- eum. Tinctura spirituoſa amara: extractum mellis & cere odore amarius *CARTHEUSER. ed. nov. II. p. 510.* Odoramenta ad capillos ſubit *DEIEAN diſtill. p. 436.* Folia ante follicitum flavo tingunt *GUNNER p. 68.*
- Ad Hyacinthum 1278. Saccharum pulchro colore caeleſti tingit *DEIEAN diſtill.*
- Ad Epipactin 1299. Huc icon *OEDER. t. 345.*
- Ad n. 1301. Nuper detectum eſt, ex Ari feminibus bonum panem coqui poſſe, ſi acrimonia expurgata fuerit. Ex radicis tamen Kulkas uſu fluxus ſanguinis *NIEUHOF edit BARROW T. VI. p. 139.*
- Ad n. 1304. Sparganium natans eſſe, quod pro *VALISNERIA* habuerat, *Cl. LA CHENAL.*
- Ad n. 1318. Baſileæ vulgo naſci *Cl. LA CH.*
- Ad n. 1320. Circa Mülhuſiam & ad pedem m. *Balloſe* ſe legiſſe *LA CHENAL.*
- Ad n. 1344. Perſuadetur vir *Clar.* ſola ætate differre. Mihi æque perfectæ exempla videntur, quæ minima.
- Ad Caricem 1364. Iconem dedit *OEDER. t. 308.*
- Ad n. 1382. *B.* Vere omnino differre perſuadetur *Cl. LA CHEN.*
- Ad n. 1383. dele locum natalem Baſileenſem.
- Poſt 1389\*. *CYPEROIDES* alpinum pumilum *Caryophyllatæ* foliis ad radicem confertis, *SCHUCHZER. H. ſicc. Folia* lata, glabra, ad duas lineas. Spica ſæpe unica, ovata, glumis ovato lanceolatis ſpadiceis, oris albis. Accedit non ſemper altera ſpica feminina, erecta, pauciflora, ſature ſpadicea. Differt a *Saxatili* foliis latis. Caulis vix palmaris.
- Ad n. 1405. Baſileæ vulgo *Cl. LA CH.*
- Ad Secale 1425. Morbus ex Secali corniculato convulſivus artuum fiebat, ut ne digitos quidem recte extendere poſſint, neque flectere. Una vertigo aderat, & deliria. Clavi plus dant farinæ, quam bona grana, & ineſt iis aliquid etiam magis inebrians, quam opium: panis inde fetidus paratur, & ſpiritus valde inebrians,
- COTHENIUS in SCHREBERI Saml.* Amiferunt aliqui digitos manuum pedumque, etiam artus. Præcedit laſtitudo diurna, ſequuntur artuum frigora, tunc ſtorpor & inſenſibilitas, & tamen maximus dolor, noctu cum calore ingraveſcens. Denique gangræna accedit *LANG.* De eadem gangræna *Mem. præſentis T. II.*
- Ad Triticum 1428. Baſileæ vulgo provenit *LA CH. & 1432. ID.*
- Ad Feſtucam 1445. Baſileæ naſcitur.
- De Poa 1454. dele locum natalem Baſileenſem.
- De Poa 1493. Suſpicatur vir *Cl.* pertinere ad 1487.
- Ad Bromum 1501. etiam ariflis recurvis reperiri *ID.*
- Ad Bromum 1503. Baſileæ vulgarem eſſe.
- Ad Bromum 1507. in pratis *Onobrychide* confectis frequens.
- Ad Arundinem 1515. Arundinis radix decoctur datur ad menſes pellendos & lochia *LIEUTAUD Précis mat. med. p. 390.*
- Negat *IDEM* Hordeum 1538. Baſileæ provenire. Sed *Alopecurum* utique 1539.
- Ad 1597. Acetofæ libra una dat drachmas ſeptem boni ſalis eſſentialis, olei & ſpiritus drachmas duas, & ſalis fixi grana ſexaginta *LA GARAY Ep. 182.*
- Ad 1611. Mororum ſuccus eſt ex melioribus diſſolventibus calculi, quem intra quintum diem emollit *LOBB. c. 5.*
- Ad Quercum. Vellenede calyx eſt glandium, quo coriarii utuntur cum gallis, *TAVERNIER. I. p. 95.*
- Ad Salicem albam 1635. Duodecim ſe homines ſanaffe febre quotidiana aut tertiana laborantes, pulvere corticis ſalicis albæ uberius dato *CLOSS poſt. variol. obſ. 28.*
- Ad Salicem 1644. Miſit *Cl. GAGNEBIN* exemplum foliis utrinque lanuginofis, cætera ſimile. Ea fuerit *Salix pumila*, foliis utrinque candidantibus & lanuginofis *RAJ. Syn. III. t. 19. f. 3.*

## ADDENDA

ad Tom. III.

Part. III. n. 2165. adde 2165\*. TRICHIA petiolata, gregaria, nigra, capitulo cylindrico, STEHELINUS iconem miserat, adfinem Clathroidastro.

\*2252\*. AGARICUM album, tenue, crustis subrotundis. †

In cortice fagi etiam Cl. GAGNEBIN.

Inseparabiles sunt crustæ, papyraceæ tenuitatis, exiguæ, vix semunciales, albæ, complicatæ quasi & fulcis irregularibus distinctæ, levissimæ.

\*2262\*. AGARICUM subhirsutum, miniatum, inferne planum. †

In ramis abietis albæ.

Crustæ sunt crassulæ, pene coriaceæ, fere pezizæ similes, figuræ subrotundæ, paululum cavæ, non tamen ut possis ad pezizam referre, etfi

juniores dum prodeunt, partim cavæ sunt, partim ad modum capituli clausæ, minimæ, acicula non majores: superficies tota subhirsuta, caro intus alba.

2366\*. AMANITA petiolo procero, squamoso, anulato, pileo conico, squamoso, subspadiceo, laminis albis. †

Fungus 23. SCHEFFERI.

In sylvis abiegnis.

Petiolus basi bulbosa, procerus, semipedalis, squamis bono ordine dispositis, ut quasi plures ex radice anulos efficiant. Anulus persistens, membranaceus: supra eum cylindricus petiolus producitur, lineis elevatis, aliquo villo obductus. Lineæ abeunt in laminas albas, crassas. Pileus conicus, latus, spadiceus, totus squamis efflorescit, ad oras striatus.

INDEX



## INDEX GENERUM.

Tomus primus absque numero, reliqui suis numeris designantur.

- Abies* II. 312, 313, 314, 316.  
*Abrotanum* 53, 55.  
*Abfynthium* I. 26, 48, 55, 56.  
*Abutilon* II. 24.  
*Acanthium* 60, 73.  
*Acanthus* 76.  
*Acer* 442, 443, 444.  
*Acetosa* II. 273, 274. III. 189.  
*Achillea* 45, feqq. III. 182.  
*Achillea* 30.  
*Acinos* 104.  
*Acopa* 280.  
*Aconitum* II. 90, 91, 92, 93, 94. III. 188.  
*Aconitum* I. 36. II. 24, 84, 94.  
*Acontia* III. 149.  
*Acorum* II. 129, 164.  
*Acorus* II. 164.  
*Acorus* II. 129.  
*Acrostichum* III. 12.  
*Acrostichum* III. 12.  
*Actæa* II. 24, 25. III. 188.  
*Acuta Spina* II. 30.  
*Adarces* III. 66.  
*Adiantum* III. 17.  
*Adiantum* III. 8, 9, 10, 15, 51.  
*Adonis* II. 66, 67.  
*Adoxa* 419.  
*Æcidium* III. 121.  
*Ægilops* II. 202, 218, 236.  
*Ægopodium* 333.  
*Æsculus* 442.  
*Æthusa* 335.  
*Agaricum* III. 135, 136, 137, 138, 139, 140.  
*Agaricum* III. 111, 120, 123, 129, 142, 143, 147, 148, 152, 190.  
*Agaricus* III. 136, 140, 141, 142, 143, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 163, 165, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 175, 177, 178, 179, 180.  
*Agave* II. 122.  
*Ageratum* 10, 133.  
*Agrimonia* 423. III. 156.  
*Agrostana* 343.  
*Agrostemma* 400, 401.  
*Agrostis* II. 225, 226, 227, 228, 248.  
*Aira* II. 217, 229, 230, 231.  
*Ajuga* 123, 125.  
*Aizoon* 412, 415, 419.  
*Alcea* II. 22, 23.  
*Alchemilla* II. 262, 263.  
*Alchimilla* II. 254, 262, 263.  
*Alectorolophus* 137.  
*Alectorolophus* 138, 139, 140.  
*Alectorolophoides* III. 150.  
*Alisma* 270, 271, 272. II. 19, 155.  
*Alkekengi* 250.
- B b b 2
- Alliaria* 208.  
*Allium* II. 104, 105, 106, 107, 108, 104, 110, 111. III. 188.  
*Allium* II. 120.  
*Alnus* II. 300, 301.  
*Alnus* 366.  
*Aloe* II. 122.  
*Αλπιμελειοτροφός* 205.  
*Αλπιμεγλωσσοφυλλος* 308.  
*Αλπιμελεπτοκαυλελειος* 374.  
*Alopecurus* II. 248, 249. III. 188.  
*Alopecurus* 306.  
*Alsmanthemum* 385.  
*Alsmastrum* 380.  
*Alsmella* 382.  
*Alfme* 381, 382, 383, 384, 385, 380, 387, 388. III. 186.  
*Alfme* 119, 132, 215, 236, 238, 275, 278, 362, 374, 375, 379, 388, 389, 390, 396, 398.  
*Alfmoides* 132.  
*Althæa* II. 23.  
*Alyssoides* 213.  
*Alyssum* 212, 213, 214.  
*Alyssum* 115, 233, 236, 237.  
*Amanita* III. 151. & ad finem usque operis.  
*Amaranthus* II. 280.  
*Amaranthus* 430.  
*Ambrosia* 57.  
*Amelanchier* II. 34.  
*Amellus* 35.  
*Amni* 349.  
*Amygdalus* II. 29, 30. III. 188.  
*Anacampseros* 411, 412.  
*Anagallidastrium* 278.  
*Anagallis* 276, 277.  
*Anagallis* 132, 231, 261, 379, 387.  
*Anagyris* 151.  
*Anblatum* 170.  
*Anchusa* 263, 264, 265, 267.  
*Andromeda* 434.  
*Andropogon* II. 203, 204.  
*Andropogon* II. 202.  
*Androsæmum* II. 5, 6, 7.  
*Androsæce* 276.  
*Androsæce* 273, 274, 275.  
*Andryala* 10, 16.  
*Anemone* II. 60, 61, 62, 63, 64. III. 188.  
*Anemone* II. 66.  
*Angelica* 357, 358.  
*Angelica* 356.  
*Anonis* 154, 155, 156.  
*Anonymus* 131, 149, 296. II. 265.  
*Ανωσημων* 27.  
*Antabfynthium* 48.  
*Anthemis* 44, 45.  
*Anthericum* II. 98.
- Anthericum*

- Authericon* II. 100, 101, 112.  
*Anthoceros* III. 67.  
*Anthora* II. 93.  
*Anthoxanthum* II. 231.  
*Anthyllis* 173. II. 262.  
*Antirrhinum* 14, 145, 146. III. 184.  
*Antirrhinum* II. 12.  
*Aparine* 128, 269, 318, 319.  
*Aphaca* 191.  
*Aphanes* II. 263.  
*Aphyllanthus* 95.  
*Apiastrum* 106.  
*Apios* 188.  
*Apium* 350.  
*Apium* 355.  
*Apinanthium* 53, 54, 55.  
*Aquifolium* 296, 297.  
*Aquilegia* II. 88, 89.  
*Aquilegia* II. 83.  
*Arabis* 196, 197.  
*Arabis* 193, 194, 199.  
*Arachidna* 188.  
*Aracus* 184.  
*Arbutus* 434, 435, 436.  
*Ar. bangelica* 118.  
*Arctium* 70, 71.  
*Arcyria* III. 1115.  
*Arenaria* 383, 384, 385, 386.  
*Aretia* 273, 274, 275, 276.  
*Argemone* II. 15.  
*Argentina* II. 51.  
*Aria* II. 31, 32.  
*Aristolochia* 440, 441.  
*Aristolochia* 151.  
*Armeria* 392, 393, 394, 398, 399.  
*Arnica* 37, 38. III. 182.  
*Artemisia* 55.  
*Artemisia* 54.  
*Arthamita* 281.  
*Arum* II. 160, 161. III. 189.  
*Arundo* II. 240, 241, 242, 243. III. 189.  
*Arundo* II. 171.  
*Afarum* II. 252.  
*Asclepias* 245.  
*Asparagus* II. 117.  
*Aspergillus* III. 114.  
*Asperugo* 219.  
*Aspergula* 317.  
*Asperula* 319, 320, 321.  
*Asperula* 321.  
*Asphodelus* II. 99.  
*Asplenium* III. 8, 9, 10, 11.  
*Asplenon* III. 16.  
*Assenzo* 48, 54.  
*Aster* 31. ad 34. III. 182.  
*Aster* 35, 36, 50, 58.  
*Asterias* 263.  
*Asteroides* 50.  
*Astragaloides* 176.  
*Astragalus* 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181.  
 III. 184.  
*Astragalus* 172, 173, 181.  
*Alstrantia* 351, 352.  
*Alstrantia* 357.  
*Athamanta* 325, 326, 334, 356, 357.  
*Atractylis* 83.  
*Atragene* II. 60. III. 188.  
*Atriplex* II. 289.  
*Atriplex* II. 264, 266, 267, 268.  
*Atropa* 250, 251.  
*Avena* II. 227. ad 235.  
*Avena* II. 202.  
*Auricula Juda* III. 129.  
*Auricula Leporis* 344. III. 150.  
*Auricula Muris* 19, 261, 382, 390, 398.  
*Auricula Ursi* 272.  
*Azalea* 296.  
  
*Ballote* 114.  
*Balsamina* 239.  
*Balsamita* 58.  
*Balsamum* 433.  
*Barba capra* II. 55.  
*Barba hirci* 5.  
*Barba Jovis* 173.  
*Barbarea* 207, 208.  
*Bardana* 70.  
*Barfsia* 136.  
*Beccabunga* 231.  
*Bedstraw* 315.  
*Beeflower* II. 134.  
*Been* 397.  
*Belladonna* 211. III. 185.  
*Bellflower* 305, 308, 309, 310, 311.  
*Bellidajstrum* 38.  
*Bellis* 39. III. 182.  
*Bellis* 38, 40, 41, 95.  
*Berberis* 369.  
*Berula* 231.  
*Betonica* 114, 115, 116. III. 183.  
*Betonica* 141, 393, 399.  
*Betula* II. 299, 300.  
*Betula* II. 300.  
*Bidens* 50, 51.  
*Bifolium* II. 250, 251.  
*Bindweed* 295.  
*Biscutella* 216, 217.  
*Bisforta* II. 258, 259.  
*Blafia* III. 57.  
*Blattaria* 258.  
*Blitum* II. 264.  
*Blitum* 430. II. 266, 267, 268, 280.  
*Blokweed* 312.  
*Bluebottle* 82.  
*Boletus* III. 133.  
*Boletus* III. 139, 140, 142, 144, 145, 147, 148;  
 149, 150.  
*Borrago* 269.  
*Botrys* II. 268.  
*Botrytis* III. 112.  
*Βραχυστόμων* 270.  
*Brassica* 193, 197, 198, 199, 201.  
*Breslinge* II. 44.  
*Britannica* II. 270.  
*Briza* II. 218.  
*Bromus* II. 235, 236, 237. III. 189.  
*Bromus* II. 212.  
*Brunella* 120, 121.  
*Bryonia* 247.  
*Bryonia* 291.  
*Bryum* III. a 42. ad 50.

Bryum

- Bryum* III. 36, 37, 38, 39, 40, 52, 53, 54, 55.  
*Bubonium* 32.  
*Buceras* 164.  
*Buglossum* 265.  
*Buglossum* 268, 269.  
*Bugula* 123. III. 183.  
*Bulbocastanum* 350.  
*Bulbocodium* II. 101, 123.  
*Bulbus leucanthemus* II. 103.  
*Bulla* III. 170, 178.  
*Bunias* 226.  
*Buphthalmum* 49, 50.  
*Buphrabnum* 94. II. 66.  
*Bupleurum* 342, 343, 344, 345.  
*Burnarygold* 50, 51.  
*Bursa pastoris* 197, 215, 221, 223, 224.  
*Butchersbroom* II. 116.  
*Butomus* II. 81.  
*Butterbur* 61, 62.  
*Buxbaumia* III. 25.  
*Buxbaumia* III. 24.  
*Buxus* II. 283.  
*Byssus* III. 105, 106.  
*Byssus* III. 102, 103, 104, 106, 107.
- Cacalia* 60.  
*Cacalia* 62.  
*Calamintha* 98, 105.  
*Calceolus* II. 157, 158.  
*Calcitrapa* 83, 84. III. 189.  
*Calendula* 39.  
*Callitriche* 236.  
*Caltha* II. 82.  
*Caltha* 37, 38.  
*Cannelina* 207, 212.  
*Campanula* 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311.  
 III. 185.  
*Campborata* II. 263.  
*Cannabina* 51.  
*Cannabina similis* 50.  
*Cannabis* II. 288.  
*Cannabis* 117.  
*Capillus Veneris* III. 9.  
*Capparis* II. 25.  
*Capreolinus* III. 151.  
*Caprifolium* 300, 301, 302, 303. III. 185.  
*Cardamine* 205, 206, 207. III. 184.  
*Cardamine* 194, 222.  
*Cardaminus annula planta* 194.  
*Cardiaca* 119.  
*Carduocirsium* 75, 76, 77.  
*Carduus* 71, 72, 73. III. 182.  
*Carduus* 74, 75, 76, 77, 78, 79, 84.  
*Carex* II. 182. ad 200. III. 189.  
*Carlina* 79, 80.  
*Carlina* 77.  
*Carpinus* II. 298.  
*Carpinus* 370.  
*Carpobolus* III. 119.  
*Carthamus* 83.  
*Carvisfolia* 356.  
*Carum* 353.  
*Caryophyllata* II. 52, 53, 54.  
*Caryophyllus* 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393,  
 394, 399.
- Cassida* 122.  
*Cassiba* 291.  
*Castanea* II. 293.  
*Castanea* 342.  
*Cataria* 108, 109.  
*Caucalis* 324, 325, 326.  
*Caucalis* 361.  
*Cauda muris* II. 68.  
*Cauda equina* III. 1, 2.  
*Ceanothus* 74.  
*Celtis* II. 290.  
*Cenchrus* II. 203.  
*Centaureum* 69. III. 182.  
*Centaurea* 80, 81, 82, 83, 84, 85. III. 183.  
*Centaureum luteum* 289.  
*Centaurium minus* 288, 289.  
*Cepa* II. 208, 209.  
*Cepa* 413.  
*Ceratophyllum* II. 275.  
*Ceratosperrum* III. 126, 127.  
*Cerastium* 388, 389, 390, 391.  
*Cerastus* II. 28, 29, 30.  
*Cerefolium* 327, 328.  
*Cerinthe* 267.  
*Cerinthe* 267.  
*Ceromyces* III. 146.  
*Cervaria* 346.  
*Cervicaria* 306, 317.  
*Cherophyllum* 327, 329.  
*Chamaebuxus* II. 283.  
*Chamaecerasus* 301, 302. II. 30.  
*Chamaecistus* II. 2, 3.  
*Chamaecyparissus* III. 23.  
*Chamaeclema* 107.  
*Chamaedrys* 124, 125, 126.  
*Chamaedrys* 136, 232, 233, 234.  
*Chamaenisia* 153.  
*Chamaelea* 438, 439.  
*Chamaeleon* 77, 79.  
*Chamaelinum* 394.  
*Chamaemelum* 44, 45, 46, 47. III. 182.  
*Chamaemelum* 41, 43.  
*Chamaemepilus* II. 33.  
*Chamaenerium* 426, 427.  
*Chamaeorchis* II. 132.  
*Chamaepeuce* III. 19.  
*Chamaepitys* 124, 296.  
*Chamaerhododendros* 430.  
*Chamaerhodon* II. 40.  
*Chamaerubus* II. 43.  
*Chamomile* 44, 45.  
*Chara* III. 3, 4.  
*Charme* II. 298.  
*Cheliranthus* 153, 196.  
*Chelidonium* II. 13.  
*Chelidonium* II. 14, 67.  
*Chenopodium* II. 265, 266, 267, 268.  
*Chervil* 329.  
*Chlora* 289.  
*Chondrilla* 8. III. 181.  
*Chondrilla* 7, 8.  
*Christophoriana* II. 24.  
*Chrysanthemum* 26, 30, 40, 41, 42, 45.  
*Chryfocoma* 64.  
*Chryfocoma* 64, 65, 66, 67.
- Chryfospelenium
- C c c

- Chrysofenium II. 253, 254.  
 Cicer 174  
 Cicer 155  
 Cichorium I, 2  
 Cichorium 11.  
 Cicuta 337, sqq. III. 185, 186  
 Cicuta 336, 348  
 Cineraria 23  
 Cinquefoil II, 46  
 Circea 362  
 Cirsium 73, 74, 75, 76, 77, 78. III. 182, 183  
 Cirsium 71, 72, 73  
 Cistus II. 2, 3, 4. III. 188  
 Clathroidastrum III. 115  
 Clathroides III. 111, 115  
 Clavaria III. 123, 124, 125, 126  
 Clavaria III. 123  
 Clematis II. 59. III. 188  
 Clematis 246  
 Clevers 318  
 Clinopodium 104  
 Clinopodium 136  
 Chymenum 187, 188  
 Cnicus 76, 77  
 Coccygia 348  
 Cochlearia 217  
 Cochlearia 217, 218  
 Cochleata 166  
 Colchicum II. 124, 125  
 Colubrina II. 259  
 Comarum II. 51  
 Coltsfoot 62  
 Colutea 174  
 Colutea 169  
 Conferva III. 106, 107, 108  
 Conium 337  
 Consolida 123, 266  
 Consolida regalis II. 95  
 Convallaria II. 117, 118, 119, 120  
 Convolvulus 295  
 Convolvulus II. 260  
 Conyza 89  
 Conyza 32, 33, 35, 50  
 Conyzella 35  
 Conyzoides 35  
 Corallofungus III. 123, 125  
 Coralloides 204. III. 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76.  
 77, 78, 79, 80, 97, 109, 115, 124, 125, 138  
 Corallothiza II. 159  
 Coreopsis 51  
 Coriandrum 335, 336. III. 185  
 Coris II. 6  
 Cornu cervi 217. III. 148  
 Cornus 362, 363  
 Coronilla 168, 169, 170  
 Coronopus 292, 293  
 Corylus II. 295  
 Cotinus 368  
 Cotoneaster II. 32, 33  
 Cotula 44  
 Cotyledon 361, 410, 418, 419  
 Cowslip 278  
 Cracca 184, 185, 186  
 Craensbeeren 437  
 Crepis 12, 13, 14. III. 181  
 Gress 222  
 Cresseroot 314  
 Kreuzdorn 367  
 Crista galli 137  
 Crocus II. 126, 127  
 Crucjata 314, 318, 320  
 Cucubalus 396, 397, 399  
 Cudweed 64, 65, 66, 67  
 Cuscuta 290, 291  
 Cyanoides 80  
 Cyanus 80, 81, 82, 83. III. 183  
 Cyathoides III. 127  
 Cyathus III. 127  
 Cymbalaria 146  
 Cynocrambe II. 277  
 Cynapium 336  
 Cynoglossum 260, 261  
 Cynofurus II. 250, 251  
 Cynosurus II. 205, 217  
 Cyperoides II. 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189,  
 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199,  
 200. III. 189  
 Cyperus II. 181, 182  
 Cyperus II. 178, 179, 188  
 Cypripedium II. 157  
 Cytisogenista 154  
 Cytisus 163  
 Cytisus 156, 157, 178, 179  
  
 Dactylia II. 239  
 Dactylus II. 244  
 Damafonium II. 79  
 Damafonium II. 154, 155, 156, 157  
 Dandelion 23  
 Daphne 438, 439, 440  
 Daphnoides 438, 439  
 Δαρυς & Δαρη 285  
 Daucus 326. III. 185  
 Daucus 255, 257, 325, 326, 335, 351, 352  
 Delphinium II. 94, 95, 96  
 Dens canis II. 114  
 Dens leonis 4, 12, 13, 23, 24  
 Dentaria 204, 205  
 Dentaria 130, 131  
 Dianthus 391, 392, 393  
 Diapensia 273, 323  
 Dichotophyllum II. 275  
 Dictamnus 441  
 Digitalis 141  
 Digitaria II. 244  
 Diospyros II. 34  
 Δισπητυνη 37  
 Dipfacus 85, 86  
 Δισαβομονοκαρπον 305  
 Dock II. 271, 272  
 Doronicum 36  
 Doronicum 28, 34, 37, 38  
 Dorycnium 167  
 Draba 194, 195. III. 185  
 Draba 196, 197, 199  
 Dracocephalus 112  
 Dracunculus 49  
 Dropwort 331  
 Drosera 372  
 Dryas II. 54  
 Dutch agrimony 59.

- Ebulus* 29  
*Echinops* 68  
*Echinopus* 68  
*Echinus* III. 148, 149, 150  
*Echioides* 268  
*Echium* 268  
*Echium Scorpioides* 20, 163  
*Eglanteria* II. 39  
*Eibenbaum* II. 322  
*Elaphoboscium* 359  
*Elatine* 380  
*Elatine* 146, 147  
*Elfwort* 33  
*Elichrysum* 64, 65  
*Elleborine* II. 154, 156, 157  
*Elleborus* II. 66, 84, 96, 119  
*Ekvela* III. 121, 128, 131, 136, 170  
*Elymus* II. 212  
*Embolus* III. 111  
*Emerus* 169  
*Empetrum* II. 279  
*Eudivia* 7, 15, 26  
*Ephedra* II. 322, 323  
*Epilobium* 425, 426, 427. III. 186  
*Epintedium* III. 6  
*Epipactis* II. 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157. III. 189  
*Epipogon* II. 149  
*Epithymum* 291  
*Equisetum* III. 1, 2, 3  
*Equisetum* II. 264, 275. III. 4  
*Erable* 443, 444  
*Erangelia* II. 125  
*Erica* 431, 432  
*Erica* 34. II. 279  
*Ερωδα* 286  
*Ericoides* 380  
*Erigeron* 35, 36  
*Erigeron* 12  
*Erymaceus* III. 150  
*Erinus* 132, 133  
*Erinus* 310  
*Eriophorum* II. 174, 175, 176  
*Eruca* 198, 199, 200, 201. III. 184  
*Eruca* 201, 210, 226  
*Ervum* 172  
*Ervum* 182, 183  
*Erysimum* 207  
*Erysimum* 195, 196, 201, 210  
*Erysimum simile* 198  
*Erythrales* 75  
*Ευθαλασα* 289  
*Eryngium* 322  
*Eryngium* 349  
*Erythronium* II. 114  
*Ευβοζανος* 271  
*Ejche* 207  
*Esparfette* 172  
*Ejula* II. 8, 9, 10, 11  
*Euonymus* 370  
*Euonymus* 433  
*Eupatorium* 50, 51, 423. III. 182  
*Euphorbia* II. 7, 8, 9, 10, 11  
*Euphrasia* 134  
*Euphrasia* 131, 134, 136  
*Eyebright* 136, 191  
*Fagopyrum* II. 260  
*Fagus* II. 290  
*Fagus* II. 293, 298  
*Falcaria* 349  
*Falcata* 165  
*Farnkraut* III. 13  
*Felwort* 282  
*Ferrum equinum* 170  
*Fescue* II. 214, 220  
*Festuca* II. 213, 214, 215, 216, 217. III. 189  
*Festuca* II. 202, 203, 211, 219, 220, 229, 235, 236, 237, 238, 239  
*Feverfew* 42, 43  
*Ficaria* II. 67  
*Ficus* II. 280  
*Ficus* II. 37  
*Filago* 64, 65, 66, 67. III. 182  
*Filicentrum* III. 7  
*Filicula* III. 11, 14, 15  
*Filipendula* II. 54, 55, 56  
*Filipendula* 138, 140  
*Filix* III. 7, 8  
*Filix* III. 12, 13, 14, 15, 16, 17  
*Flachs dotter* 212  
*Flammula* II. 59, 60  
*Florum fasciculus* III. 139, 140  
*Flos regius* II. 95  
*Flos solis* II. 3  
*Fluvialis* 236  
*Foeniculum* 333  
*Foeniculum* II. 68  
*Foenum graecum* 164, 180  
*Fontalis* 376  
*Fontilapatum* 376  
*Fontinalis* 376. II. 40, 41  
*Foxtail* II. 249  
*Fragaria* II. 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51. III. 188  
*Frangula* 365, 366  
*Fraxinella* 441  
*Fraxinus* 228. III. 185  
*Fritillaria* II. 115  
*Fruentum saracenicum* II. 263  
*Fucus* III. 109  
*Fuligo* III. 111  
*Fumaria* 149, 150, 151. III. 184  
*Fumaria* 429  
*Fungoidaster* III. 114, 128, 133  
*Fungoides* III. 128, 129, 130, 131, 132, 133  
*Fungulus* III. 93  
*Fungus* III. 133. & sic porro ad finem.  
*Galanthus* II. 121, 122  
*Galega* 171  
*Galeopsis* 116, 117. III. 183  
*Galeopsis* 118, 119, 120  
*Galium* 314, 315, 316, 317, 318, 319  
*Gallitrichum* 106  
*Gallium* 315, 316, 317, 320. III. 185  
*Garosmus* II. 266  
*Geaster* III. 118  
*Genistella* 152, 153  
*Genista* 152, 153  
*Genista* 154  
*Gentianella* 289  
*Gentiana*

- Gentiana* 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290. Ill. 185  
*Geranium* 402, 403, 404, 405, 406, 407  
*Geum* ll. 52, 53  
*Geum* 418, 420  
*Gladiolus* ll. 130  
*Gladiolus* ll. 81  
*Glaucifolia* 200  
*Glaucium* ll. 14  
*Glaucoides* 379  
*Glaux* 178, 379  
*Globularia* 94, 95  
*Globularia* 394  
*Gnaphalium* 64, 65, 66, 67  
*Goats beard* 5  
*Goldenloks* 63  
*Goldenrod* 28, 29  
*Goutweed* 333  
*Gramen* 292, 372, 383, 387, 388. II. 80, 117, 165, 166, 169, 170, 171, 172. & sic porro ad 251, exceptis paginis 189, 193, 194, 206, 207, 208, 209, 223, 240, 247, 249  
*Gramen Parnassi* 371  
*Gramini adfinis* ll. 202  
*Graminifolia* ll. 279  
*Granatus* ll. 36  
*Graß* ll. 223, 228, 231  
*Grassarrow* ll. 80  
*Gratiola* Ill. 184  
*Gremil* 264  
*Grossularia* 364  
*Groundsell* 26, 27, 28  
*Gui* ll. 282  
*Gypsophila* 393, 394
- Haazenoor* Ill. 154  
*Haberſchleben* ll. 28  
*Halimus* 375  
*Harpweed* 80  
*Hartriegel* 230  
*Hartwort* 269  
*Hawksbeard* 13  
*Hawkstong* 15, 20  
*Hawksweed* 13, 21  
*Hedera* 368  
*Hedera terreſtris* 107  
*Hedysarum* 172  
*Hedysarum* 168, 172  
*Heidelbeeren* 436  
*Helenium* 31  
*Helianthemum* ll. 3, 4  
*Heliotropium* 262, 263  
*Helleboraster* ll. 87  
*Helleborine* ll. 137, 154, 155, 156, 158  
*Helleborus* ll. 83, 84, 85, 86, 87  
*Helleborus* 351. ll. 66, 83, 96  
*Helvela* Ill. 133  
*Helxine* 297. ll. 260, 285  
*Hemerocallis* ll. 112. Ill. 188  
*Henbane* 254  
*Bonus Henricus* ll. 266  
*Hepatica* ll. 65  
*Hepatica* 371. Ill. 64, 65, 66, 67  
*Hepaticoides* Ill. 58, 60, 63  
*Hepatorium* 51
- Heptaphyllum* ll. 262  
*Heracantha* 80  
*Heracleum* 360  
*Herba alba* 55  
*Herba articularis* 397  
*Herba funaria* ll. 2  
*Herba facie auricula muris* 389  
*Herba gataria* 108  
*Herba Gerardi* 333  
*Herba paralyſis* 271  
*Herba paris* 429  
*Herba ſtella* 295  
*Herba D. Stephani* 562  
*Herba Trinitatis* 244  
*Herba venti* ll. 61  
*Herba vulneraria* 345  
*Hermodactylus* 292  
*Herniaria* ll. 255, 256  
*Herniaria* 374  
*Heſperis* 195, 196. Ill. 184  
*Heſperis* 196, 197, 199, 209  
*Heſperidi adfinis* 193  
*Hetre* ll. 192  
*Hiberis* 206  
*Hieracioides* 4  
*Hieracium* 14, ſqq. Ill. 181  
*Hieracium* 2, 3, 4, 5, 11, 12, 13, 14, 15, 26  
*Hierochloe* ll. 303  
*Hippocastanum* 442  
*Hippocrepis* 170  
*Hippolapathum* ll. 272  
*Hippophae* ll. 278  
*Hippophaeſtion* 84  
*Hippopodium* Ill. 25  
*Hippuris* ll. 264. Ill. 1, 2, 3, 4  
*Hirculus* 417  
*Hirundinaria* 279  
*Holcus* ll. 229, 232  
*Holoſteum* 293, 383, 387, 389  
*Holunder* 298, 300  
*Homalocenchrus* ll. 201  
*Honywort* 348  
*Hordeum* ll. 246, 247, 248. Ill. 189  
*Horminum* 106  
*Horminum* 110, 111  
*Hottonia* 281  
*Hounds tongue* 260  
*Houx* 297  
*Hulſe* 297  
*Hunnulus* ll. 290  
*Hyacinthus* ll. 120, 121. Ill. 189  
*Hyacinthus* ll. 101, 102  
*Hydnum* Ill. 149, 150  
*Hydrocharis* ll. 21  
*Hydroceratophyllum* ll. 275  
*Hydrocotyle* 261. Ill. 186  
*Hydrophace* Ill. 68, 69  
*Hydrophorus* Ill. 158, 164, 179, 180  
*Hydropiper* 380. ll. 256  
*Hyoscyamus* 254  
*Hyoscyamus* 425  
*Hyoseris* 4  
*Hypericum* ll. 4, 5, 6  
*Hypnum* Ill. 26 ad 41  
*Hypochoeris* 2, 3. Ill. 181

Hypopitys

- Hypopitys 427  
*Hypoxylon* III. 122  
*Hyssopifolia* 378  
*Hyssopus* 109  
*Hyssopus* 182. II. 3
- Jacea 80  
*Jacea* 52, 80, 81, 82, 84, 85, 244  
*Jacobaea* 26, 27, 28, 38  
*Jasione* 303  
*Jasminum* 230  
*Iberis* 223  
*Iberis* 219  
*Jf* II. 322  
*Impatiens* 230  
*Imperatoria* 357  
*Intybum* 1  
*Intybus* 2  
*Inula* 31, 32, 33, 34  
*Jostibos* III. 103  
*Jostibospi* 214  
*Irion* 203, 210  
*Iris* II. 128, 129  
*Ironwort* 101  
*Hatis* 224  
*Isopyrum* II. 83  
*Isopyrum* II. 89  
*Iva* 48, 127  
*Judaica herba* 122  
*Juglans* II. 294  
*Juncellus* II. 177, 180  
*Junco affinis* II. 165, 181  
*Juncoides* II. 168, 169, 170, 172, 173, 174  
*Juncoidi affinis* II. 166  
*Juncus* II. 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174  
*Juncus* 331. II. 81, 166, 175, 176, 177, 178, 180, 187, 195  
*Jungermannia* III. 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64  
*Juniperus* II. 319, 320, 321
- Kali affinis* II. 265  
*Keiri* 193, 196  
*Kiefer* II. 317  
*Knawel* 381. II. 254, 255  
*Κοιλανθη* 284  
*Kuchenschell* II. 61  
*Κυανη* 285  
*Kiehnbaum* II. 317
- Labrium Veneris* 86  
*Labium* 187  
*Lactuca* 6, 7. III. 181  
*Lactuca* 4, 94. III. 64  
*Ladanum* 117  
*Ladysmantle* II. 262  
*Lagopus* 97  
*Lamium* 118, 119. III. 183  
*Lamium* 101, 107, 120, 141  
*Lampjana* 3, 4, 203. II. 124  
*Lapathum* II. 270, 271, 272, 273, 274, 275  
*Lapathum* 376. II. 266  
*Lapis molaris* III. 129
- Lappa* 70. III. 182  
*Lappula* 324  
*Lapsana* 3, 4. III. 181  
*Larkspur* II. 94  
*Larix* II. 314, 316  
*Laserpitium* 354, 355, 356  
*Lathraea* 130  
*Lathyrus* II. 7  
*Lathyrus* 188, 189, 190, 191  
*Lathyrus* 181, 187  
*Lavandula* 101  
*Laureola* 439  
*Laurus* II. 277  
*Laurus* II. 16  
*Ledum* 433  
*Lemna* II. 181  
*Lemna* III. 68  
*Lens* 165  
*Lens* II. 281. III. 68, 69  
*Lentibularia* 128  
*Lenticula* 236, III. 68, 69  
*Lenticularia* III. 68, 69  
*Leomyces* III. 157  
*Leontodoides* 4  
*Leontodon* 5, 11, 12, 23, 24  
*Leontopodium* 65, 66  
*Leonurus* 119  
*Leopardsbane* 36, 38  
*Lepidium* 222, 223  
*Lepidium* II. 219, 220, 222, 224  
*Leucanthemum* 41  
*Leucosium* 193, 194  
*Leucosium* 95, 196, 197, 215, 216, 217  
*Libanotis* 325, 326. III. 185  
*Libanotis* 354, 355  
*Lichen* III. a 70 ad 104  
*Lichen* III. 64, 65, 66, 67, 120, 121  
*Lichenagaricus* III. 120, 121, 122, 123  
*Lichenasstrum* III. 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64  
*Lichenoides* III. 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 125  
*Ligusticum* 332  
*Ligusticum* 354, 355  
*Ligustrum* 230  
*Lilac* 230  
*Liliago* II. 100  
*Lilaphodelus* III. 188  
*Liliasstrum* II. 112  
*Lilium* II. 112, 113, 114. III. 188  
*Lilium* II. 117, 118  
*Limbedrewo* II. 316  
*Limnopenuce* II. 264  
*Limodorum* II. 137, 148  
*Limofella* 132  
*Linagrostis* II. 175  
*Linaria* 67, 145, 146, 147, 440  
*Lingua* 28. III. 147  
*Lingua cervina* III. 11  
*Lingua passerina* 440  
*Linkia* III. 96, 109  
*Linnæa* 131  
*Linokarpon* 374  
*Linum* 373, 374  
*Lithontlospi* 221  
*Lithospermum* 268

- Lithospermum* 263, 264  
*Lithophytoides* III. 122  
*Livelong* 64, 65  
*Locusta* 94  
*Lolium* II. 204, 205, 206  
*Lonchitis* III. 16, 17  
*Lonicera* 301, 302  
*Loofstrife* 278, 279  
*Lotus* 167, 168  
*Lotus* 154. II. 299  
*Lujula* 402  
*Lunaria* 216  
*Lunaria* 277. III. 6  
*Lunularia* III. 65  
*Lupulus* II. 90  
*Lupulinum* 154  
*Luteola* II. 12  
*Luzerne* 166  
*Lychnis* 399, 400, 401  
*Lychnis* 381, 394, 396, 397, 398, 399  
*Lycium* 366  
*Lycogala* III. 112  
*Lycoperdasstrum* III. 122.  
*Lycoperdoides* III. 119  
*Lycoperdon* III. 116, 117, 118, 119, 120  
*Lycoperdon* III. 119  
*Lycopodium* III. 19, 20, 21, 22, 23  
*Lycopsis* 268  
*Lycopus* 97  
*Lycostomum* II. 95  
*Lyfimachia* 278, 279  
*Lyfimachia* 113, 378, 425, 426, 427  
*Lythrum* 378
- Machaleb* II. 29  
*Μακροροστέλιον* 335  
*Madder* 313  
*Malva* II. 22, 23  
*Malus* II. 35  
*Malus pumica* II. 36  
*Mandragora* 250  
*Marchantia* III. 65, 66, 67  
*Mariscus* II. 179, 180, 181  
*Marrubiasstrum* 114  
*Marrubium* 107. III. 183  
*Marrubium* 97, 113  
*Marsilea* II. 281. III. 63, 64  
*Martagon* II. 113  
*Matricaria* 41, 42. III. 182  
*Walburgis May* 302  
*Μηκων ηρακλεια* 82  
*Medica* 165, 166. III. 184  
*Medicago* 165, 166  
*Mel muscarum* III. 160  
*Melampyrion* 132  
*Μελανοσυκτη* 282  
*Melanthium* II. 88  
*Meleagris* II. 115  
*Melica* II. 225  
*Melilotus* 158  
*Melilotus* 159, 165. III. 184  
*Melissa* 105, 106  
*Melissa* 106, 107  
*Melissophyllon* 107  
*Mentha* 98, 99. 100
- Mentha* 58, 103, 108  
*Menthastrium* 98  
*Menyanthus* 283. III. 185  
*Meon* 128  
*Mercurialis* II. 276, 277  
*Mercurialis* II. 266  
*Merulus* III. 150, 151  
*Mesereum* 438  
*Mespilus* II. 30, 31, 32, 33, 34. III. 187, 188  
*Mespilus* II. 34  
*Meum* 334  
*Milium* II. 243  
*Milium* II. 241  
*Millefolium* 45, 46, 47, 48, 128, 279, 424. II. 275, 276  
*Mint* 98  
*Mnium* III. 50 ad 57  
*Mnium* IV. 56, 57, 58, 59  
*Mœhringia* 382  
*Mollugo* 315, 316  
*Moly* II. 107  
*Monomyces* 171  
*Monorchis* II. 132, 151  
*Monotropa* 428  
*Montia* 128  
*Montana Allobrogum* &c. 433  
*Moorwort* 273  
*Morsus Diaboli* 87  
*Morsus gallinae* 119  
*Morus* II. 284. III. 189  
*Moschatellina* 429  
*Moschatella* 429  
*Mouffear* 21  
*Mucedo* III. 113  
*Mucilago* III. 110.  
*Mucilago* III. 113  
*Mucor* III. 113  
*Mucor* III. 110, 111, 114, 115  
*Mullyn* 356, 257, 258  
*Muscipula* 399  
*Muscovungus* III. 73, 77, 78, 81, 84, 85, 89, 90  
*Muscoides* III. 61  
*Muscus* III. a 19 ad 63. iterum 71, 72, 76, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 87, 103, 108, 126  
*Mustard* 198  
*Muttelina* 335  
*Myagro affinis* 203  
*Myagroides* 211  
*Myagrurn* 225, 226  
*Myagrurn* 212, 213, 395  
*Myofotis* 388, 389, 399, 391  
*Myofotis* 261, 262  
*Myrica* 408  
*Myriophyllum* 279, 377, 424. II. 275  
*Myrrhis* 329, 330  
*Myrrhis* 325, 328  
*Myrrhoides* 407  
*Myrtillus* 434, 436  
*Myofurus* II. 67
- Najas* 236, 237  
*Napellus* II. 90, 94  
*Narcissus* II. 122, 123, 125  
*Narcissus* II. 101  
*Nardus celtica* 91, 93  
*Nasturtium* 217 ad 222. III. 185

Nasturtium



- Nasturtium* 194, 206, 208, 209, 213, 217, 222, 224  
*Navehwort* 276  
*Nepetha* 108, 109  
*Nerium* 433  
*Nidus* II. 149  
*Nigella* II. 88  
*Nigellastrum* 401  
*Nighthshade* 248, 249  
*Nissolia* 190  
*Nostoch* III. 36, 136  
*Nummularia* 278  
*Nux* II. 294  
*Nux vesicaria* 371  
*Nuci metella congener* 258  
*Nymphaea* II. 20. III. 187  
*Nymphaea* II. 21  
  
*Ocimum* II. 260  
*Ocymastrum* 400  
*Ocymoides* 390, 396, 400  
*Ocymum* 104  
*Odontites* 134  
*Odorata* 297  
*Oenanthe* 331. III. 185  
*Oenanthe* 332  
*Oenothera* 425  
*Oleaster* II. 218  
*Omphalomycetes* III. 154, 155, 162, 168, 174  
*Onobrychis* 172  
*Onobrychis* 172, 173, 178, 179  
*Ononis* 155  
*Onopordum* 68, 69  
*Onopteris* III. 9  
*Onosma* 267, 268  
*Optrioglossum* III. 5  
*Ophrys* II. 132, 133, 134, 149, 150, 151, 159  
*Opisanthe* 289  
*Opulus* 297  
*Opuntia* II. 37  
*Orchialstrum* II. 125  
*Orchiodes* II. 153  
*Orchis* II. 131 ad 147  
*Orchis* II. 148, 152, 153  
*Orecchia di topo* 262  
*Ορειτογμαυλον* 275  
*Ορειομυλλοπριαντιδης* 292  
*Oreofelinum* 356  
*Origanum* 101, 102  
*Orme* II. 269  
*Ornithogalum* II. 103  
*Orxithogalum* II. 101, 102  
*Ornithopodium* 171  
*Orobanche* 129, 130  
*Orobanche* 130, 427. II. 159  
*Orobans* 181, 182  
*Orrach* II. 289  
*Orvata* 129, 130  
*Oryza* II. 202  
*Osmunda* III. 6  
*Osmunda* III. 7  
*Osyris* 63  
*Othonna* 29  
*Otites* 399  
*Oxalis* II. 274  
  
*Oxel* II. 31  
*Oxlip* 271  
*Oxyacantha* 369. II. 30  
*Oxycoccus* 437. III. 186  
*Oxylapathum* II. 271, 272  
*Oxys* 401, 402  
  
*Padus* II. 29, 30  
*Peonia* II. 81  
*Palnata* II. 139, 141, 142, 147  
*Panax* 113, 355  
*Panicum* II. 249, 250  
*Panicum* 244  
*Panis bifovius* III. 146  
*Papaver* II. 15, 16, 17, 18  
*Papaver* II. 14  
*Parietaria* II. 285  
*Parietaria* 135, 136  
*Paris* 429  
*Parnassia* 371  
*Paronychia* 422. III. 9  
*Paroleypiert* II. 263  
*Parosip* 348, 359  
*Parthenium* 42, 44, 47  
*Passerina* 440  
*Pastinaca* 359  
*Pastinaca* 326  
*Pecten* 330  
*Pedicularis* 137, 138, 139, 140. III. 183  
*Pedicularis* 134  
*Pentagonium* 311  
*Pentaphylloides* II. 45, 46, 50, 51  
*Pentaphyllum* II. 48, 50, 51  
*Pentapteris* 424  
*Peplos* 378, 379  
*Peplos* II. 9  
*Perfoliata* 335  
*Perichymenium* 301, 302  
*Persicaria* II. 256, 257, 261  
*Personata* 70  
*Pervinca* 245  
*Pes asferinus* II. 268  
*Pes columbinus* 405  
*Pes leonis* II. 262  
*Petalites* 61, 62. III. 182  
*Peucedanum* 354  
*Peucedanum* 355  
*Peziza* III. 128 ad 133  
*Peziza* III. 121  
*Phaca* 175, 176  
*Phalangium* II. 100, 101, 102, 103. III. 188  
*Phalangium* II. 98  
*Phalaris* II. 202, 243, 246  
*Phallus* III. 134  
*Phallus* III. 134  
*Phascium* III. 24, 25  
*Phellandrium* 332  
*Phellandrium* 335  
*Philadelphus* II. 37  
*Phleum* II. 245, 246  
*Phlox* 392  
*Phoenix* II. 102  
*Phu* 90, 91, 92, 93, 94  
*Phyllitis* III. 11, 12  
*Phyllochois* 123  
  
*Phyllis*

- Phyllo adonis* 275  
*Phytalis* 264, 265  
*Phyteuma* 88  
*Phytolacca* 430  
*Pianta alpina* 343  
*Picea* II. 312, 317  
*Πικρία* 288  
*Picris* II. 12  
*Pilosella* 18, 20, 21, 22, 23, 67, 197  
*Pimpinella* 311, 312  
*Pimpinella* 276, 351, 352  
*Pinaster* II. 316  
*Pinguicula* 128  
*Pinus* II. 312, 313, 314, 315, 316, 317  
*Pirus* II. 34, 35  
*Pistilochia* 441  
*Pisum* 186, 188  
*Pityusa* II. 10  
*Planta fragariae similis* II. 46  
*Plantago* 291, 292, 293, 294, 295, III. 185  
*Plantago* II. 79  
*Plantaginella* 132  
*Plantanaria* II. 162  
*Plantula sedo affinis* 420  
*Platanus* 443  
*Pneumonanthe* 285, 287  
*Poa* II. 218 ad 226. III. 189  
*Poa* II. 212, 213, 215  
*Podagraria* 333  
*Polemonium* 296  
*Polemonium* 397  
*Polium* 53, 125  
*Polyacantha* 72, 84  
*Polyanthemum* II. 73  
*Polycnemum* II. 263  
*Polycocca* III. 20  
*Polygala* 148, 149  
*Polygala* 149, 305  
*Polygaloides* 149  
*Polygalo similis* 178  
*Polygonatum* II. 118, 119, 120. III. 188  
*Polygonatum* II. 110  
*Polygonifolia* 375  
*Polygonum* II. 256 ad 261  
*Polygonum* 375, 384, 385, 394. II. 254, 255, 264, 323  
*Polyporus* III. 138 ad 147  
*Polypodioides* III. 7  
*Polypodium* III. 11, 12, 13, 14, 15, 16  
*Polyphernum* II. 266  
*Polytrichum* III. 42, 49, 50, 51  
*Pondweed* 376, 377. II. 274  
*Populago* II. 82  
*Populus* II. 302, 303  
*Poria* III. 147  
*Porrum* II. 104, 108  
*Portula* 378  
*Portulaca* 416  
*Potamogeton* 375, 376, 377, 378  
*Potamogeton* 236. II. 166, 261, 279  
*Potamopitys* 380  
*Potentilla* II. 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51  
*Pradelli* 173  
*Prenanthes* 9  
*Primerose* 270  
*Primula* 270, 271, 272, 273. III. 185  
*Primula* 273, 275  
*Prunella* 112, 120  
*Prunus* II. 27, 28. III. 187  
*Prunus* II. 28, 29  
*Pseudoambrosia* 217  
*Pseudoapios* 188  
*Pseudophibodelus* II. 93  
*Pseudochamaebucus* 180  
*Pseudochamaedrys* 112  
*Pseudocyperus* II. 179, 196  
*Pseudoiris* II. 129  
*Pseudoligustrum* II. 30  
*Pseudosimachia* 426, 427  
*Pseudomarrubium* 97  
*Pseudomyagrimum* 224  
*Pseudorchis* II. 137, 151  
*Pseudostachys* 112  
*Pseudostruthium* II. 12  
*Pseudovaleriana* 94  
*Psyllium* 294  
*Pternica* 49, 52  
*Pteris* III. 7  
*Puccinia* III. 126  
*Pulegium* 97, 98  
*Pulmonaria* 264, 265  
*Pulmonaria* 20. III. 85  
*Pyrethrum* 40, 41. III. 182  
  
*Quercus* II. 296. III. 189  
*Quinquefolio adonis* II. 48  
*Quinquefolium* II. 47, 48, 49, 50, 51  
  
*Radicula* 211  
*Radix cava* 151  
*Radix Rhodia* 411  
*Ragwort* 27, 29  
*Rampion* 305  
*Ranae morsus* II. 21  
*Ranunculus* II. 68, 69, 70, 71 ad 79  
*Ranunculus* 373, 429. II. 64, 65, 82  
*Raphanus* 203, 204  
*Raphanus* 211, 218  
*Rapistrum* 205, 226  
*Rapum* 307, 310  
*Rapunculus* 303, 304, 305  
*Rapunculus* 305, 306, 308, 309, 310  
*Regina prati* II. 55  
*Reseda* II. 11, 12  
*Rha* 64  
*Rhagadiolus* 4  
*Rhamnus* 365, 366, 367. III. 186  
*Rhamnus* II. 278  
*Rhaponticum* 84  
*Rhaponticum* 69. III. 183  
*Rhinanthus* 137  
*Rhodiola* 411  
*Rhododendron* 433  
*Rhus* 368  
*Ribes* 363, 364, 365. III. 186  
*Riccia* III. 67  
*Roella* 371, 372  
*Rosa* II. 38, 39, 40, 41. III. 188  
*Rosmarinus* 109, 110  
*Ros solis* 372

*Rubcola*

*Rubeola* 316, 320, 321  
*Rubia* 313. III. 185  
*Rubia* 315, 316, 318, 320  
*Rubus* II. 41, 42, 43. III. 188  
*Rupturewort* II. 256  
*Ruscus* II. 116  
*Rustler* II. 269  
*Ruta* 428  
*Ruta* 142. II. 57  
*Ruta muraria* III. 8, 9  
*Ruyfchiana* 112  
  
*Sabina* II. 321  
*Sagina* 382  
*Sainfoin* 170  
*Salicaria* 178  
*Salix* II. 307, 309. III. 189  
*Salomonsfeal* II. 119  
*Salserora* 378  
*Salvia* 10, 111  
*Sambucus* 298, 299, 300  
*Sambucus* 297  
*Samolus* 312  
*Sanguinella* II. 244  
*Sanicula* 323  
*Sanicula* 272, 418, 421  
*Sanguisorba* 311, 312  
*Santolina* 64  
*Sapin* II. 312, 314  
*Saponaria* 393, 394, 395, 397. III. 186  
*Satyrium* II. 135, 136, 137, 142, 144, 146, 149, 153  
*Savina* III. 23  
*Sawwort* 71  
*Saxifraga* 416, 417 ad 423. III. 186  
*Saxifraga* 151, 312, 382, 394. II. 254  
*Scabiola* 91. III. 183  
*Scabiosa* 81, 85, 86, 87, 88, 94, 303  
*Scandix* 325, 327, 330. II. 263  
*Scariola* 4  
*Scheuchzeria* II. 166  
*Schoenus* II. 79, 101  
*Scirpocyperus* II. 178  
*Scirpoides* II. 107  
*Scirpus* II. 276. III. 179  
*Scirpus* II. 180  
*Sclarea* 111  
*Scleranthus* II. 254, 255  
*Scolopendria* III. 10  
*Scordium* 126  
*Scorodonia* 126  
*Scorodoprasium* II. 104, 105, 106  
*Scorpiurus* 261, 262  
*Scorzonera* 5, 6. III. 181  
*Scrophularia* 140, 141, 142  
*Scutellaria*  
*Secale* II. 206, 207. III. 189  
*Securidaca* 166, 168  
*Sedis adfinis* 423  
*Sedum* 409 ad 415. III. 186  
*Sedum* 215, 273, 274, 275, 344, 381, 417, 419, 420, 421, 422, 423. II. 2, 254  
*Selaginoides* III. 20  
*Selago* III. 19  
*Selheal* 121

*Selinum* 354, 355, 356, 357. III. 186  
*Selinum* 378  
*Sempervivum* 404, 410, 412  
*Senecio* 25, 199. III. 182  
*Senecio* III. 183  
*Serapias* II. 135, 136  
*Seriphium* 210, 211  
*Serpentaria* II. 258  
*Serpyllifolia* 131  
*Serpyllum* 102, 103  
*Serratula* III. 183  
*Serratula* 71, 74, 77  
*Sesama* 212  
*Sejamoides* 394  
*Seseli* 332, 333  
*Seseli* 352, 353, 355, 357  
*Sesleria* II. 217  
*Sferracavallo* 170  
*Shepherdswort* 224  
*Sherardia* 321  
*Sibbaldia* II. 36  
*Sida* II. 24  
*Sideritis* 101, 114, 115, 312. III. 185  
*Silene* 396, 397, 398, 399  
*Siler* 355, 356  
*Silybum* 78  
*Simfon* 45, 46, 279  
*Sinapi* 201  
*Sinapi* 200, 226  
*Sifon* 344, 346, 347  
*Sifymbrium* 209, 210, 211. III. 184  
*Sifymbrium* 199, 200, 201, 208, 211  
*Sium* 334, 335  
*Smilax* 295  
*Smirniun* 358  
*Solanum* 248, 249  
*Solanum* 250, 251, 258. II. 267  
*Soldanella* 280  
*Solenia* III. 145  
*Solidago* 28, 29  
*Solidago* 29, 30  
*Sonchus* 9, 10. III. 181  
*Sonchus* 4, 9  
*Sophia* 210  
*Sorbus* II. 31, 32, 33  
*Sowbread* 281, 282  
*Sowthistle* 10, 11  
*Sparganium* II. 162, 163. III. 189  
*Spargula* 132  
*Spartium* 154  
*Spergula* 383, 384, 385, 399  
*Sphaeria* III. 120, 121, 122, 123  
*Sphagnum* III. 23, 24, 25  
*Sphagnum* III. 40, 41  
*Splanchnum* III. 49  
*Sphondylium* 360. III. 186  
*Spicewort* 280  
*Spica* 91  
*Spina alba* 68  
*Spina infectoria* 370  
*Spina solstitialis* 83  
*Spinage* II. 266  
*Spindelbaum* 370, 371  
*Spirea* II. 55, 56  
*Spongia* III. 111  
*Squamaria* 130

E c c

Squamaria

- Squamata* 130  
*Stachys* 112, 113  
*Stachys* 101, 115, 120  
*Stachelinia* 183  
*Staphylæa* 370, 371  
*Staphylinus* 326  
*Staphylo dendron* 371  
*Statice* 372  
*Stellaria* 236. III. 185  
*Stellaria* 382, 383, 387, 388. II. 262  
*Stellera* 440  
*Stemonitis* III. 115  
*Stereum* III. 137  
*Stipa* II. 379  
*Stoebe* 81, 85  
*Stoechas* 64  
*Stramonium* 258  
*Stratiotes* 45, 46, 274. II. 281  
*Stonecrop* 414  
*Struthiopteris* III. 6  
*Succisa* 87, 88. III. 183  
*Suisse* II. 312  
*Sulcus* III. 145, 146, 147  
*Superba* 392  
*Sveertia* 282  
*Symphytum* 266, 267  
*Symphytum* 397  
*Syringa* 230  
*Syringa* II. 37  
  
*Tamariscus* 408  
*Tamarix* 408  
*Tamus* II. 291  
*Tanacetum* 57. III. 182  
*Tanacetum* 41, 47, 48  
*Tanne* II. 312, 314  
*Taraxacum* 23, 24  
*Taxus* II. 321, 322  
*Telephium* 375  
*Telephium* 411, 412  
*Terra glandes* 188  
*Testiculus* II. 133, 146, 152  
*Teucrium* 122, 124, 125, 126, 127, 176, 232, 233, 234, 235  
*Thalecress* 197  
*Thalictrum* II. 56, 57, 58  
*Thamnenium* 395  
*Thebypteris* III. 14  
*Thesium* II. 265  
*Thlaspi* 213, 214, 216, 219, 220, 221, 222, 223, 224  
*Thlaspidium* 216, 224  
*Thora* II. 76  
*Thylacitis* 285  
*Thymelæa* 438, 439, 440  
*Thymus* 104  
*Thysselinum* 355  
*Tilia* II. 1  
*Tilia* II. 169  
*Timothygras* II. 245  
*Tithymalus* II. 7, 8, 9, 10, 11. III. 186  
*Tordylium* 361  
*Tordylium* 326  
*Tormentilla* II. 47  
*Tozzia* 131  
  
*Trachelium* 305, 306, 307, 308  
*Tragacantha* 177  
*Tragopogon* 5. III. 181  
*Tragopogon* 6  
*Tragofelinum* 351, 352  
*Tragum* III. 323  
*Tragus* II. 203  
*Trapa* 226, 227  
*Tremella* III. 109  
*Tremella* III. 95, 96, 108, 109, 129, 136  
*Tretorrhiza* 286  
*Tribulus* 408  
*Tribulus* 227, 376  
*Trichia* III. 114, 115, 116, 190  
*Trichomanes* III. 14  
*Tridachylites* 422  
*Trifolium* 158, 159, 160 ad 164. III. 184  
*Trifolium* 158, 165, 167, 280, 402. II. 46  
*Triglochin* II. 165  
*Triicum* II. 207, 208, 209, 210, 211, 212. III. 189  
*Trixago* 101  
*Trollius* II. 82, 83. III. 188  
*Tuber* III. 111, 119, 133  
*Tubera* III. 122  
*Tulipa* II. 115  
*Turritis* 197  
*Turritis* 193, 194, 208  
*Tussilago* 28, 60, 61, 62  
*Typha* II. 163  
  
*Ulmaria* II. 15  
*Ulmus* II. 269  
*Ulva* III. 109  
*Umbellifera* 355  
*Unifolium* II. 117  
*Urtica* II. 286  
*Urtica* 117, 118, 120  
*Usnea* III. 80, 81  
*Utricularia* 128. III. 183  
*Uva cripsa* 364  
*Uva marina* II. 323  
*Uva versa* 429  
*Uva ursi* 434, 436  
*Uvularia* II. 116  
*Vaccinium* 436, 437. III. 186  
*Valantia* 314, 315, 319  
*Valeriana* 90, 91, 92, 93  
*Valeriana* 94, 296. III. 183  
*Valerianella* 97  
*Valisneria* II. 166. III. 189  
*Valisneroides* II. 167  
*Veratrum* II. 96, 97, 98. III. 188  
*Veratrum* 351. II. 84, 87, 98  
*Verbasculum* 82  
*Verbascum* 256, 257, 258. III. 185  
*Verbena* 96. III. 183  
*Verbena* 51  
*Veronica* 231, 232, 233, 234, 235. III. 185  
*Veronica* 147  
*Viburnum* 297  
*Viburnum* 298, 302  
*Vicia* 173. III. 184  
*Vicia* 184, 185, 186

- Victorialis* ll. 11, 130  
*Vinca* 245  
*Vincetoxicum* 215  
*Viola* 240, 241, 242, 243, 244  
*Viola* 127  
*Vipergras* 6  
*Virga aurea* 28, 29, 30, 35  
*Virga pastoris* 86  
*Viscago* 396, 397, 398  
*Viscum* ll. 281, 282  
*Vitalba* ll. 59  
*Vitaliana* 273  
*Vitis* ll. 91  
*Vitis* 367  
*Vitis idæa adfinis* 434  
*Vitis idæa* 436, 437  
*Volubilis* 295. ll. 260  
*Vonkhout* ll. 151  
*Vulneraria* 173  
*Vulvaria* ll. 266  
*Wachholder* ll. 319  
*Walwurz* 266  
*Whitehead* 81  
*Woodruff* 320  
*Xanthium* ll. 292  
*Xeranthenum* 52  
*Xylosteum* 302  
*Yarrow* 45, 46, 47, 49  
*Zanichellia* ll. 278, 279  
*Zea* ll. 209, 210.

## ERRATA.

## Tom. I.

- In Præf. p. xx. l. 3. dele *longo itinere*.  
 Deinde M. ANTONIUM CAPPELER vitalem  
 superesse, octogenario quidem majorem,  
 hætus nunc didici.  
 p. 4. l. 8. pro *halla* lege *Cella*.  
 7. n. 15. l. 4. pro *nervo* lege *odore*.  
 20. n. 7. l. 5. lege *Culand*.  
 22. potterius *Hieracium* § 1. inscribe § 1. a.  
 25. n. 59. l. 9. pro 588. lege 58  
 26. l. 3. pro 5732. lege 573.  
 27. n. 64. l. 2. pro p. 23. lege n. 23.  
 31. n. 72. l. 3. post CAMER. adde *Epit.*  
 43. titulus *Matricariæ* 101. est *MATRICARIA*  
 foliis capillaribus duplicato pinnatis &c.  
 58. n. 133. ex titulo dele vocem *integris*.  
 71. n. 163. l. 3. pro 117. lege 157.  
 78. *SIBYBUM* lege *SILYBUM*.  
 101. ad *Lavandulam* præfixe signum \*  
 108. n. 243. l. 2. pro *parva* lege *pam*.  
 115. n. 263. loco *Sideritidis* titulo præfige  
*BETONICA*.  
 139. l. 2. pro t. 8. lege t. 9.  
 140. n. 322. pro f. 3. lege f. 5.  
 155. n. 357. corrige tria ultima tituli verba, &  
 lege *petiolis floralibus multifloris*.  
 157. l. 5. RIVINI non pagina, sed tabula citatur.  
 p. 177. n. 405. in titulo loco *spinasces* lege *spinas-*  
*centibus*.  
 182. n. 434. l. 3. RIVINI non pagina sed tabula  
 citatur.  
 198. n. 456. art. *Folia* l. 1. pro *deorsum gibbus*  
 lege *paulum deorsum gibbus*.  
 203. n. 467. l. 2. pro p. 953. lege 933.  
 213. t. 490. lege titulum *Abyssum* foliis scabris,  
 radicalibus petiolatis, ovatis &c.  
 252. in articulo, porro l. 6. lege *Scotorum*, &  
 cita BUCHANANI *Hist. Scot.* L. VII. p. 197.  
 334. titulum Mei lege MEUM DODON. *purg.*  
 p. 478. RIVIN. t. 62.  
 370. n. 729. l. 2. pro 783. lege 83.  
 382. n. 861. remove synonymum COLUMNÆ,  
 & refer ad n. 860. VAILLANTII synony-  
 mum dele.  
 n. 873. dele †  
 410. n. 950. pro *Sempervivum* lege *Sedian*,  
 n. 951. l. 3. dele II.  
 412. n. 957. adde titulo pro *sessilibus*, in *aliis*  
*sessilibus*.  
 415. n. 967. pro I. B. lege C. B. Basil.  
 432. n. 1013. β. l. 2. pro 324. lege 34.  
 436. n. 1020. in titulo pro *rugosis* lege *ner-*  
*vosis*.

## Tom. II.

- p. 4. *Hypericum* lege *Hypericum*.  
 15. pro 1063. 1064. 1065. lege 1061. 1062.  
 1063.  
 26. l. 1. pro 1080. lege 1078.  
 33. n. 1093. pro LINNÆUS lege LINN.  
 45. n. 1113. l. 13. pro *floris petalis* lege *floræ*,  
*petalis*  
 63. n. 1150. pro *flavibus* lege *floribus*  
 65. n. 1156. pro *Anemone* lege *Hepatica*.  
 p. 102. n. 1218. l. 4. pro *folute* lege *dilute*.  
 120. n. 1246. l. 4. 5. pro LINNÆUS lege LINN.  
 168. n. 1314. Nomen est *JUNCUS caule bisfo-*  
*lio, foliis teretibus &c.*  
 190. n. 1378. lege nomen CAREX spicis fe-  
 mininis tribus, erectis, petiolatis, folio in-  
 fidentibus, capsulis ovatis, breviter mucro-  
 natis.  
 192. n. 1379. l. 2. dele voces *spicis latifolium*.  
 p. 197.

- p. 197. ad n. 1398. & 1399. adde †.  
 202. n. 1412. in titulo post locusta dele comma  
 203. n. 1415. lege titulum ANDROPOGON  
 spicis geminis, locustis bifloris, folliculis  
 alterne muticis.  
 217. Sesleria 1446. titulus est SESLERIA lo-  
 custis trifloris, imbricatis, flore tricorni.  
 & Sesleria 1447. SESLERIA locustis quin-  
 quefloris, distichis, flore bidentato.  
 221. n. 1457. in titulo pro folliculis lege locustis  
 222. lin. ultima pro 103. lege 203.
- p. 229. n. 1486. in titulo pro paniculis lege pe-  
 diculis.  
 233. de Gramine marino dele †  
 n. 1497. l. 4. dele It. II.  
 256. n. 1554. in titulo pro spicis florigeris lege  
 spicis strigosis.  
 275. n. 1598. l. 3. pro latiori folio lege lato  
 ari folio.  
 289. Atriplici præfigatur n. 1616.  
 & pro vasculis lege valvulis.  
 289. quæ p. bis redit, lege in posteriori 291.

## Tom. III.

- p. 30. n. 1748. titulus sit HYPNUM caule nudo,  
 confertim ramoso, ramis inclinatis, capsulis  
 aristatis.  
 31. n. 1753. l. 3. pro t. 52. lege 42.  
 n. 1755. l. 1. pro filo lege pilo.  
 43. n. 1800. & 1801. præfige titulo Bryum, &  
 dele Polytrichum.  
 51. n. 1837. de titulo dele †  
 62. n. 1878. l. 2. pro *Jungermannia* lege *Liche-  
 nastrium*, & pro *minima* *minimum*.  
 63. n. 1883. pro t. 75. lege 73.  
 n. 1883. l. 5. pro 14. lege 41.  
 64. n. 1885. l. 4. pro f. 5. l. 45.  
 70. in articulo hos cum *Scyphigeris* l. 4. lege  
 1951.  
 71. ad 1905. 1906. 1907. & 1908. adde †  
 72. ad 1911. 1913. 1914. & 1917. adde †  
 73. n. 1924. l. 5. pro p. 811. lege p. 81  
 85. n. 1987. pro *scutellifer* lege & *scutellifer*.  
 88. n. 1999. titulo adde t. 47. f. 2.  
 90. n. 2010. post titulum lege t. 47. f. 7.  
 91. n. 2014. pro 84. lege 184.  
 n. 2015. dele profunde laciniata.  
 94. n. 2027. lege *Lichen luteus* &c.  
 101. n. 2077. dele †  
 103. n. 2094. dele †  
 105. ad 2103. adde †  
 107. n. 2114. post *Byssi facie* adde *DILLEN*.  
 108. n. 2121. lege *CONFERVA* crusta pelli-  
 cea, filis planis, imbricatis, stipatis.
- p. 112. n. 2147. pro *capitulo griseo* lege *pediculo  
 griseo*.  
 124. n. 2199. in titulo pro *incurvis* scribe *flexu-  
 osiss.*  
 n. 2288. dele †  
 n. 2292. pro *Agaricum sessile* lege *Polypo-  
 rus sessilis*.  
 & in *BATARRÆ* synonymo A. loco E.  
 n. 2298. lege synonymum *MICHELII*,  
 p. 131. t. 10. f. 6.  
 n. 2305. adde signum †  
 n. 2308. dele signum † & in citatione  
 L. B. lege p. 833.  
 ad n. 2311. in titulo pro *imbricatis* lege *in-  
 tricatis*.  
 n. 2334. pro *tenera* lege *tener*.  
 n. 2338. in nomine *LOESELII* lege *vescus*.  
 n. 2344. ad *BATARRÆ* citationem adde  
 F. XIX.  
 n. 2345. p. 156. l. 4. pro p. 73. lege t. 73.  
 n. 2351. pro *pileolo* lege *petiolo*.  
 n. 2356. l. 3. pro 7. 8. lege 78.  
 n. 2372. pro 48. f. 8. lege 78. f. 8.  
 n. 2385. pro *oris luteis striata* lege *oris  
 luteis striatis*.  
 n. 2419. adde ad *MICHELII* locum p. 142  
 n. 4.  
 n. 2425. pro *pileolo* lege *petiolo*.  
 n. 2479. pro *anulata*, *fugace* lege *anulo  
 fugace*.

## A D D E

Tabulæ 30. & 34. ex errore Scalptoris In unam tabulam stipatæ sunt, quod monemus, ne ali-  
 quid deesse putetur.

## BERNÆ.

Ex Officina BRUNNERI & HALLERI.

